oppugnandum inſtruere, diuinitatem Saluatoris noſtri inficiari, eum ceteris hominibus nihilo præſtantiorem prædicare, vocibusq. omnibus pro eius ſalutari in carne œconomia, & abiectione ſui noſtra cauſa ſuſcepta, ex ſacris litteris ſelectis, ijſdem impiam ſuam prædicationem corroborare; & verba, quibus æterna eius diuinitas & gloria vnà cum Patre ineffabilis confirmatur, auerſantes, ſubuertere nituntur. Quippe impiam Gentilium & Iudæorum de Chriſto opinionem defendentes, ſuam ipſorum laudem (quantum fieri poteſt) venari; & in quibus eis ludibrio ſumus, omnia enixe conſectari ſtudent. Seditiones porro in nos quotidie concitare, graues ciere perſequutiones, & interdum lites per muliercularum impurarum ſermones, quas ipſi in fraudem impulerunt, intendere: nonnumquam religionem Chriſtianam, ſuas tenellas iuuenculas per ſingulas plateas turpiter circumducendo, grauiſsimis contumelijs afficere: quin etiam inconſutilem & indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam carnifices noluerunt diſcindere, hi diſcerpere non dubitarunt. Nos igitur (ſicut ſcelerata eorum vita, & conatus execrabilis poſtulat) ſuffragijs omnium tandem, licet ſero propter rei ignorationem iſtud ſimus aggreſsi, Eccleſia, quæ Chriſti diuinitatem ſanctè adorat, illos eiecimus, vt ab adoratione Chriſti deitatem minuentes. Itaque hi circumcurrere hac illac, quo nobis obtrectent, deflectere ad collegas nobiſcum in eadem fide conſentientes, ſpecie quidem pacis & concordiæ ſimulata veniam petere præferre, ſed revera moliri, vt per ſermonis lenocinia nonnullos eorum in ſui morbi contagionem pertrahant: litteras quoque ab illis blandiores petere, vt coram ijs, quos errore implicarint, eas deprauate legentes, ſuæ prolapſionis impœnitentes reddant, iam ad impietatem aſſuefactos, quaſi Epiſcopos ſuæ ſententiæ & opinioni conſentientes haberent. Nam nec illis confiteri volunt ea quæ tam nefarie impieq. apud nos cum docuerunt, tum fecerunt, quorum gratia Eccleſia expulſi ſunt: ſed vel ſilentio tegere, vel partim ſermonibus commentitijs, partim litteris veteratorie ſcriptis obſcurare nituntur, quo eos dolo deludant. Quapropter colloquijs tum probabilitate, tum facetijs dicacibus refertis, pernicioſam ſuam doctrinam tamquam velis obtendentes, hominem ſimplicem & fraudi expoſitum in ſuum errorem rapiunt: quin etiam ab obtrectando apud omnes noſtræ ſanctæ piæq. religioni haudquaquam ſe abſtinent. Vnde fit, vt nonnulli qui eorum litteris ſubſcribunt, in Eccleſiam recipiantur: quod factum (mea quidem ſententia) maximam infamiæ notam collegis noſtris, qui illud auſi ſunt, inuſsit; qui non modo id quod canon Apoſtolicus non permittit, faciunt, ſed eorum contra Chriſtum conatum plane diabolicum, qui illis ineſt, vehementiorem efficiunt. Quo circa, fratres chariſsimi, abiecta cunctatione, ingenij mei vires, quò iſtorum vobis infidelitatem ſignificarem, excitaui: qui aſſerunt, tempus aliquando fuiſſe, cum non eſſet Filius Dei; poſtea factum, cum non ante extiterit: talem

Ioan. 19. d. 23.

A σωτηρίου ἐργασίαν, τὴν θεότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀθετοῦμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύττοντες, πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς Σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρουσι τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ, καὶ συνόδῳ τῷ πατρὶ δόξης ἀλέκτου τοὺς λόγους δοκησιφοῦντες· τὴν γοῦν ἐλλείψεώς τε καὶ ἰουδαϊκὴν ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν περὶ αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶσιν, πάντα μὲν, ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται, πραγματεύόμενοι, σπουδὴν δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν δικαστήρια συγκροτοῦντες δι' εὐτυχίας γυναικείων ἀπάκτων, ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσήμους ἕως παρ' αὐτοῖς νεωτέρας· ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλήθησαν, αὐτοὶ ῥᾳδίως ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν, καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει περὶ, δι' ὃ λανθάνειν, βεβαίως ἐπιζητοῦντες, παμψήφει τῆς παρανομούσης Χριστοῦ τὴν θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν, ὡς τῆς παρανομήσεως Χριστοῦ τὴν θεότητα σμικρώσαντας. ἐπιχειροῦσι δὲ περιδρομῇς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμοφρονας συλλειτουργούς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως, ἀξιοῦντες ἐπιεικνύμενοι, τῇ δ' ἀληθείᾳ, συνδρᾶσαι ἵνας αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον δι' ἀρεσκείας ἀσυνδέτους, καὶ σωμυλόπρεσι χαράγματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμεταγνώστους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκλάζωσιν, ἀπειθοῦντας εἰς ἀσέβειαν, ὡς αὐ-

B

C

D σωμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμοφρονας ἔχοντες ἀπασχόμενοι. οὐχ ἅπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πανηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν· ἀλλ' ἢ σιωπῇ πῶς παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγχαράξοις ἀπασκιάζοντες ἀπατῶσι. πιθανοπράγμας γοῦν ἐν βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἀπερύθμοντες, ζωνδρπάζουσι τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, σὺν ἀπεχόμενοι καὶ ἐν παντὶ συνφαίνειν τῇ ἡμετέρᾳ δυσσεβείᾳ. ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τῶν

E χαράγματων αὐτῶν ὑποχαράττειν, εἰς ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι· μελέτης, ὡς οἶμαι, ἀμβολῆς ἀπαιτουμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μή τι τὸν δεσποτικὸν κανόνα ἐᾶν συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεναντίον τῷ ἐν αὐτοῖς ἀμβολικῷ τοῦ Χριστοῦ ἐνεργεῖν. διὸ δὴ καὶ ἀδελφοὶ μελητοὶ, ἀγαπητοὶ, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν, ἐμαυτὸν ἀμνέστιον, λέγοντων, ὅτι ἦν ποτὲ, ὅτι οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος

lem

τος γιόμενος ὅτι καὶ ποτε γέγονεν, οἷα ἐ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ, φησὶν, ὁ θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῇ τ ἁπάντων λογικῶν τε ἐ ἀλόγων κτίσιν ἐ τὸν υἱὸν τ θεοῦ. οἷς ἀκολούθως ἐ φασὶν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ὑποδεκτικὸν, καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει, ἐ τῶς θείας τ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναιρῶντες γραφάς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τ λόγου, ἐ τὴν θεότητα τ σοφίας τ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ Χριστός. δυνάμεθα γοῦν ἐ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γεγονέναι θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνος γέγραπται γάρ, υἱοὺς ἐθρέψατο καὶ ὕψωσε. ὑπεφερόμενοι ὑ αὐτοῖς τ λέγοντες ἐξῆς τοῦ ῥητοῦ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· ὅπερ οὐ φυσικὸν ἐστι τῷ ζωτῆρι ὅτι τῆς φύσεως ἀτρέπτου, πίστις ὀλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτο φασὶ, προγνώσει καὶ προθυμίᾳ τοῦ αὐτὸν εἰδέναι τὸν θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξελεξάμενον αὐτὸν ἀπὸ πάντων· οὐ γὰρ φύσει καὶ καταξίαν τῶν ἄλλων υἱῶν ἔχοντα λόγον. οὔτε γὰρ φύσει υἱός τίς ἐστι τοῦ θεοῦ, φασὶν, οὔτε ἴδιόν τι ἔχων ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ προκοπῶν ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ὅπῃ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαιτο ἐ Πέτρος, μηδὲν διαφέρειν πάντων τὴν ἐκείνου ὁσότητα· εἰς ὑβρίσεσιν τῆς Φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ τῶς γραφὰς ἐμπαροινοῦντες, καὶ ὑβριζόμενοι τὸ ἐν ψαλμοῖς πρὸς Χριστοῦ ῥηθὲν οὕτως ἔχον· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας * ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως ὑπὲρ τοὺς μετόχους σου. πρὸς μὲν οὖν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν, οὐκ ἔν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεύσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, γράφων οὕτως πρὸς αὐτόν· ὁμονοήτης υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. προσιόμενος γὰρ ὁ θεῖος * διδάσκαλος ἀλλήλων ἀχωρίστα πράγματα δύο, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ οὐ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γεγονόσιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησὶν Ἰωάννης· τοῦτο γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τῶς γινομένοις τὸ εἶναι χαριζόμενος, αὐτὸς ποτε οὐκ ἦν; οὐ χαίρει πως ὁ λόγος τὸ πιστὸν τῶς γεγονόσιν τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. εἰ γε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δ' δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν· ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γεγονόσιν τὸ ὄν, καὶ ἀφεκτικὸς σφόδρα. τὸ μὲν γὰρ μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι νοὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιοῦται τῆς ψυχῆς δυναμένης. τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, ποιότερον ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ προσφατον τῶν

A lem fuisse tum, cum factus erat, qualis quisque homo est. omnia enim Deum ex nihilo fecisse. Qua sententia Dei Filium in creatione omnium rerum, siue rationis sunt illæ participes, siue expertes, concludunt. Quibus etiam consequenter addunt, eum natura posse mutari, virtutis & vitij capacem esse. Itaque hoc posito, eum ex nihilo factum; litterarum sacrarum, quæ Verbi Dei æternitatem, immutabilitatem, eius sapientiæ diuinitatem (atque ista sunt Christus) docent, prorsus labefactatur auctoritas. Est enim in nostra quoque situm potestate (istæ Ecclesiæ pestes aiunt) filios Dei heri, non aliter atque ille factus est. Scriptum namque esse: Filios genui, & exaltaui. Ac cum illis obijcitur sententia, quæ deinceps sequitur: Et ipsi spreuerunt me; quod plane naturæ Saluatoris, qui est natura immutabilis, repugnat; tum omni exuta erga Deum pietate ac reuerentia, aiunt, Deum, cum illum præscientia & præsensione prænouisset, neutiquam ipsum aspernaturum, idcirco ex omnibus elegisse. non enim eum aut natura, aut prærogatiua quidquam præter ceteros filios habuisse (nullum namque natura filium Dei esse affirmant, neque quemquam esse qui vlla cum eo proprietate coniunctus sit) sed cum esset natura mutabili, & propter singularem in vita & moribus rite instituendis diligentiam ac studium non ad vitia deflecteret, Deum illum elegisse; adeo vt Paulum & Petrum, si in hoc & ipsi obnixe incubuissent, eodem modo futuros fuisse asserant filios Dei, quo ille fuit. Ac quo insanam & pestiferam suam doctrinam confirment, etiam in ipsas scripturas vim faciunt, & sententiam in Psalmis de Christo traditam, quæ ita se habet: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis; ad suum institutum detorquent. Verum quòd Filius Dei non creatus fuerit ex nihilo, neque tempus fuisse cum non erat, Ioannes Euangelista abunde satis docet. Sic enim de illo scribit: Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris. Cum enim diuinus ille magister docere instituerit, Patrem & Filium duas res esse quæ separari nequeunt, Filium in sinu Patris esse dixit. Quin etiam, quòd Filius Dei non sit rebus ex nihilo creatis annumerandus, idem Ioannes ostendit, cum dicat, Omnia per ipsum facta esse. Nam proprium eius subsistẽtiæ modum declarauit his verbis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factũ est. Quòd si omnia per ipsum facta sunt, qui fieri potest, vt is qui rebus creatis essentiam indulserit, quodam tempore non fuerit? Nulla enim ratio vult, vt quod creat, eiusdem sit cum creatis naturæ. Quòd si ipse fuit in principio, & omnia per ipsum facta sunt, creataq. ex nihilo (nam quod est, ac subsistit, illis quæ fiunt ex nihilo, contrarium est, vehementerq. repugnat; cum alterum, nullum esse interuallum inter Patrem & Filium, neq. illud vlla animi cogitatione posse informari; alterum, mundum ex nihilo conditum ostendat:) perspicuum est, mundum recentiorem

Esai. 1. 0. 2

Psal. 44. b. 8.

Ioan. 1. c. 18.

Ibid. a. 3.

Ibid. a. 1.

rem

rem, quàm essentiam Filij Dei, habuisse generationem, quippe cum omnia a Patre per Filium talem sint essentiæ originem consequuta. Itaque sanctissimus Ioannes, cum illud, *Erat*, quod est Verbi Dei proprium, immensum esse, & longe supra mortalium captum & cognitionem positum animaduerteret; eius genesim, creationemq. dicere noluit; immo vero ne ausus quidem est verbis, litteris eisdem ac syllabis compositis, gignens & genita nominare: non quòd Verbum Dei ingenitum sit, (nam solus Pater est ingenitus) sed quòd ineffabilis vnigeniti Filij Dei subsistentia non modo solertem intelligentiam Euangelistarum, verum fortasse etiam Angelorum comprehensionem longe superat. Itaque meo quidem iudicio, ne in pijs quidē numerandi sunt, qui in istarum rerum inquisitionem intrare non dubitant, spreta reiectaq. illa sententia: Altiora te ne quæras, & sublimiora te ne scruteris. Quòd si cognitio multarum aliarum rerum, quæ sunt sine dubio his longe imperfectiores, comprehensionem fugiat humanam (quales sunt illæ, de quibus Paulus sic loquitur: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, ea quæ præparauit Deus diligentibus se; quales sunt præterea stellæ, quas Deus Abrahamo numerari posse negauit; qualis denique est arena maris, & stillæ pluuiæ; quas res, inquit Scriptura, quis enumerare poterit?) quid ergo est, cur quisquam, nisi insanus & plane mente captus sit, Verbi Dei subsistentiam curiosè perscrutari moliatur? de qua ita spiritus loquitur propheticus: Generationem eius quis enarrabit? Per quam quidem sententiam ab animis eorum, qui erant velut columnæ & principes omnium qui in toto orbe vixerunt, Saluator noster, quò illis gratificaretur, istarum rerum notitiam tamquam onus auferre studuit; contraq. naturam esse docuit, vt quisquam eas cogitatione deprehenderet. nam soli Patri diuinissimi illius mysterij cognitionem reseruatam esse. sic enim loquutus est: Nemo nouit quis sit Filius, nisi Pater; & Patrem nemo nouit, nisi Filius. De qua re arbitror Patrem hoc quoque dixisse: Secretum meum mihi & meis. Quòd autem extremæ dementiæ sit, Filium ex ijs quæ non sunt, ortum, inq. tempore productum existimare, eædem ipsæ voces, nimirū, *Ex his quæ non sunt*, satis declarant, licet isti stupidi suarum vocum insaniam non intelligant. Nam id quod dicitur, *Non erat*; aut in tempore fuisse necesse est, aut in aliquo sæculi interuallo. Proinde si verum est, omnia per ipsum facta esse; constat etiam omne sæculum, tempus, interualla temporis, & illud, *Quando*, in quibus reperitur id quod dicitur, *Non erat*, per ipsum facta esse. Et quid est, quam ob rem non sit absurdum, eum qui sæcula, tempora, opportunitates temporū, quibuscum illud quod dicitur, *Non erat*, confusum est, progenuit, quodā tempore non fuisse asserere? quippe cum insulsum sit, & plenum cuiusque insciticæ, eum qui alicuius rei procreator extiterit, post rei illius procreationem, ipsum procreatum esse. Nam, vt istorum fert opinio, nō solum illud interuallum tēporis, in quo Filium a Patre generatū non fuisse asseuerant, tēpore prius erat quàm Dei sapientia, quæ hanc vniuersitatem construxit, verum etiā Scriptura, quę illum primogenitum omnis creaturæ appellat, mētita est.

Eccli. 3. c. 22.

1. Cor. 2. c. 9. ex Esa. 64.

Gen. 15. b. 5.

Eccli. 1. c. 2.

Esa. 53. c. 8.

Matth. 11 d. 27.

Esa. 24. c. 16.

Coloss. 1. c. 15.

τῷ γλώσσῃ, ὡσὸ δ πατρὸς λέγω δ υἱοῦ πάντων εἰλήφοτων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. μακρὰν γοῦν θεωρήσας τοῦ θεοῦ λόγου, τὸ λῶ, ἐ ὑστεραῖζον τῆς τῶν γενητῶν ἀφανείας ὁ ἀλλαβέσθαι Ιωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, ἀσὶ τὰς ὁμοτοίχοις συλλαβαῖς τὸ πιστὸν τῆς γινομένοις ὀνομάσαι τολμήσας, οὐχ ὅτι ἀγένητος λῶ, ἓν γὰρ ἀγένητον ὁ πατὴρ· ἀλλ' ὅτι ἀφανείας μὲν τῶν διαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταληψεως ὑστερητικὸν ἐστὶν ἡ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις· ἀσεβὴς οὖν εἶμαι λογιζομένους τοὺς μέχρι τούτων ἐπερωτᾶν τολμῶντας, ἀφὲ τὸ ἀνήκοον τοῦ, χαλεπώτερόν σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερόν σου μὴ ἐξέταζε. εἰ γὰρ ἑτέρων πολλῶν ἡ γνῶσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν, εἰά ἐστι φησὶ Παῦλος ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ θεὸς τῷ Αβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δυνατὰ· καὶ ἔτι, ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, φησὶ, τίς ἐξαριθμήσῃ; πῶς οὖ περιεργάσηται τὰς τὴν ἐκ θεοῦ λογου ὑπόστασιν, ὁπότε εἰ μὴ μελαγχολικῇ ἀφθίᾳ λήθης τυγχάνει; πῶς ἧς τὸ πνεῦμα φησι· τὴν γένεσιν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; λῶ καὶ αὐτὸς ὁ ζωτὴρ ἡμῶν τοὺς πάντων διεργατὰς τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, τὴν πρὸ τούτων γνῶσιν αὐτῶν ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς καταληψιν, μόνῳ ὃ τῷ παῖδὶ ἀναπεῖσθαι τὴν τοῦ θεοπάτορ τούτου μυστηρίου ἐάσησιν· οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, λέγων, εἰ μὴ ὁ πατὴρ· καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός. πρὸς οὖ καὶ τὸν πατέρα οἶμαι λέγειν· τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. ὅτι δὲ μανιῶδες τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν προβολὴν· αὐτόθεν δείκνυται τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἀγροῶσιν οἱ αὐτὴν τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν. ἡ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ, οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνος τινὶ διαστήματι. εἰ γοῦν ἀληθὲς τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, δῆλον ὅτι ἐν πᾶσι αἰῶσι, καὶ χρόνος, καὶ διαστήματα, ἐν τὸ, ποτὲ, ἐν οἷς τὸ, οὐκ ἦν, διείσκεται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ἐν πῶς οὐκ ἀπιθανον, τὸν καὶ χρόνους, καὶ αἰῶνας, καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ, οὐκ ἦν, συμπίφυρται, ποιήσασθαι, αὐτὸν ποτὲ μὴ εἶναι λέγειν; ἀδιανόητον γὰρ καὶ πάσης ἀμαθίας ἀπάτωλεων, τὸν αἴτιον γενόμενον ἅπασι, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως· προηγεῖται γὰρ, κατ' αὐτοὺς, τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης ἐκ θεοῦ σοφίας, ἐκείνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγονέναι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ψευδομένης, κατ' αὐτοὺς, ἐκ τῆς πρωτοτόκου αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης γραφῆς.

συμ-

ἀμφοτερα γαῦν πῶσις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφρονώτατος Παῦλος φάσκων αὐτὸν· ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί· πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτὸς ἐστι πρὸ πάντων. ἀσεβείας οὖν Φαυλίας τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως· ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα. ἔστι δὲ πατὴρ ἀεὶ, παρόντος τοῦ υἱοῦ, διὸ χρηματίζει πατήρ. ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ, οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ υἱόν. τί δὲ οὐκ ἀσεβὲς τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, τὸν λέγοντα· ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν; ἢ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτὲ, ἢ τὸν λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαι ποτὲ, ἢ τἆλλα, ἐξ ὧν ὁ υἱὸς γνωρίζεται, καὶ πατὴρ χαρακτηρίζεται; τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, σκοτίζειν καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστιν ἀπαύγασμα. εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ θεοῦ οὐκ ἀεὶ, δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗ ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ, ἔστιν ἀεί. ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ χαρακτῆρα, σκοτίζεται κἀκεῖνος ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. ἐξ ὧν ἐστιν ἰδεῖν τὴν ἰδιότητα τοῦ ζωτῆρος ἡμῶν, οὐδεμίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ἰδιότητα. ὃν γὰρ ἡ ἄῤῥητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀναγκαίᾳ ὑπεροχῇ ἀδιαίρετος ἀδιάκριτος ὑπερκειμένη πάντων, οἷς αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο· οὕτως καὶ ἡ ἰδιότης αὐτοῦ καὶ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλείπτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θεοῦ ἰδιοποιηθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, πλήρης ὢν καὶ δι' ὅλων αὐτάρκης· οἱ δὲ τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τοῦ τύπου βοηθείας δέονται. τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ θεοῦ σοφία; ἢ τί προσλαβεῖν ἡ ἀληθεία, ἢ ὁ θεὸς λόγος; πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς; εἰ δὲ ποτὲ, πόσῳ πλέον ἀφύκασιν τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκλινὲς γενέσθαι τὴν σοφίαν; ἢ τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλακῆναι; ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι; ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ δυσωπηθῆναι σκότος; τοῦ μὲν ἀποστόλου αὐτὴν λέγοντος· τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; τοῦ δὲ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον αὐτὴν κἂν μέχρι πρὸς ἔννοιαν διεξελθεῖν ὁδοὺς ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Παῦλον εἶναι ὁ Χριστός. οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας ἀληθοῦς προκόπων, δεήσεως ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς, πρὸς τὸ μὴ ἐκπεσεῖν. διὸ δὴ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς φύσει μὲν πατρὸς υἱός

A est. Accedit eodē Paulus, qui de eo his congruentia, voce clarissima fundit. sic enim ait: Quem posuit heredem omnium, per quem & sæcula condidit. Quin etiam in eo condita sunt omnia, & quæ in cælis, & quę in terra, visibilia & inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue dominationes, siue throni; omnia per ipsum, & in ipsum condita sunt, & ipse est ante omnia. Quo circa, cum illud, *Ex nihilo*, seu, *Ex his quæ non sunt*, non sine summo scelere & impietate positum sit; necessario sequitur, Patrem semper patrem fuisse. Atque est pater semper, cum habeat filium, ob quem vocatur pater; & cum sit ei semper filius, B est semper pater, perfectus, atque in ipso quod vere bonum est, explerus omnibus suis partibus; qui Filiū vnigenitum neque in tempore, neque ex interuallo temporis, neque ex nihilo genuit. Quì igitur fieri potest, vt non sit impium dicere, quodam tempore sapientiam Dei non fuisse, cùm loquatur de se: Ego eram apud illum componens; ego eram cui adgaudebat? aut virtutem Dei aliquando non fuisse, aut verbum eius mancum fuisse aliquando, aut alia negare, ex quibus & Filius cognoscitur, & Pater velut notis quibusdam discernitur? Nam cùm quis splendorem gloriæ neget esse, tollit simul & primariam lucem, cuius est C splendor. Quòd si porro imago Dei non erat semper; liquet neque illum, cuius imago est, semper fuisse. Quin etiam cum dicitur formam subsistentiæ Dei non esse, tollitur vnà etiam ille qui omnino ab ea figuratur. Vnde licet perspicere Saluatoris nostri proprietatem, qua filius est, nihil cū aliorum filiorum proprietate habere commune. Nam quemadmodū inexplicabilis eius subsistentia propter eximiam & singularem ipsius excellentiam ostenditur rebus præstare omnibus, quibus ipse essentiam tribuerit; pari etiam ratione quæ eiusdem est (vt ita dicam) filiatio, quæ est secundum naturam paternæ diuinitatis, ineffabili præstantia antecellit eorum filiationi, qui per ipsum in filios adoptantur. Nam ille cum sit natura plane immutabilis, omnis in se perfectionis cumulum habens, non est vllius plane rei indigens: hi autem cum conuersioni vtrolibet subiecti sint, illius egent auxilio. Quì enim fieri potest, vt Dei sapientia vllos progressus faciat, aut ipsa veritas, omninoq. ipsum Dei Verbum sibi aliquid assumat? aut quomodo ipsa vita, lux vera præstabilior fiat? Quod si ita se habet, quanto magis repugnat naturæ, vt sapientia stultitiæ aliquando capax sit; aut potentia Dei implicetur imbecillitate, aut obscuretur temeritate ratio, aut tenebræ denique cum vera luce commisceantur? præsertim cum & Apostolus simili causa adductus dicat: Quæ societas luci ad tenebras, aut quæ conuentio Christo ad Belial? Et Salomon quoque, quòd fieri nequit, vt vel cogitatione comprehendatur via serpentis super petram, quæ est, vt Paulus censet, Christus. Qui autem sunt eius creaturæ, vt homines & angeli, benedictionem accepere vt in dies proficerent, vt virtutibus mandatisq. in lege præscriptis exculti exercitatiq. non in vitia dilaberentur, ad eum plane finem, vt Dominus noster IESVS Christus, qui est Patris natura

Hebr.1.d. 2.

Coloss.1.d. 16.

Prou.8.d. 30.

Hebr.1.a. 3.

Ibid.

2.Cor.6.c. 14.

Prou. 30. c.19.

1. Cor.10 4.4.

Rom. 1. Cor. 15. Ephes. 1. Col. 1. 1. Thess. 4. Heb. 1. 1. Pet. 1. 1. Iohn 3. Apoc. 1. 19. 21. 22.

Rom. 8. 1. Cor. 15. 2. Cor. 5

οἷόν ἐστι τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμέν. ὅπερ φησὶν ὁ κύριος, οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, μίαν εἶναι συμφωνίζων· ἀλλ' ὅτι τὸν πατρικὸν ἐμφέρεται ἀκριβῶς πέφυκε ζωὴν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, τὸν τε πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως διαμαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ. ὅθεν καὶ τῷ φιλίππῳ ποθοῦντι ἰδεῖν φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ κύριος ἐμφανίζει. πρὸς ὃν λέγοντα· δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, λέγει· ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, ὥσπερ δι' ἰσόπλευρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, θείας εἰκόνος, αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ πατρὸς, ὃν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασὶν· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν, τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ εἰκότως· πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς φωνὴ εἰς τὸν υἱὸν λεγομένη τολμωμένη, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. καὶ τί λοιπόν ἐστι θαυμαστὸν, ἐὰν μέλλῃ χαίρειν, ἀμπηπὶ, εἰ τὰς κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς, καὶ τοῦ διοσβεστάτου ἡμῶν λαοῦ ἐκθήσομαι; οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ παρασκευάζοντες, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀκριβεστάτας παροινίας παραιτοῦνται λέγειν· εἰ γε οὐδὲ τῶν ἀρχαίων ἴσασι συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις, ἐξισοῦσθαι ἀνέχονται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν συναγωνιστῶν συλλειτουργῶν ἵνα εἰς μέτρον σοφίας ἡγοῦνται, μόνοι σοφοὶ καὶ ἀκτήμονες καὶ δογμάτων δεξιοὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς δοκοῦσι κεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον πέφυκεν ἐλθεῖν εἰς ἔννοιαν. ὦ αὐθάδους τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ μελαγχολικῆς ἠρεθισμένης δόξης κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς δεδυσκλεώσαντος. οὐ κατήδεσαν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων γραφῶν φιλοθεία καὶ σοφία, οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν συμφωνος περὶ Χριστοῦ διάβασις τὸν κατ' αὐτοῦ θρασύτητα αὐτῶν ἠμαύρωσεν. ὧν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀσεβουργίας αὐτῶν ἔχεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὸν παρόντα δύναμιν * ὑπερασπίσθω πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτως ὑλακτοῦντας κατὰ τοῦ Χριστοῦ κινουμένους, καὶ τὸν εἰς αὐτὸν διάβασιν ἡμῶν συνθρυπτεῖν προθυμένους. φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φλυάφων ἐφευρεταὶ μύθων, διαστρεφομένους τὸν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄχαριν κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο, δυοῖν θατέρου λέγοντας εἶναι οἱ ἀπαιδεύτως, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο, ἀγνοοῦντες οἱ ἀπαίδευτοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ πατρὸς ἀγεννήτου, καὶ τῶν κτισθέντων κατ' αὐτὸ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων· ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς, δι' ἧς τὰ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ πατὴρ

* ἴσως, ἐπιτρεπέσθω

cuius generis sunt illa: Ego & Pater vnum sumus. Quam sententiam dum protulit Dominus, non se Patrem appellauit, neque duas secũdum hypostasim naturas, vnã esse declarauit; sed quòd Patris Filius ipsam Patris effigiem plene atque perfecte retinere & seruare soleat; quippe cum eius similitudinem natura in se impressam habeat, & perfecta sit Patris imago, & expressa figura primarij illius exemplaris. Vnde Dominus Philippo quodam tempore Patrem eius videre cupienti, dicentique: Ostende nobis Patrem; aperte commonstrat: Qui vidit me, vidit & Patrem; quandoquidem Pater per ipsum, velut per speculum purissimum, idemq. animatum, in quo Dei exprimitur & elucet imago, manifeste cernitur. Filium porro Patri similem, in Psalmis pronuntiatũ memorant sanctissimi viri, in quibus scriptum est: In lumine tuo videbimus lumen. Quapropter qui honorat Filium, honorat & Patrem: idq. plane merito. nam omnis vox impia, quæ temere contra Filium profertur, in Patrem quoque recidit. Atque nemini mirum debet videri, fratres charissimi, (hoc enim quoque persequi animus est) si falsas confictasq. tum contra me, tum contra populum nostrum sanctissimum criminationes dein ceps exposuero. Nam qui aciem ad diuinitatem Filij Dei oppugnandam instruxerint, non mirum si nos contumeliosis maledictis lacerare non vereantur. Qui etiam neminem volunt ex antiquis Patribus sibi cõparari, neque illis, quibus nos ab ineunte ætate vsi sumus præceptoribus, se pares existimari sinunt; immo ne vnum quidem collegarum nostrorum vel ad mediocrem sapientiam peruenisse censent; sed se solos sapientes, solos egestatem voluntariam sectantes, solos dogmatum inuentores, & sibi solis ea doctrinę patefacta esse mysteria, quæ in nullius vmquam sub sole cogitationem ac mentem venerint, arbitrantur. O impiam arrogantiam; ò insaniam immensam; ò inanem gloriam cum furore coniunctam; o spiritus plane satanicos, qui impijs eorum animis velut callum malitiæ obduxere. Non diuina veterum scripturarum claritas vllum ipsis incussit pudorem; non consentiens collegarum, & pia de Christo doctrina eorum audaciã repressit: quorum scelus nefarium ne dæmones quidem (quippe qui sedulo caueant, ne vllam omnino maledicam & cõtumeliosam vocem contra Filium Dei eloquantur) omnino ferre videntur. Ista a nobis pro virili nostra parte in præsentia allata sunt ad eos coarguendos, qui in tam inepto contra Christum latratu, tamquam in puluere se exercent, & nostræ erga illum pietati falso obtrectare nituntur. Nam isti ridicularum fabularum inuentores asserunt, nos dum blasphemiam illam impiam, & a nemine vmquam litteris proditam, nimirum quæ Christum filium Dei ex nihilo ortum prædicat, auersamur, duo ingenita tradere: atque, quæ est eorum inscitia, dicunt necesse esse alterum ex duobus istis statuere, nempe vel eum ex nihilo creatum, vel omnino duo esse ingenita: si quidem propter inertiam ignorant prorsus, quantum intersit inter Patrem qui ingenitus est, & res ab eo conditas ex nihilo, siue rationis sint participes illæ quidem, siue expertes. Inter quæ duo, natura vnigenita media interposita, per quam Pa-

Ioan. 10. f. 30.

Ioan. 14. a. 9.

Psal. 35. c. 10.

ventriculum, quem Cor dextrum vocant, ingreditur, & ibi cum aere inspirato miscetur, deinde per arteriosam venam ad pulmonem defertur, ubi attenuatur, & ad sinistrum cordis ventriculum, ubi Systole fit, transmittitur, ibique vapores fuliginosi, qui ex sanguine per cordis calorem exhalant, ab aere inspirato absorbentur, & per expirationem ejiciuntur. Ita ut sanguis, qui ad sinistrum cordis ventriculum pervenit, tenuis, subtilis, & vaporosus sit, qui deinde per arteriosam venam ad omnes corporis partes defertur, ibique nutrimentum præbet, & calorem naturalem conservat. Quod vero ad sinistrum cordis ventriculum pervenit, crassior, & fuliginosior est, qui per arteriosam venam ad pulmonem

ἀθέτῳ καταχρῆσθαι λέξεσιν, δῆλον ὅτι πολὺ δεῖ πι A
ζομένας λείπεσθαι τὸ, ἦν, καὶ τὸ, ἀεί, καὶ τὸ, πρὸ αἰώνων· ἅπερ
δ' αὖ ἦν, τοῦτο ἔστι ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ. ἡμεῖς τῷ μὲν
ἀγεννήτῳ πατρὶ οἰκεῖον ἀξίωμα φυλάττομεν, μηδένα
δεῖν αὐτῷ τὸν ἅπαντα λέγοντες· τῷ δ' ὑμῶν τὸν ἀρχὴν
ἔχοντα ἡμῖν δοκοῦντα ἀγέννητον, τὸν ἄναρχον αὐτῷ πρέπον δεῖ
πατρὸς γνώσεσιν ἀναπλάττοντες· καὶ ὡς ἐφθάσαμεν αὐτῷ
εἰπεῖν δοκοῦντες, μόνον διασῴζοντες τὸ,
ἦν, καὶ τὸ, ἀεί, καὶ τὸ, πρὸ αἰώνων, λέγοντες ἐπ' αὐτῷ· τὸν
μὲν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰ
κόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι δὲ πατρὸς ἀπηκριβωμένῳ B
ὁμοίαν καὶ πάντα ἀναπλάττοντες· τὸ δ' ἀγέννητον τῷ
πατρὶ μόνον ἰδίωμα περεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ δὲ
αὐτὸν φάσκοντος δὲ σωτῆρος· ὁ πατήρ μου μείζων μού
ἐστι. πῶς δ' ἂν τῇ διαβολῇ ποτὲ πατρὸς δὲ ἡμᾶς δό-
ξῃ, καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ἓν πνεῦ
μα ἅγιον ὁμολογοῦμεν· τὸ καινίσαν τούς τε τῆς πα-
λαιᾶς διαθήκης ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τὰ χρημα-
τίζοντας καινῆς παιδεύσαντας θείας. μίαν δὲ μόνην κα θο
λικὴν, τὴν δεσποτικὴν ἐκκλησίαν, ἀκαταγώνιστον μὲν C
ἀεί, κἂν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν βουλόμενος, νικη
φόρον δ' πάσης τὴν εἰσοδέχουσαν ἀσεβείας ἐπανασεί
ουσαν, δεσπότης ἡμᾶς καταστιβάσαντος καὶ εἰποδιαστό
που αὐτῆς, θαρσεῖτε βοᾷ· θεσπέσιος, ἐγὼ νενίκηκα τὸν
κόσμον. μεθ' ὃν καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν, ἧς ἀ-
παρχὴ γέγονεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα
φορέσας ἀληθῶς δι' ἁγνείας ἐκ τῆς θεοτόκου Μα-
ρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας
ἀποδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς, καὶ
ἀποθανὼν, ἀλλὰ θαρσεῖτε πάλιν τὸ ἑαυτοῦ θεότητος ἥττων
γενόμενος, ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν ὑ-
ψηλοῖς, καθήμενος ἐκ δεξιᾶ τῆς μεγαλοσύνης δεῦρο θεοῦ. D
ταῦτα ἐκ μέρους ἐπεχειρήσαμεν τῇ ἐπιστολῇ, τὸ καθ' ἑ-
καστον ἐπ' ἀκριβείας χάριν φορτικὸν, ὡς ἔφην, εἶ-
ναι νομίσαντες, διὰ τὸ μηδὲ τὴν ἐφεξῆς ὑμῶν ποτὲ λε-
ληθέναι ἀκοήν. πῶς διδάσκομεν, πῶς κηρύτ τε-
μεν, πῶς τὰ ἐκκλησίας τὰ δεσποτικὰ δόγματα,
ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τοὺς ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζο-
μένων ἧττον προφορτικῶς, ἢ διὰ βασάνων ἀναγ-
κάζεσθαι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ διαφερόμενοι ἐν
ἑαυτοῖς γνώμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν, καὶ οἱ E
τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπωσθέντες τῆς ἐκ-
κλησίας, ἀλλότριοι γνόμενοι τῆς διαβολῆς ἡμῶν διδα-
σκαλίας, κατὰ τὸ μακάριον Παῦλον λέγοντα· εἴ τις ὑ-
μᾶς εὐαγγελίζηται παρὸ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω,
κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι φαντασθῇ. ἀλλὰ δὲ εἴ
τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαίνου
σι λόγοις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέ-
βειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος, καὶ
νοσεῖ. τούτους οὖν ἀναθεματοῦντας ἀπὸ τοῦ ἀδελ-
φότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μηδὲ ἀνεχέσθω τῶν
λεγομένων, ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν. πάντα γὰρ οἱ γόη-
τες ψεύδονται, ἀλήθειαν δὲ μὴ λαλήσουσι. περιέρχονται
γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον ἀναδάζοντες, ἢ τῷ τοῦ φι-
λίας

cognita, iam obſcurari; eſt ſane perſpicuum, quòd illud, Erat, ſemper, & ante ſæcula, longe abeſt ab eo quod illi expectant: quæ quidem cuiuſcumque generis ſint, non ſunt idem cum Ingenito: ac propterea & dignitas quæ eſt ingeniti Patris propria, ei ſeruanda eſt, dicendumq. nullum ipſi eſſe eius eſſentiæ cauſam; & honor Filio debitus ei tribuendus, aſſignandaq. illi generatio à Patre initio carens. Et cum hunc illi honorem, quantum in nobis eſt, tribuimus, has voces, Erat, ſemper, & ante ſæcula; pie & ſancte, cum de eo loquimur, proferimus: non tamen vt quidquam de eius diuinitate detrahamus, ſed vt exquiſitam omnino imagini & figuræ Patris attribuamus ſimilitudinẽ, & Ingeniti vocabulum Patri, vtpote eius ſolũ proprium, adſcribendum propterea exiſtimemus, quòd Saluator ipſe dicit: Pater maior me eſt. Ac præter iſtam piam de Patre & Filio ſententiam, vnum præterea Spiritum ſanctum, ſicut nos docent ſacræ litteræ, confitemur; qui non modo ſanctos homines veteris Teſtamenti, ſed etiam diuinos noui Teſtamenti doctores innouauit. Eccleſiam porro vnam ſolam catholicam & Apoſtolicam agnoſcimus; quæ ſicut numquam expugnari poteſt, etiam ſi totus mundus eam oppugnare inſtituat; ſic omnem impiam hæreticorum incurſionem euincit ac profligat; quandoquidem eius Dominus nos efficit ſatis animoſos, dum clamat: Confidite, ego vici mundum. Quinetiam credimus ex mortuis reſurrectionem, cuius primitiæ fuit Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui corpus non ſpecie adumbratum, ſed verum ex Deipara Maria ſumpſit: qui in fine ſæculorum inter homines ad delẽda peccata verſatus eſt: qui crucifixus eſt, & mortuus, ſine vlla diuinitatis imminutione: qui reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cælos, & ſedet ad dexteram maieſtatis Dei. Iſta quidem ex aliqua parte epiſtola complexus ſum, quandoquidem ſingula accurate litteris proſequi, abſurdum, vt dixi, ideo ſum arbitratus, quòd eædem res veſtras pias ac ſtudioſas mentes minime fugiant. Iſta docemus, iſta prædicamus, iſta ſunt Apoſtolica Eccleſiæ dogmata, pro quibus mortem oppetere non dubitamus: nec vero moramur eos, qui nos ad hæc eiuranda & retractanda compellere ſtudent; & licet nos tormentis cogere aggrediantur, non tamen ſpem, quæ in hac fide eſt, abijciemus. Cui doctrinæ Arius, Achillas, & reliqui pariter veritatis hoſtes refragati, Eccleſia exturbati ſunt; quippe cum ſint à pia noſtra doctrina prorſus auerſi, iuxta illam beati Pauli ſententiam: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema eſto, licet angelum ù cælo ſe ſimulet. Quin etiam, ſi quis aliud doceat, & non accedat ſanis ſermonibus Domini noſtri IESV Chriſti, & doctrinæ quæ ſecundum pietatem eſt, is inflatus eſt, nihil ſciens. & quæ ſequuntur. Iſtos vero à fratribus anathemati addictos nemo veſtrum excipiat; neque eorum verba vel ſcripta audire ſuſtineat. omnia enim nõ aliter atque præſtigiatores ementiuntur; veritatem loqui nolunt. Nam per vrbes circumcurſant, non alio quidem ſtudio adducti, quàm vt amicitiæ obtentu,

Ioan. 14. d. 28.

Ioan 16. d. 33.

1. Cor. 15. c. 20.

Galat. 1. b. 8

1. Tim 6. a. 3.

tentu,& pacis nomine,litteras per ſimulationem aſſentationemq. dent,accipiantque:quò per illas in errorem mulierculas paucas peccatis onuſtas, quas dolo deceperint, facilius inducant. & quæ ſequuntur. Quapropter iſtos,qui tot ſcelera contra Chriſtum auſi ſunt, qui religionem Chriſtianã partim maledictis palam concidere, partim in iudicijs contumeliæ exponere;qui tempore pacis, quantum in illis eſt, perſecutionem contra nos concitare; qui denique arcanũ Chriſti generationis myſterium eneruare impenſe laborarunt: iſtos, inquam, fratres chariſſimi, & fide nobiſcum conſentientes, auerſati, vnà nobiſcum contra inſanam eorum temeritatem adiungite ſuffragia,non aliter atque alij collegæ noſtri,qui rem ægre ferunt,qui epiſtolas cõtra iſtos ſcriptas ad me miſerunt, qui libello aduerſus eos edito ſubſcripſerunt: quæ omnia per filium meũ Apionem diaconum ad vos miſi;ac primum epiſtolas collegarũ qui ſunt in tota Aegypto & Thebaide, deinde eorum qui Libyam, Pentapolim, Syriam,Lyciam,Pamphyliam,Aſiam, Cappadociam, & alias regiones hiſce finitimas incolunt: quorum exemplum vos imitantes, perſuaſum habeo ad nos itidem daturos litteras. Et cum multæ aliæ curationes ad eos ſanandos qui hoc errore vulnerati ſunt,ſuppetebant;tum iſtud etiam remedium ad medicinam populo ab iſtis decepto faciendam inuentum eſt, ſi modo obtemperare voluerint,& cum conſenſum collegarum noſtrorum intelligant, eorum hortatu ad pœnitentiam ſe ſerio recipere. Salutate vos ipſos mutuo vnà cum fratribus qui vobiſcum ſunt. Opto,fratres chariſſimi, tum vos in Domino valere plurimum, tum fructum ipſe ex veſtro pio in Chriſtum animo percipere.Sunt autem hæretici anathemate damnati, ex numero presbyterorum, Arius; ex diaconorum autem, Achillas,Euzoius, Aithales,Lucius,Sarmata, Iulius, Menas, Arius alter, & Helladius.

2. Tim. 3. 6.

λίας πεσχήματι, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, διὰ ὑπηρέτεως καὶ κολακείας χάμμωλα διδόναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένα, ὀλίγα γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις· καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν τοὺς πάντα κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντας, τοὺς τὸν χριστιανισμὸν πολλαχῆ μὲν δημοσίᾳ διαβεβληκότας, πολλὰ δὲ καὶ δικαστηρίων ὀφείλοντα φιλοπονουμένους, τοὺς διωγμὸν ἡμῖν ἐκ εἰρήνης, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, ἐπηγαγόντας, τοὺς τὸ ἄῤῥητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γενέσεως ἐκκενῶσαι σπουδάσαντας, τούτους διαγράφοντας, ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοὶ, σύμψηφοι γίνεσθε τῇ παντὸς οἴκου τόλμῃ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγαπητῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ὁμοπολιτῶν μοι κατ' οἶκον, καὶ τῷ τόμῳ συνυπογεγραφότων· ἃ καὶ διεπεμψάμην διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος τοῦ διακόνου· τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως καὶ Συρίας, καὶ ἐπὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων, ἃς καθ' ὁμοιότητα καὶ παρ' ὑμῶν δέξεσθαι πέπεισμαι. πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπερασμένων, καὶ τοῦτο εὕρηται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πληρουμένων, καὶ τῆς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἐρχεσθαι σπουδαζόντων. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι· ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ, ὁσαίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς. ὅσοι δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν, Ἄρειος· ἀπὸ διακόνων δὲ, Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος, Αἰθαλῆς, Λούκιος, Σαρμάτης, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἄρειος ἕτερος, Ἑλλάδιος.

CONSTANTINI IMP. ORATIO AD CONCILIVM NICAENVM DE PACE.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ.

Ex Euſeb. lib.3.de vita Conſtan. c.12.

QVONIAM mihi admodum in optatis fuit, amici chariſſimi, iſto veſtro conſeſſu aliquando frui: iam eo potitus, regi & moderatori omnium Deo ideo gratias me agere debere fateor, quòd mihi præter alia omnia largitus eſt,vt iſtud quod omnibus fere bonis antecellit, nempe vos in vnũ conuocatos, vnamq. omnium & conſentientem eſſe voluntatem,oculis tandem aſpiciam. Nolite igitur pati,vt vlla inuidiæ tempeſtas,noſtris rebus proſperis inimica,iſtud bonum labefactet: neque cũ tyrannorum dimicatio contra Deum ſuſcepta, iam Dei virtute profligata ſit, vt denuo perditus dæmon diuinam Chriſti diſciplinam & religionẽ, maleuolorum obtrectationibus lacerandã obijciat: quandoquidem inteſtina ſeditio in Eccleſia Dei

Εὐσεβ. περὶ βίου Κωνστ. βιβ. γ. κεφ. ιε'.

ΕΤΥΧΗΣ μὲν ἐμοὶ πέλος ἦν, ὦ φίλοι, τῆς ὑμετέρας ἀποπλαῦσαι χορείας· τούτου δὲ τυχὼν, εὐδύναι τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων πλὴν χάριν ὁμολογῶ, ὅτι μοι πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἁπάντων ἰδεῖν ἐδωρήσατο· φημὶ δὴ τὸ πανηγυρίσαι ὁμοῦ πάντας ἀποβλαβῆν, μίαν τε γνώμην ἁπάντων ὁμόφρονα γνώμῃ θεάσασθαι. μὴ δὴ οὖν βασκανός τις ἐχθρὸς τοῖς ἡμετέροις καλοῖς λυμαινέσθω· μηδὲ τῆς τυραννων θεομαχίας ἐκπεσὼν δρῆσις, θεοῦ ζωτῆρος δυνάμει, ἔτερος ὁ φιλόπονος δαίμων τὸν θεῖον νόμον βλασφημίαις προβαλλέτω· ὡς ἔμοιγε πάντες πολέμου καὶ μάχης δεινὴ καὶ χαλεπωτέρα ἡ τῆς ἐκκλησίας τοῦ

τοῦ θεοῦ ἐμφύλιος νενόμισται στάσις· καὶ μᾶλλον A
πάντων τῶν ἐξωθεν λυπηρὰ καταφάνηται. ὅτι γοῦν
τὰς ἐξ τῶν πολεμίων νίκας ἡδυμαλῆ καὶ σωτηρίαν
τοῦ κρείττονος ἡγούμεθα, οὐδέν τι λείπειν ἐνόμιζον, ἢ
θεῷ μὲν νομίζειν τὴν χάριν, συγχαίρειν δὲ καὶ τοῖς
*ἰσ. ἐν αὐτῷ *ἐπ' αὐτὸ ἡμῶν ἠλθηκόσιν· ἐπειδὴ τὴν
ὑμετέραν ἀφίστασιν παρ' ἐλπίδα πᾶσιν ἐπυθόμην,
οὐκ ἐν δυσπόρῳ τὴν αἰτίαν ἡγούμενος· τυχὸν δὲ καὶ
φόβον θεοσεβείας διὰ μῆκος ἀξιάμισθον ἐπαγούσας,
τοὺς πάντας ἀμελλητὶ συμμιγεῖς ἐκάλεσα. καὶ χαί-
ρω μὲν ὁρῶν τὴν ὑμετέραν ἐμφυῆ, τὸ δὲ μᾶλ-
λον κεῖνο κατ' ὄψιν ἐμαυτῷ πρᾶξαι, ἐπειδὰν B
τῆς ψυχῆς ἀνακεφάλαιος ἴδωμι τοὺς πάντας,
μίαν τε κοινὴν βεβαιουμένην τῆς πάσης εἰρηνικὴν
συμφωνίαν· ἵν' καὶ ἑτέροις ὑμᾶς πρέπον ἂν εἴη
προσβάλλειν, τοὺς τῷ θεῷ καθιερωμένους. μὴ δὴ
ἐν ὑμῖν μέλλετε, ὦ φίλοι, μὴ δῆτα, λειτουργοὶ θεοῦ, καὶ τοῦ
κοινοῦ πάντων ἡμῶν ἕκαστόν τε καὶ σωτῆρος. ἀ-
γαθοὶ διάκονοι, τὴν τῆς ἐν ὑμῖν ἀφιστάσεως αἰτίαν
ἐκποῦσιν ἤδη φέρειν εἰς μέσον δεξάμενοι, πάντα συν-
*ἰσ. ἀπολύ- δεσμὸν ἀμφιλογίας νόμοις εἰρήνης *ἀπολύσασθε.
σασθε οὕτω γὰρ καὶ τῷ θεῷ πάντων ἡμῶν τὰ δέοντα ἀμφι-
πραγμένοις εἴη ἂν, κἄμοὶ τῷ ὑμετέρῳ σωτηρίῳ C
πολιτεύματι ἐπιβαλλόντως δόοιτο χάριν.

Dei conflata, multo plus moleſtiarum & acerbitatis, quàm quoduis bellum, pugnare videtur mihi in ſe complecti: atque hæc longe plus, quàm externa, doloris afferre videntur. Cum igitur Dei optimi maximi nutu & auxilio adiutus, victoriam ab hoſtibus reportaſſem, nihilq. amplius mihi reliquum putarem, quàm vt tum Deo gratias agerem, tum vnà cum his qui, Deo opem ferente, per me eſſent in libertatem vindicati, communem lætitiam animo perciperem; vt primum diſſenſio veſtra ad aures meas præter omnem ſpem peruenit, rumorem illum de ea allatum nõ plane neglexi; ſed optans in primis, vt huic rei mea opera & ſedulitate remedium inueniretur, omnes vos abſque mora accerſiui. Ac tametſi lætor equidem vehementer, cum iam veſtrum conſeſſum intueor: tunc tamen arbitror me res maxime ex animi ſententia geſturum, vbi omnes vos animorum coniunctione colligatos, & vnam eamq. communem inter omnes, & tranquillam concordiam (quam quidem vos, cum ſitis Deo conſecrati, alijs etiam à Deo impetrare conſentaneum eſt) vigere florereq. intellexero. Itaque ne vlla ſit, quæſo, in vobis mora, ò chariſſimi, ac miniſtri, boniq. famuli Dei, & communis omniũ noſtrum Domini & Saluatoris: ne grauemini, inquam, deinceps cauſas diſſenſionis inter vos graſſantis iam penitus tollere: primoq. omnium operam detis, vt omnia vincula, quibus conſtricta tenetur controuerſia, pacis legibus omnino diſſoluantur. Sic enim eſtis & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi veſtro conſeruo maximum præſtaturi beneficium.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ, ΣΥΝΟΔΟΥ.

SYMBOLVM NICAENI CONCILII.

D

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ ἐρχόμενον πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν, ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum IESVM Chriſtum filium Dei, ex Patre natum vnigenitum, ideſt ex ſubſtantia Patris; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus; paſſus eſt, & reſurrexit tertia die; & aſcendit in cælos: & iterum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, & antequam naſceretur, non erat; & quia ex ijs quæ non ſunt, factus eſt; aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe, vel creatum, vel mutabilem, vel conuertibilem filium Dei, anathematizat catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Ex Athan. in epiſt. ad Iouian.

E

CANONES TRECENTORVM decem & octo sanctorum Patrum, qui Nicæa conuenerunt, Consulatu Paulini & Iuliani virorum clarissimorum, anno ab Alexandro DCXXXVI. xiij. Kal. Iulij, qui est apud Græcos xix. dies mensis Δίου, id est, Iunij.

CAN. I.

Dionysij Exigui versio.

SI quis à medicis propter languorem defectus est, aut à barbaris abscisus; hic in clero permaneat. Si quis autem se ipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere conuenit; & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quòd de his qui hanc rem affectant, audentq. semetipsos abscindere, dictum sit; sic eos, quos aut barbari, aut domini castrauerunt, si inueniuntur aliàs [i] dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

[i] digni,

CAN. II.

Quoniam plura aut per necessitatem, aut aliàs cogentibus hominibus, aduersus Ecclesiasticam facta sunt regulam, vt homines ex Gentili vita nuper accedentes ad Fidem, & instructos breui tempore, mox ad lauacrum spiritale perducerent, simulq. vt baptizati sunt, ad Episcopatū vel ad presbyterium promouerent; optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptismum probatione quamplurima. manifesta est enim Apostolica scriptura, quæ dicit: Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Si vero processu temporis aliquod delictum animæ circa personam reperiatur huiusmodi, & à duobus vel tribus testibus arguatur; à clero talis abstineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra magnum Concilium se efferens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

1. Tim. 3. 6.

CAN. III.

Interdixit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem; nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ [k] suspicionem effugiunt.

[k] omnem

CAN. IV.

Episcopum conuenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in prouincia, Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tamen omnimodis in idipsum conuenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per vnamquamque prouinciam metropolitano tribuatur Episcopo.

CAN. V.

De his qui communione priuantur seu ex clero, seu ex laico ordine ab Episcopis per vnamquam-

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τ̄ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τ̄ λαμπροτάτων ὑπάρχων, ἔτους ἐξακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἕκτου ἀπὸ Ἀλεξάνδρου· ἐν μηνὶ Δίσῳ, ἐντεσσαρεσκαιδεκάτῃ, πρὸ ἐκκαιδεκάτων καλανδῶν Ἰουλίων.

ΚΑΝ. α'.

Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, παυέτω καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον ἀπρεπῶς προσίεσθαι· καὶ ἐν τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι. ὥσπερ δὲ τοῦτο σαφήλειον, ὅτι περὶ τῶν ὁπωσδήποτε διωκούντων τὸ πρᾶγμα καὶ πλημμούντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν ἔρρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν διωκήθησαν, ἐξετάσειεν ὁ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεσθαι ὁ κανών.

ΚΑΝ. β'.

Ἐπειδὴ πολλά ἐστι παρὰ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπιφερομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, ὥς τι ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εἶθ' οὕτω τὸ σωτήριον λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προάγειν εἰς ἐπισκοπὴν ἢ πρεσβυτερίαν, καλῶς ἐδοξεν ἔχειν τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ χρόνος δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος. σαφὴς γὰρ τοῦ ἀποστόλου γράμμα τὸ λέγον· μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. εἰ δέ τις προϊόντος τοῦ χρόνου, ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθῇ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, παυέσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. ὁ δὲ παρὰ ταῦτά τινι, ὡς ὑπεναντίᾳ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θεσμοθετοῦντι, αὐτὸς κινδυνεύσει περὶ τὸν κλῆρον. [l] τῷ κλήρῳ

ΚΑΝ. γ'.

Ἀπηγόρευται καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος· μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τ̄ ἐν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ κατὰ μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑπόνοιαν διαφεύγει.

ΚΑΝ. δ'.

Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς τὸ τοιοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι κατὰ ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

ΚΑΝ. ε'.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γνώμην, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν λαϊκῷ τάγματι ὑπὸ τῶν καθ' ἑκά-

ἑκάστῳ ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κεκρίτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν προορισθέντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἢ τινὶ τοιαύτῃ ἀφορμῇ ὑπ' ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γενήσωνται. ἵνα οὖν τοῦτο τῷ πρέποντι ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ κατ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοὺς ἐπισκόπους συνόδους γίνεσθαι· ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ὑπὸ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιντο. ἐὰν οὕτως οἱ ὁμολογουμένως πεπλημμεληκότες τῷ ἐπισκόπῳ, κατὰ λόγον ἀκριβοῦσθαι δόξωσι, μίσει ὑπὸ πάσιν εἶναι δόξωσι, μίσει ὑπὸ τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὸ φιλανθρωπότερον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκφέρειν ψῆφον. αἱ δὲ συνόδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας αἰρομένης, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ· δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

KAN. ε'.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει· ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ τὰ τοιαῦτα σύνηθές ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ δίκαιον ᾖ, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν δύο, ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

KAN. ζ'.

Περὶ δὲ τῆς τάξεως τῆς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον ὑμᾶς, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ὑμῆς, τῇ μητροπόλει ζωζομένης τὸ οἰκεῖον ἀξιώματος.

KAN. η'.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὡς τὰ χειροθετουμένους αὐτοὺς, μενεῖν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι· τοῦτ' ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπωκόσιν, ἐφ' οἷς καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται· ὡς τὰ αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, οἱ εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔστωσαν ἐν τῷ αὐτῷ τάξιν. εἰ δέ τοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος, προσέρχονταί τινες τούτοις, ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις καθαροῖς ἐπίσκοπος, τὸν τοῦ πρεσβυτέρου λαμβάνῃ ἐξ· εἰ δὲ μὴ ἄρα δόκοι τῷ ἐπισκόπῳ τῆς ὑμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν· ἢ ὅτι αὐτῷ μὴ ἀφέσει, ἐπινοή-

A quamque prouinciam, sententia regularis obtineat, vt hi qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Episcopi vitio videatur à congregatione secluſus. Vt hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit, annis singulis per vnamquamque prouinciam bis in anno concilia celebrari, vt communiter omnibus simul Episcopis congregatis prouinciæ, discutiantur huiusmodi quæstiones. Et sic qui suo peccauerint euidenter Episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur, vsquequo * vel in communi, vel Episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero celebrentur, vnum quidem ante Quadragesimam Paschæ; vt omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum: secundum vero circa tempus autumni.

* Episcoporum congregationi placeat.

CAN. VI.

Antiqua consuetudo seruetur * per Aegyptũ, Libyam, & Pentapolim, ita vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quia & vrbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasq. prouincias, suis priuilegia seruentur ecclesijs. Illud autem generaliter clarum est, quòd si quis præter sententiam Metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna Synodus definiuit, episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & secundum Ecclesiasticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat sententia plurimorum.

* quæ est per *Initium huius Canonis in Conc. Chal. ced. act. 16. Iellum fuit hoc modo:* Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autẽ & Aegyptus, vt Episcopus Alexandrinæ &c.

CAN. VII.

Quia consuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Aeliæ Episcopus honoretur; habeat honoris consequentiam, salua Metropoli propria dignitate.

CAN. VIII.

De his qui se * nominant Catharos, ideſt mundos, si aliquando venerint ad Ecclesiam catholicam, placuit sancto & magno Concilio, vt impositionem manus accipientes, sic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos scriptis conuenit profiteri, quòd catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ dogmata suscipiant & sequantur; ideſt, & bigamis se communicare, & his qui in persecutione prolapsi sunt; erga quos & spatia constituta sunt, & tempora definita, ita vt Ecclesiæ catholicæ & Apostolicæ placita sequantur in omnibus. Vbicumque vero siue in vicis, siue in ciuitatibus ipsi soli reperti fuerint ordinati; qui inueniuntur in clero, in eodem ´ habitu perseuerent. Vbi autem catholicæ Ecclesiæ Episcopo vel presbytero constituto, quidam ex illis aduenium; certum est quòd Episcopus ecclesiæ habebit episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos episcopus, honorem ´ presbyterij possidebit: nisi forte placuerit Episcopo, nominis eum honore censeri. Si vero hoc ei minime placuerit, prouidebit

* aliquando nominabant

´ ordine

´ presbyteri

* πίστιν.

bit ei aut Chorepiſcopatus,aut presbyterij locũ; vt in clero prorſus eſſe videatur: ne in vna ciuitate duo Epiſcopi probentur exiſtere.

CAN. IX.

Si qui presbyteri ſine examine ſunt promoti, vel cum diſcuterentur,peccata ſua confeſsi ſunt, & homines cõtra Canones commoti,manus confeſsis imponere tentauerunt; tales regula non admittit: quia quod irreprehenſibile eſt,catholica defendit Eccleſia.

CAN. X.

Quicumque de lapſis ad ordinem cleri promoti ſunt per ignorantiam,vel per ordinantium diſſimulationem; hoc Eccleſiaſticæ non præiudicat regulæ. cogniti namque deponuntur.

CAN. XI.

De his qui præter neceſsitatem præuaricati ſunt,aut præter ablationem facultatum,aut præter periculum, vel aliquid huiuſmodi (quod factum eſt ſub tyrannide Licinij) placuit Synodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur; & [a] ſex annis omni ſe contritione deijciant; duobus autem annis ſine oblatione populo in oratione communicent.

[a] ſeptem

CAN. XII.

Quicumque vocati per gratiam, primùm quidem [x] impetum monſtrauerunt,deponentes militiæ cingulum; poſtmodum vero ad proprium vomitum ſunt relapſi, ita vt quidam & pecunias tribuerent,& beneficijs militiam repeterent; hi decem annis, poſt triennij tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus, propoſitum & ſpeciem pœnitentiæ conuenit explorare. Quotquot enim metu & lacrymis,atque patientia,vel bonis operibus,rebus ipſis conuerſionem ſuam non ſimulatione demonſtrant; hi definitum tempus auditionis implentes,tum demum fidelibus in oratione communicent: poſtmodum vero licebit Epiſcopo de his aliquid humanius [y] cogitare. Quicumque vero indifferenter tulerunt, & [z] aditum introeundi Eccleſiam ſibi arbitrati ſunt ad conuerſionem poſſe ſufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.

[x] voluntatem

[y] conſulere.
[z] habitum non introeundi, ſine, habitum introeundi

CAN. XIII.

De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisq. ſeruabitur; ita vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minime priuetur. Quòd ſi deſperatus, & conſecutus communionem, oblationisq. particeps factus, iterum conualuerit; ſit inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi [a] communionis gratiam tribui, Epiſcopus [b] probabiliter ex oblatione dare debebit.

[a] Euchariſtiæ
[b] poſtquã probauerit, dare

CAN. XIV.

De catechumenis * lapſis, ſancto & magno Concilio placuit, vt tribus annis ſint inter audientes

* &

A εἰ πάνυ ἡ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, ὥστε τοῦ ἐν τῷ πλήρει ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

KAN. Θ'.

Εἴ τινες αἰτίας [x] προσῆχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἡμαρτημένα αὐτῖς, καὶ ὁμολογηθέντων αὐτῶν, ἐπὶ κανόνα κινήσαντες ἄνθρωποι τῆς τοιούτης χάριτος ἐπιτηδήσαντο· τούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἐπιδείκνυσι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

[x] προσηχθησαν

KAN. ι'.

B Οσοι προσκεκλίθησαν τῶν ἀδιαπλανήτων καὶ ἁγίων, ἢ καὶ προφθόντων τῶν προσκεκλιμένων, τοῦτο ἐὰν μένει τῷ κανόνι τῇ ἐκκλησιαστικῇ γνωθείσῃ γὰρ καθαιροῦνται.

KAN. ια'.

Περὶ τῶν ἀδιαβάτων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἢ ἵνα τοιούτου, ὁ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ συνόδῳ, κἂν ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρῆσθαι αὐτοῖς. οἱ οὖν γνησίως μετανοοῦντες, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πρῶτοι· C εἶτα ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.

KAN. ιβ'.

Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, εἶτα δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀποστραφέντες ὡς κύνες, ὡς λῆμμά τε ἀργύριον προέσθαι, καὶ [x] βενεφικίοις καταρθῶσαι τὸ ἀναστραφῆναι· οὗτοι [y] δεκαέτη ὑποπεσοῦνται, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, προσοχὴ ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν D γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιτροφὴν ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται· οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μᾶλλον τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα [z] τοῦ μὴ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν αἱρεῖν αὐτοῖς ἠρήσαντο πρὸς τὴν ἐπιτροφήν, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

[y] δεκαετῆ ἐν ὑποπτώσει

KAN. ιγ'.

E Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν· ὥς τε εἴ τις ἐξοδεύοι, καὶ πλοῦτόν τε ἀναγκαίου ἐφοδίου μὴ ἀποστρέφεσθαι· εἰδὲ ἀποστασίας καὶ κοινωνίας πάλιν τύχοι, πάλιν ἐν τῇ ζωῇ ἐξεταθῆναι, μὴ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔσω. καθόλου δὲ ἐν τῷ μέλλειν τινὰς οὐτινοσοῦν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μεταλαβεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας [z] δοθήσεται.

[z] μεταδιδόσθαι τῆς προσφορᾶς.

KAN. ιδ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ ἀδιαπτώτων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὡς τὰ τρίτων ἐτῶν αὐτοὺς

τὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ πάντων εὐχεσθαι μετὰ τῶν A audientes tantummodo; posthæc autem cum catechumenis orent.
κατηχουμένων.

KAN. ιε'.

Διὰ τὴν πολλὴν ταραχὴν καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε πανταπάσι περιαιρεθῆναι τὸ συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν· ὡς τὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μή τι ἐπίσκοπον, μή τι πρεσβύτερον, μή τι διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιοῦτό τι ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται τὸ καταστάσιμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ B πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

KAN. ις'.

Οσοι ῥιψοκινδύνως, μή τι τὸν φόβον τοῦ θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μή τε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι μηδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πᾶσιν αὐτοῖς ἀνάγκη ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ μηδὲ ὅλως ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ δὲ τολμήσέ τις ὑφελέσθαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ C αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος· ἄκυρος ἔσται ἡ χειροτονία.

KAN. ιζ'.

Επειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδείαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τῆς θείας γραφῆς λεγούσης· τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα οὐκ ἔλαβεν κατὰ ψυχῆς δικαίου· ὁ γὰρ τοιοῦτος D οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον, τόκους λαμβάνων, ἐπὶ μεταχρήσεσιν ἄλλως μεταχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

KAN. ιη'.

Ηλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσι, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. καλὸν δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῖς εὐχαριστίας ἅπτονται. τούτου μὲν οὖν ἅπαντα περιῃρῆσθαι. καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσὶ, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι· λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου διδόντες αὐτοῖς, ἢ παρὰ πρεσβυτέρου· ἀλλὰ μὴ καθήσθω ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις. παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. εἰ δέ τις μὴ θέλοι πείθεσθαι καὶ μετὰ τάπτους τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς διακονίας.

KAN.

dientes tantummodo; posthæc autem cum catechumenis orent.

CAN. XV.

Propter multam perturbationem, & seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa; ita vt de ciuitate ad ciuitatem non Episcopus, non presbyter, non diaconus [x] transferatur. Si quis autem post definitionem sancti & magni Concilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negotio mancipauerit; hoc factum prorsus irritum ducatur, & restituatur ecclesiæ, cuius fuit Episcopus, aut presbyter, vel diaconus ordinatus.

[x] transeat.

CAN. XVI.

Quicumque temere [x] aut periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia presbyteri, aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt; hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem conuenit illis imponi, vt ad suas parœcias reuertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter inuadere, & in sua ecclesia ordinare tentauerit, non consentiente Episcopo, à quo discessit is qui regulæ mancipatur; ordinatio huiusmodi irrita comprobetur.

[x] ac.

CAN. XVII.

Quoniam multi sub regula constituti, auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitiq. diuinæ scripturæ dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram; mutuum dantes centesimas exigunt: iuste censuit sancta & magna Synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, idest sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia; deijciatur a clero, & alienus existat a regula.

Psal. 14. b.

CAN. XVIII.

Peruenit ad sanctum magnumq. Concilium, quòd in quibusdam locis & ciuitatibus, presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant; quod nec regula, nec consuetudo tradidit, vt ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Nec non & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante Episcopos [x] sacra oblata contingant. Hæc igitur omnia rescecentur; & in sua diaconi mensura permaneant, scientes, quòd Episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut Episcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

[x] Eucharistiam

CAN.

CAN. XIX.

De Paulianiſtis ad Eccleſiam catholicam confugientibus definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in clero, ſi quidem immaculati & irreprehenſibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ catholicæ. Quòd ſi diſcuſſio incongruos eos inuenerit, abijci tales conuenit. Similiter autem & de diaconiſſis, & omnino de his qui ſub regula verſantur, hæc forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eodem habitu eſſe probantur, quòd non habeant manus impoſitionem, & ideo modis omnibus eas inter laicas deputari.

CAN. XX.

Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes: vt omnia in vniuerſis locis conſonanter obſeruentur, placuit ſancto Concilio, ſtantes Domino vota perſoluere.

A

ΚΑΝ. ιθ'.

Περὶ τῶν Παυλιανιστῶν, ὅτι προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθη τοῦ ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξ ἅπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονεῖσθωσαν ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς ἐμφήνοι, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς πρέπει. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν Διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, ὁ αὐτὸς τύπος φυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ τῶν Διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξεταθέντων, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν ἴσα ἔχουσιν, ὥστε καὶ ἐξ ἅπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

B

ΚΑΝ. κ'.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ Κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, ἵνα πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας εὐθέως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδίδοναι τῷ θεῷ.

SECVNDA EDITIO CANONVM CONCILII NICAENI.

CAN. I.

Iſidori Mercatoris. SI quis in ægritudine à medicis ſectus eſt, vel à barbaris caſtratus, placuit vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſe ipſum abſcidit, etiam ſi eſt in clero, ceſſare debet: & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui affectauerunt, vel auſi ſunt ſe ipſos abſcindere, hæc quæ diximus, ſtatuta ſunt; ita ſi qui vel à barbaris, vel à dominis ſuis ſecti, & probabilis vitæ ſunt, tales ſuſcipit Eccleſiaſtica regula in clerum.

CAN. II.

Quoniam multa ſiue per neceſſitatem, ſiue ex quacumque cauſa contra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita Gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritalem baptiſmum veniſſent, & continuo cum baptizati ſunt, etiam ad epiſcopatum, vel ad presbyterium prouecti ſunt; recte igitur viſum eſt, de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus eſt, vt ſit catechumenus; & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namque eſt Apoſtolicum præceptum, dicens: Non neophytum, ne forte elatus, in iudicium incurrat, & laqueum diaboli. Si vero procedente tempore aliquod *peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet a clero qui huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc ˣ facit, tamquam contraria ſtatutis ſancti Concilij gerens, etiam ipſe ˣ periclitabitur de ſtatu ſui cleri.

1. Tim. 3. 6.
* mortale
ˣ fecerit,
ˣ præcipitabitur

CAN. III.

Omnibus modis interdixit ſancta Synodus, neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater, aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit. In his namque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis, quæ ex mulieribus eſt, ſuſpicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.

CAN. IV.

Epiſcopum oportet ab omnibus Epiſcopis, ſi fieri poteſt, qui ſunt in prouincia eius, ordinari. Si vero hoc difficile fuerit vel aliqua vrgente neceſſitate, vel itineris longitudine; certe tres Epiſcopi debent in vnum eſſe congregati, ita vt etiã ceterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſane vel cõfirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad metropolitanum Epiſcopum.

CAN. V.

Seruetur & iſta ſententia, vt hi qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, ſi forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione Epiſcopi ſui ˣ excommunicati ſint. Vt ergo digna hæc poſsint examinatione perquiri, recte viſum eſt, per ſingulos annos in ſingulis quibuſque prouincijs, bis in anno Epiſcoporum concilium fieri; vt ſimul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiuſmodi examinent quæſtiones: vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt, digne etiam a ceteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in communi, vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam. Habeatur autem ſemel Concilium

ˣ abſentes

cilium ante dies Quadrageſimæ; vt omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum & ſolemne Deo munus poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempus autumni.

A

CAN. VI.

*perduret

quando-quidem &

Mos antiquus *perdurat in Aegypto, vel Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem & Epiſcopo Romano partilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasq. prouincias, honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ. Per omnia autem manifeſtum eſt, quòd ſi quis præter voluntatem & conſcientiam metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum. Sane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundum Eccleſiaſticam regulam, duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

B

CAN. VII.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Aeliæ, ideſt, Hieroſolymæ Epiſcopo honor deferatur; habeat conſequenter honorem ſuum, manente tamen metropolitanæ ciuitati propria dignitate.

C

CAN. VIII.

Si qui voluerint venire ad Eccleſiam catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto Concilio vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant cõfeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe communi conſenſu catholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos, ideſt, communicaturos ſe & his, qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt; quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus adſcriptum eſt, vt in omnibus ſequantur ea, quæ in Eccleſia catholica obſeruantur. Et ſicubi ijdem ipſi fuerint inuenti ſiue in vicis ſiue in vrbibus clerici ordinati à Catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, vnuſquiſque tamen in ſuo ordine. Si vero Epiſcopus vel Presbyter Eccleſiæ catholicę fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum eſt quòd Epiſcopus quidem catholicus ſuam habeat dignitatem, ſimiliter autem Presbyteri & diaconi habeant. Hi vero qui ab iſtis veniunt, ſi forte Epiſcopus fuerit, habeat ſacerdotij dignitatem: niſi forte placeat catholico Epiſcopo concedere ei etiam epiſcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inueniat ei locum, vt ſit in parochia chorepiſcopus, aut in clero presbyter: vt in ciuitate vna non videantur duo Epiſcopi eſſe, & ille omnimodis in clero permanere videatur.

D

CAN. IX.

Si qui ſine examinatione promoti Presbyteri ſunt, & poſtea examinati, confeſſi ſunt peccata ſua; & cum confeſſi fuiſſent, contra regulam venientes homines, manus eis temere impoſuerunt; hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehenſibile eſt, ſancta defendit Eccleſia.

E

CAN. X.

Quicumque ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat regulæ Eccleſiaſticæ, cum enim compertum fuerit, deponantur.

CAN. XI.

De his qui negauerunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuſcemodi (quod factum eſt ſub tyrannide Licinij) placuit ſanctæ Synodo, licet indigni ſint miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter *pœnitentes habeantur. Si tamen fideles ſunt, ſeptem annis alijs inter pœnitentes ſint: duobus autem annis ijdem ſine oblatione in oratione ſola participent populo. Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militiæ cingulo; poſt hæc autem ad proprium vomitum ſunt reuerſi, vt & pecunias darent, & ambirent redire rurſum ad militiam; iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud præcipue obſeruetur, vt animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicumque enim cum omni timore & lacrymis perſeuerantibus, & operibus bonis, conuerſionem ſuam non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant; cum tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare; licebit Epiſcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerunt lapſum, & ſufficere ſibi quòd Eccleſiam introierint arbitrantur; iſti omnimodo tempora ſtatuta complebunt.

*audientes

CAN. XII.

De his vero, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc, ita vt ſi forte quis recedit ex corpore, neceſſario vitæ ſuę viatico non defraudetur. Quòd ſi deſperatus aliquis recepta Communione ſuperuixerit, ſit inter eos qui in ſola oratione communicant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, in tradendo eis Communionem, cura & probatio ſit Epiſcopi.

CAN. XIII.

Placuit hoc ſancto & magno Concilio de catechumenis qui lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo; poſthæc vero orent cum catechumenis.

CAN. XIV.

Canon hic in vers. Dionysii ponitur pro xviij.

Peruenit ad sanctum Concilium, quòd in locis quibusdam & ciuitatibus, Presbyteris Sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigãt. Sed & illud innotuit, quòd quidam diacones etiam ante Episcopos Sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & maneant diacones intra suam propriam mensuram, scientes quia Episcoporũ quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores. Accipiant ergo secundum ordinem post Presbyteros ab Episcopo, vel à Presbytero sacram Communionem. Quòd si non fuerit in præsenti vel Episcopus, vel Presbyter, tunc ipsi proferant, & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio Presbyterorũ diacones. extra regulam enim est, vt hoc fiat. Si quis autem non vult his sufficiens esse post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

CAN. XV.

Propter multas perturbationes, & frequentes tumultus seditionum, quę fieri solent, placuit omnimodo istam abscindi consuetudinem, quę contra regulam est, sicubi tamen sit, idest, ne de ciuitate ad ciuitatem transeat vel Episcopus, vel Presbyter, vel diaconus. Si quis vero post hæc statuta sancti huius Concilij tale aliquid agere tentauerit, infringetur omni genere huiuscemodi conatus; & restituatur propriæ Ecclesiæ, in qua ordinatus est.

CAN. XVI.

Si qui vero sine respectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque Ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, siue Presbyter, siue diaconus, vel in quocumque Ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia ecclesia; sed cum omni necessitate cogantur vt redeant ad ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicare eos oportet.

CAN. XVII.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua ecclesia, quum non habeat consensum Episcopi ipsius, à quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

CAN. XVIII.

Quoniam multi clerici, auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram; fœnerantes centesimas exigunt; statuit hoc sanctum Concilium, Si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sescuplum dare; omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deijciatur ex clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu. *Psalm. 14.*

CAN. XIX.

Si quis confugit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis, & Cataphrygis, statutũ est rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint & irreprehensibiles, baptizati rursus etiam ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas, quæ in hoc ordine inuentæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, vt & omnimodo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissæ, quæ in catholico canone non habentur, simili loco, idest, laicę & tamquam non consecratæ deputentur.

CAN. XX.

Quoniam sunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes; propterea itaque statutum est à sancta Synodo, quoniam consona & conueniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, vt stantes ad orationem vota Domino reddamus.

Nihil eſt in auctoribus, temporum iniuria & librariorum erroribus magis expoſitum, quàm propria locorum perſonarumq. nomina. Nam cum vt plurimum peregrina ſint, facillimum quidem eſt corrumpi ac deprauari. Accedit, locorum appellationes propter varias diuerſarum gentium in alienos fines incurſiones, & pene momentaneas Imperiorum viciſſitudines, nullibi ſtabiles permanſiſſe. Hinc factum, vt in Conciliorum ſubſcriptionibus multa legantur, quæ aut plane depranata ſunt, aut certe iis nominibus habentur, quæ eo tempore vera & certa erant, noſtro ſæculo omnino & incognita. Sed cum in omnibus editionibus hactenus euulgatis prædicta ſubſcriptiones extent, viſum eſt omitti eas non poſſe.

Subſcripſerunt trecenti decem & octo Epiſcopi, qui in eodem Concilio conuenerunt.

Hoſius Epiſcopus ciuitatis Cordubenſis prouinciæ Hiſpaniæ dixit: Ita credo ſicut ſuperius ſcriptum eſt.

‖ Vitus ‖ Victor & Vincentius Presbyteri vrbis Romæ pro venerabili viro Papa & Epiſcopo noſtro ſancto Silueſtro ſubſcripſimus, ita credentes, ſicut ſupra ſcriptum eſt.

Prouinciæ Aegypti.

Alexander Alexandriæ magnæ.
* Arpocration * Alphocration Naucratites.
Adamantius Cynopolites.
* Arbetion * Alberion Pharbæthi.
Antiochus Memphites.
* Thinites. al. Thmuites. Caius * Ptemythis.
Dorotheus Peluſianus.
Philippus Panephyſenſis.
Potamon Heracleenſis.
Secundus Ptolemaidis.
Tiberius Tentyrites.

Prouinciæ Thebaidos.

* Aithales al. Attas * Atlas Schediæ.
Tyrannus Antinoæ.
Voluſianus Lycopolites.

Prouinciæ Libyæ.

* Dagatius al. Dachis * Dathes Berenices.
* Antipyrgenſis. Serapion * Antiphrenſis.
Zephyrus Barcæ.
Secundus Tanites.
Titus Parætonij.

Prouinciæ Palæſtinæ.

Macarius Hieroſolymitanus.
Germanus Neapolitanus.
Marius Sebaſtenus.
Caianus Gadarenſis.
Euſebius Cæſarienſis.
Sabinus Aſcalonitanus.
Longinus Nicopolitanus.
Petrus Iamnienſis.
‖ Marinus ‖ Macrinus Eleutheropolis.
Maximus Maximianopolitanus.
* Paulinus * Paulus Maximinopolis.
Ianuarius Hierichuntinus.
Heliodorus Zabulonites.
Aëtius Lyddenſis.

A Siluanus Azoti.
Patrophilus Scythopolis.
Aſclepius Gazæ.
Petrus Ahilæ.
Antiochus Capitoliadis.

Prouinciæ Phœnices.

Zenon Tyrius.
Aeneas Ptolemaidis.
Magnus Damaſcenus.
Theodorus Sidonius.
Hellanicus Tripolis.
B Philocalis Paneadis.
Gregorius Beryti.
* Martinus Palmyrenus. * Marinus
‖ Thalaſſius Alalius. ‖ Thadoneus
* Antonius Emiſſenus. * Anatolius

Prouinciæ Syriæ Cœleſ.

Euſtathius Antiochenus.
Zenobius Seleucienſis.
* Theodorus Laodiceæ. * Theodotus
Alphius Apameæ.
Baſſianus Raphaneenſis.
C * Philotimus Hierapolitanus. * Philoxenus
Piperius Samoſatenus.
Archelaus Dolichenus.
Euphration Balaneorum.
Palladius chorepiſcopus.
Zoilus Gabalenus.
Baſſus Zeugmatites.
* Leontius Lariſſenus. * Gerontius
* Euſtathius Arethuſius. * Euſtafius
Mauricius Epiphanenſis.
Paulus Neocæſarienſis. * Cyricius al. Dyricius
* Syricius ‖ Cyrreticenſis. ‖ Cyreſticenſis.
Seleucius chorepiſcopus.
D Petrus Gindarenſis.
* Pegaſius ‖ Acorabenſis. * Pelagius al. Palladius
Baſſonus Gabenus. ‖ Acrabatenſis.
Gerontius Coaræ. al. Ambracianenſis.
* Salomonus Germaniciæ. * Salamenes

Prouinciæ Arabiæ.

Nicomachus Boſtrenſis.
Cyrion Philadelphiæ.
Gennadius Iabrudorum.
Seuerus Sodomorum.
Soſipater ‖ Bethaunenſis. ‖ Patumenus.
Seuerus Dionyſiadis.
E

Prouinciæ Meſopotamiæ.

* Ethilaus Edeſſenus. * Aetholaus
 al. Aetolus

Iacobus Nisibenſis.
Antiochus Rheſinatenſis.
* Mareas Macedonopolitanus. * Marinus

Prouinciæ Perſidis.

Ioannes Perſidis.

Prouinciæ Ciliciæ.

Theodorus Tarſenſis.
Amphion Epiphanienſis.
Narciſſus ' Neronianus. * Irenopolis.
Moyſes Caſtabalenſis.
Nicetas Flauiadis.
Eudæmon chorepiſcopus.
Paulinus Adanorum.
Macedonius Mopſueſtiæ.
Heſychius Alexandriæ minoris.
Tarcondimantus Aegetanus.
Narciſſus Hierapolis.

Prouinciæ Cappadociæ.

Leontius Cæſarienſis.
Eupſychius Tyanenſis.
* Euphraſius Colonenſis. * Eurithius
Timotheus ‖ Cyziſtrenſis. ‖ Cibiſtrenſis, al. Cirſiſtrorum.
Elpidius Comanenſis.
* Gregorius chorepiſcopus. * Gorgonius
Stephanus chorepiſcopus.
Euphronius chorepiſcopus.
Rhodon chorepiſcopus.
Theophanes chorepiſcopus.

Prouinciæ Armeniæ minoris.

* Eulogius Sebaſtenus. * Eulalius
‖ Euethius Satalenſis. ‖ Eutychius

Prouinciæ Armeniæ maioris.

Arſaphius Sophenenſis.
* Acrites Dioſpontanus. * Ariſtarces al. Ariſtæus
Eutychianus Amaſæus.
Heraclius Zelonenſis.
Elpidius ' Ethonienſis. * Coromanenſis, al. Eteſiarum.

Prouinciæ Ponti Polemoniaci.

Longinus Neocæſarienſis.
Domnus Trapezuntis.
Stratophilus ' Ptyuſij. * Pityuntis.

Prouinciæ Ponti Paphlagoniæ.

Philadelphus Pompeiopolis.
Petronius * Iunopolis. * Ionopolitanus.
* Heſychius Amaſtridis. * Eutychius al. Eupſychius

Prouinciæ Galatiæ.

* Pancharius Ancyranus. * Pancratius al. Marcellus al. Marcus
Dicaſius ‖ Tabienſis. ‖ Thobarenſis.

A * Erethius Platanenſis. * Erechorius
‖ Gorgonius Cynnenſis. ‖ Gregorius
Philadelphus Iuliopolis.

Prouinciæ Aſiæ.

Theonas * Cyzicenus. * Marmariçenus.
* Menophantus Epheſinus. * Menophanes
Orion Ilienſis.
Eutychius Smyrnenſis.
Mithres * Paponenſis. * Popenſis.
Macrinus ' Hellenopolis. * Theopolis.
Paulus * Anderenſis. * Anderenſis.

B

Prouinciæ Lydiæ.

Artemidorus * Sardienſis. * Sardiorum.
* Soron Thyatirenſis. * Serras
‖ Ethymaſius Philadelphiæ. ‖ Etheumatius
Pollion ‖ Peperenſis. ‖ Barenſis.
Agogius Tripolitanus.
Florentius * Anticyrræ. * Antiquiras al. Ancyræ Phrygiæ.
Marcus Standitanus.

Prouinciæ Phrygiæ.

C Nunechius Laodicenſis.
Flaccus * Sanenſis. * Sandenſis.
Procopius Synnadenſis.
Piſticus Azanenſis.
Athenodorus Dorylæus.
Paulus ' Apamenus. * Apameenſis.
Eugenius Eucarpienſis.
Flaccus Hierapolitanus.

Prouinciæ Piſidiæ.

Eulalius Iconienſis.
Telemachus Hadrianopolitanus.
D Theodorus Vzelenſis.
Eutychius Seleucienſis.
Heſychius Neapolitanus.
* Vranion Selgenſis. * Vranius Saternonenſis.
Apagamus Liſinienſis.
‖ Tarſicius Apamenus. ‖ Tyrſicius
Patricius Ambladenſis.
Polycarpus Metropolitanus.
* Acumedios Parienſis. * Academius à Paro.
Heraclius Barenſis.

Prouinciæ Lyciæ.

E Eudæmus Patarenſis.

Prouinciæ Pamphyliæ.

Callinicus Pergenſis.
Eureſius Termeſſenus.
‖ Teuxius * Cyrbenſis. ‖ Hæreſius al. Seuſius
Domnus Aſpendius. * Siarbonenſis.
Quintianus Seleucienſis.
Patricius Maximianopolitanus.
Aphrodiſius * Magidorum. * Magidenſis.

Pro-

Prouinciæ Insularis.

Euphrosynus Rhodiensis.
Meliphron Cous.
Strategius Lemnius.
Apollodorus Corcyræus.

Prouinciæ Cariæ.

Eusebius Antiochenus.
Ammonius Aphrodisius.
[a] Leoius Leodius Cybiritanus.
[a] à Mileto. Eusebius [a] Miletius.

Prouinciæ Isauriæ.

Stephanus Barattensis.
[a] Anthenus Athenæus Zoropassenus.
[a] Budesius Ethesius Claudiopolitanus.
Agapetus Seleuciæ.
Siluanus Metropolitanus.
Faustus Phuphenatensis.
Antonius Antiochenus.
Nestor Syedrensis.
Hesychius chorepiscopus.
Cyrillus Sidensis.
Theodorus Vasagadensis.
Theodorus chorepiscopus.
Anatolius chorepiscopus.
[a] Larinensis. Paulus [a] Larandensis.
Quintus chorepiscopus.
Tiberius Lystrensis.
Aquila chorepiscopus.
Eusebius Paralais Lycaoniæ.

Prouinciæ Cypri.

Cyrillus Paphensis.
[a] Selanos Gelasius Salaminensis.

Prouinciæ Bithyniæ.

Eusebius Nicomediensis.
Theognis Nicænus.
Maris Chalcedonensis.
[a] à Chio. Cyrillus [a] Chius.
Hesychius Prusensis, iuxta Hippium fluuium.
Gorgonius Apolloniensis.
Georgius Prusiadis, iuxta Olympum montem.
Euethius Hadrianopolis.
[a] Theustinus Theophanes chorepiscopus.
Rufus Cæsariensis.
Eulalius chorepiscopus.

Prouinciæ Europæ.

Pedorus al. Prederus Phædrius Heracleæ.

Prouinciæ Daciæ.

Protogenes Sardicensis.
Marcus Metropolitanus.

Prouinciæ Mysiæ.

Pistus Marcianopolitanus.
Marcus [a] Comeensis. [a] Euboeæ.
Strategius Hephæstiensis.

Prouinciæ Macedoniæ.

Alexander Thessalonicensis.
[a] Budion Thebensis. [a] Budisius

Prouinciæ Achaiæ.

Pistus Atheniensis.
Festius Strategidis.

Prouinciæ Thessaliæ.

Claudianus Thessaliæ.
[a] Chionius Thebanus. [a] Cleonicus

Prouinciæ Calabriæ.

Marcus Calabriæ.

Prouinciæ Africæ.

Cæcilianus Carthaginiensis.

Prouinciæ Dardaniæ.

Dacius Macedoniæ.

Prouinciæ Dalmatiæ.

Bunius Stoborum.

Prouinciæ Pannoniæ.

Domnus Stridonensis.

Prouinciæ Galliarum.

Nicasius Diuionensis.

Prouinciæ Gothiæ.

Theophilus Gothiæ metropolis.

Prouinciæ Bosphori.

Domnus Bosphorensis.

Impressum Venetiis per Bernardinum Vercellensem, anno Domini M. CCCC. LXXXXIIII. die XXIII. Iulii.

Cum priuilegio.

A Nobilissimo Iuuene Ludouico Alamanno Florentino, Petrus Paulus Vergerius Iustinopolitanus Iurisconsultus, Salutem.

Quoniam ad me scripsisti, Ludouice, ut tibi consilium meum impertirem, quo pacto ad Iuris ciuilis studium accedere debeas, quod ego libenter facio, quia te amo, et quia ita mihi videtur, ut ad Iuris ciuilis studium acced

ἀλλ' ὡς ἀπίστοις πιστὸν εἶναι τὸ κατηγορηθέντα, ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς περὶ αὐτοῦ, διά τε ἐπιστολῶν, καὶ τῶν εἰς πρόσωπον διαλέξεων πεπληροφορημένοι μὴ τοιοῦτον εἶναι. εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος, οὐκ αὐτοψίνευτος, ἀλλὰ σωπηθέντος τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις, καὶ διὰ τούτου τοῦ γράμματος πληροφορεῖσθαι τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξοχὴν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν ὑποψίαν φεύγειν σπουδάζομεν. εἰ γὰρ καταξιώσατε καὶ ἡμᾶς εἰς πρόσωπον ἐπαναλαβεῖν ἡμᾶς, ἔχετε ἐν πᾶσι συμψήφους ἀκολουθοῦντας τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις. ὅπερ καὶ τὸν θεῖον τοῦτον ἐναγόμενον εὐδοξεῖ τῇ ὑμῶν ἀγαθοτάτῃ φιλανθρωπίᾳ ἀπαντᾶν, καὶ ἀνακαλέσασθαι. ἔπρεπεν δὲ καὶ τὸ δικαιοῦντας εἶναι τὸν ἄνδρα, ἀνακεκλημένον καὶ ἀπολογησάμενον ἐφ' οἷς διεβάλλετο, ἡμᾶς σιωπᾶν καθ' ἑαυτῶν δηλοῦντας τὸν ἔλεγχον. καταξιώσατε γοῦν, ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν ἀγαθοτάτῃ, καὶ τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα ὑπομνῆσαι, καὶ τὰς δεήσεις ἡμῶν ἐγχειρίσαι, καὶ θᾶττον βαδίσασθαι τὰ ὑμῖν ἁρμόζοντα ἐφ' ἡμῖν.

A sed quòd minime crederemus, eum, qui erat accusatus, hominem eius generis fuisse: præsertim cum ex illis, quæ priuatim ad nos ab eo tum per epistolas relata erant, tum per eius sermonẽ coram habitum declarata, pro certo essemus persuasi, ipsum longe alium esse. Quod si sanctum vestrum Concilium sibi de illo persuasit; ea quæ vestrò iudicio decreta sunt, non contradicendo impugnare, sed consentientibus animis confirmare decreuimus, & hoc libello consensum illum roboramus; non huc inducti, quòd exilium grauiter & iniquo animo ferimus; sed quòd libenter cupimus hæresis vitare suspicionem. Nam si nos B iam in vestrum conspectum venire permiseritis, comperietis nos vestris decretis omnino suffragaturos. Et quoniam vestræ reuerentiæ visum est, illum qui rerum istarum reus agitur, humanitus excipere, & ad vos accersere: est plane à ratione alienum, vt cum is, qui crimine tenetur implicatus, accersitus sit, illisq. quæ ipsi obijciũtur, responderit; nos reticendo, nosmetipsos culpæ conuincere videamur. Ne grauemini igitur (sicut vestram benignam decet reuerentiam) sanctissimum Imperatorem nostrum de his commonefacere, nostra postulata illi exponere, & mature ea quæ sunt prudentiæ vestræ consentanea, de nobis C statuere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ θεοῦ, Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συνηγμένοι, καὶ τῷ μεγάλῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι ἐν κυρίῳ χαίρειν.

EPISTOLA CONCILII NICAENI.

D Sanctæ eximiæque, Dei gratia, Ecclesiæ Alexandrinæ, & dilectis fratribus Aegyptum, Libyam, & Pentapolim incolentibus, Episcopi Nicææ congregati, & ad magnum sanctumq. Concilium conuocati, sal.

Theod. Cyrill. c. xxv.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς παρὰ θεοῦ χάριτος, καὶ παρὰ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγούσης ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη· ἐξ ἀπάσης τῆς ἱερᾶς συνόδου ἀναγκαῖον ἐφάνη καὶ πρὸς ὑμᾶς διαπεμφθῆναι γράμματα, ἵν' εἰδέναι ἔχητε τίνα μὲν ἐζητήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἐδόξε καὶ ἐκρατύνθη. πρῶτον μὲν οὖν ἐξ ἁπάντων ἐξητάσθη, τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ παρ' ἡμῶν ἐδόξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ νοήματα αὐτοῦ τὰ βλάσφημα, οἷς ἐχρῆτο βλασφημῶν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, λέγων· ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, καὶ πρὶν γεννηθῆναι μὴ εἶναι, καὶ εἶναι ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ αὐτεξουσίοτητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα. πάντα τούτοις ἀπεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀνέχεται τῆς ἀσεβοῦς δόξης.

Ex Theod. lib. 1 c. 9.

QVONIAM Dei gratia, & mandato religiosissimi Imperatoris Constãtini, qui nos ex varijs prouincijs & ciuitatibus in vnum congregauit, magnum & sanctum Concilium Nicænum coactum est; necessarium videtur, vt à toto sacro Concilio litteræ ad vos mittantur, ex quibus possitis intelligere cùm ea quę in controuersiam adducta, & exquisite disceptata sunt, tum quæ decreta & constabilita. Primũ impia & peruersa dogmata Arij, eorumq. E qui eius sectam sequuntur, coram religiosissimo Imperatore nostro Constantino perquisita sunt; vnde placuit Concilio, communibus suffragijs anathema denuntiare eius nefariæ opinioni, & verbis sententijsq. execrabilibus, quibus vsus est ad Filium Dei blasphemijs afficiendum: nimirũ, Eum ex nihilo ortum esse, nec fuisse antequam natus esset: fuisse tempus aliquando, cum non esset: Filium Dei libera voluntate & arbitrio, vitij & virtutis capacem esse: creaturam esse, factum esse. Quibus omnibus sanctum Concilium indicit anathema: immo vero ne pati quidem potest, vt

[illegible] [illegible] [illegible] [

EPISTOLA PAVLI AD
ROMANOS.

EPISTOLA VENERA-
BILIS BEDÆ PRESBY-
TERI AD EGBERTVM
EPISCOPVM.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD ECCLESIAM ALEXANDRINAM.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΤΗ, ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.

Constantinus Augustus catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ.

Κωνσταντῖν⑤ σεβασὸς τῇ καθολικῇ Αλεξανδρέων ἐκκλησία.

Ex Socra. lib.1.c.6.

SALVETE plurimum, fratres charissimi. Permagnum certe & singulare beneficium à diuina prouidentia in nos collatum est, quòd omni errore liberati, vnã eamdemq. fidem agnoscamus. Non est profecto diaboli insidijs contra nos intentatis, de cetero quidquam loci relictum: nam quidquid est per fraudem in nos molitus, illud funditus sublatum est. Dissensiones autem animorum, schismata, tumultus illos, & lethalia discordiarum (vt ita dicam) venena, veritatis splendor (iuxta Christi monitum) penitus obruit, deleuitque. Vnum igitur Deum omnes & nomine veneramur, & esse credimus. Vt autem istud Dei admonitione ad exitum perduceretur, magnam Episcoporum turbam ad vrbẽ Nicæam accersiui: quibus cum ego, qui vnus ex vestrùm numero sum, quiq. eidem obsequio vnà vobiscum libentissime meipsum totum addico, operam dedi, vt veritas diligenter inuestigaretur. Proinde omnia, quæ aut controuersiæ, aut dissensionis materiam præbere videbantur, accurate excussa & exagitata sunt. Quanta & quàm execrabilia probra (ò bone Deus, sis nobis clemens & misericors) nonnulli in venerandum nostrum Saluatorem, in spem & vitam nostram scelerate nefarieq. iecerunt, & scripturis diuinitus inspiratis, fideiq. sacrosanctæ contraria non modo impudenter effutiuerunt, sed se ita credere palàm confessi sunt: Nam cum amplius trecenti Episcopi, viri propter animi modestiam & solertiam admirabiles, vnam eamdemq. fidem (quæ & veritate, & exquisitis Legis diuinæ testimonijs vera fides esse confirmatur) cõstabiliuissent; solus Arius inuentus est, qui vi ac fraude diabolica victus, ab ea penitus defeciuerit; quiq. impia animi impulsione incitatus, hanc erroris labem primum apud vos, deinde apud alios sparserit. Quo circa eam, quam omnipotens Pater nobis tradidit, doctrinã amplexemur: ad fratres nostros charissimos, à quibus nequam & impudens diaboli minister vos segregauit, redeamus: ad commune corpus Ecclesiæ, & ingenua nostra membra, toto pectore, vt dicitur, reuertamur. Illud enim vestræ prudentiæ, fidei, & sanctitati in primis consentaneum est, vt errore illius, qui se hostem veritatis instituerit, penitus depulso, ad Dei gratiam & voluntatem vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis Episcopis visum est, non est aliud putandum, quàm Dei sententia: præsertim cum in talium & tam præclarorum virorum mentibus sacer insideret Spiritus, qui illis diuinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo vestrum hęsitet, nemo moram interponat; sed omnes lubentibus animis ad viã veritatis redite; vt simulatque ipse ad vos aduẽtanero, debitas gratias Deo, qui omnia lustrat, vnà vo-

Ξαιρετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. πλείων ὠφελὴ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν ἵνα πάσης πλάνης ἀπαλλαγῶμεν, μίαν τε τὴν αὐτὴν ἐπιγινώσκωμεν πίστιν. οὐδὲν λοιπὸν τῷ διαβόλῳ ἔξεστι καθ' ἡμῶν πᾶν ὅ τι δολίως κακοτεχνήσαιτο ὃ πρὸ ὀλίγου ἐπιχείρησεν, ἐκ βάθρων ἀνῄρηται. τὰς διχονοίας, τὰ σχίσματα, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ τὰ τῶν διαφωνιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, θανάσιμα φάρμακα, τῇ τοῦ κρείττονος κέλευσιν, ἡ τῆς ἀληθείας ἐκάλυψε λαμπρότης. ἕνα τοίνυν ἅπαντες καὶ τὸν ὀνόματα προσκυνοῦμεν, καὶ εἶναι πιστεύομεν. ἵνα δὲ ὅπερ ἤδη ποτὲ σωτηρίᾳ θεοῦ, συνεκάλεσα εἰς τὴν Νικαέων πόλιν τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, μεθ' ὧν περ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ ὁ σωφρεστάτων ὑμέτερ⑤. καθ' ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν αὐτοπροαιρέτως ἐποιησάμην. ἐλέγχθη οὖν ἅπαντα καὶ ἀνεμβάσανιστα ἐξήτασται, ὅσα δι' ἀμφιβολίαν, ἢ διχόνοιαν παρέφασιν εὐλόγως ἐνῆγεν. καὶ φαίνεται ἡ θεία μεγαλειότης, ἡλίκα καὶ ὡς δεινὰ τὰ σφῆλ τοῦ μεγάλου ζωτῆρ⑤, σφῆλ τῆς ἐλπίδ⑤. καὶ ζωῆς ἡμῶν ἀπρεπῶς ἐβλασφήμουν γνῶσις, πάντα τὰς θεοπνεύστους γραφὰς, καὶ τὴν ἁγίαν πίστ φθεγγόμενοί τε, καὶ πιστὸν ὁμολογοῦντες τριακοσίων χιῶν καὶ πλειόνων ἐπισκόπων ἐπὶ ζωφροσύνῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣ καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ ἀκριβείας τοῦ θείου νόμου πέφυκε πίστις εἶναι, βεβαιοῦτον, μόν⑤. Αρει⑤. ἐφωράθη τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἠπατημέν⑤. καὶ τὸ κακὸν ἔτι πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν, ἔπειτα καὶ παρ' ἑτέροις ἀσεβῆ γνώμῃ διαπέφευγε. ἀναδεξώμεθα τοίνυν ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ παρέχε γνώμην. ἐπανέλθωμεν δὴ πρὸς τοὺς ἀγαπητοὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς, ὧν ὑμᾶς τοῦ διαβόλ⑤ ἀναιδὴς ὑπηρέτης ἐχώρισεν. δὴ τὸ κοινὸν ζῶμα, καὶ τὰ γνήσια ἡμῶν μέλη ἀσουσθῆ πάσῃ ἴωμεν. ἔστε γὰρ ἡ τῇ ἀγχινοίᾳ ἡ τῇ πίστ, καὶ τῇ ὁσιότητι τῇ ὑμετέρᾳ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνης, ὃν τῆς ἀληθείας εἶναι ἐχθρὸν ἀπεδείξατο, πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθητε χάριν. ὁ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἤρεσεν ὁπισκόποις οὐδὲν ἔστιν ἕτερον, ἢ ὃ θεοῦ γνώμη, μάλιστά γε ὅπου τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοσούτων ἡ πλειόνων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώνησε. διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερηφανείτω, ἀλλὰ προθύμως πάντες εἰς τὴν ἀληθεστάτην ὁδὸν ἐπάνιτ' ἵν' ἐπὶ δ' αὐτὸν οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφικόμην, τὰς ὀφειλομένας τῷ παντοφόρῳ θεῷ

θεῷ μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι τ' ἀλληκτον πίστιν ἀπεδείξας, τὴν ἀνυπέρβλητον ἡμῖν ἀγάπην ἐπεδείξατο. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

A vobiscum agam, quòd non modo fidem sinceram nobis patefecerit, verum etiam charitatem, quæ omnibus optanda erat, benigne largitus sit. Deus vos, fratres charissimi, diu seruet incolumes.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

EPISTOLA CONSTANTINI IMP. AD VNIVERSOS.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις, καὶ λαοῖς.

Victor Constantinus, maximus, Augustus, Episcopis & populis Sal.

Σωκρ. βιβ. α'. κεφ. ζ'.

ΤΟΤΕ πατρὸς καὶ ἀσεβῆς μιμησάμενος Ἄρειος δικαίως ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἐκείνοις ὑπέσχεν ἀτιμίαν. ὡς περ γὰρ Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς, συντάγματα ἀθέμιτα κατὰ τῆς θρησκείας συνεσάμενος, ἄξιον ἔπραττε μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὡς τ' ἐπαινούμενος μὲν αὐτὸν παρὰ τοῖς ἐξῆς γένεσιν χρόνον, καὶ πλείστης ἀπαλλαττόμενος κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἀρείου τε καὶ τοὺς Ἀρείου ὁμογνώμονας, Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι· ἵν' ὧν τοὺς τρόπους μεμιμήσωνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὸ ὄνομα. πρὸς δὲ τούτοις κἂ εἴ τι συγγράμμα παρὰ Ἀρείου συνταχθὲν εὑρεθείη, πῦρ παρεδόθαι· ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ἄλλως ὑπολείπηται. ἐκεῖνο μέν τοι προαγορεύω, ὡς ἄν τις συντάγμα ὑπὸ Ἀρείου συνταχθὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ ἀθρόως προσενεγκών, πυρὶ καταναλῶσαι, τούτῳ θάνατος ἔσται ἡ ζημία. προσκέχρημαι γὰρ ἄλλους, ὅπῃ τούτῳ κεφαλικῶ ὑποκείσεται ἁμαρτήματι. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι.

Ex Socrat. lib. 1. c. 6.

CVM Arius sceleſtorum & impiorum hominum conſuetudinẽ imitatus ſit, eamdem cum illis ignominiæ & turpitudinis notã merito ſubire debet. Quemadmodum igitur Porphyrius capitalis pietatis hoſtis, qui nefarios libros contra religionẽ Chriſtianam nuper edidit, mercedem dignam laboribus recepit, & eiuſmodi quidem, vt apud futura ſæcula non ipſe ſolum maximis probris vexatus fuerit, & turpiſſima infamiæ labe aſperſus, verum etiam impia eius ſcripta deleta penitus & extincta: ſic iam viſum eſt, Arium, & eius ſectatores, Porphyrianos nuncupari; vt quorum ſecuti ſunt mores, eorum etiam nomen habeant: quin etiam, ſi quod opus ab Ario conſcriptum reperiatur, illud cremandum eſſe; vt non modo execrabilis eius doctrina funditus tollatur, ſed etiam nullum monimentum eiuſdem omnino relinquatur ad poſteritatem. Illud etiam mandamus, vt ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, & eum non ſtatim in medium adductum igne combuſſerit, morte multetur. nam mox vt comprehenſus fuerit, plectetur capite. Deus vos ſeruet incolumes.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων καὶ Εὐσεβίου, καὶ Θεογνίου.

EPISTOLA CONSTANTINI Imp. ad Eccleſiam Nicomedienſem, contra Euſebium & Theognium.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων.

Conſtantinus Auguſtus, catholicæ Eccleſiæ Nicomedienſium.

λείπει ἡ ἀρχή.

Deeſt principium.

* * * *

Θεοδ. βιβ. α'. κεφ. ε'.

Τίς ἐστιν ὁ τοῦτο διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. ὅτι γὰρ πανταχοῦ τοῦ τυράννου μεγίστην πεφύκει, πανταχόθεν ἐστὶ πυθέσθαι. τότε μὲν γὰρ αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμηνύουσι, πᾶλαι δὲ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων. ἔστι δ' ἡ χαλεπωτάτη τῶν χριστιανῶν ἐπιδίωξις διαῤῥήδην βοᾷ. ἔδει γὰρ οὐδὲν τῶν ἐμὲ μεγαλυνόντων ὕβρεων νῦν ἐρῶ· οἶδ' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τῶν ἐναντίων μερῶν ἐπαγωγαὶ δύναιντο σωφρονεῖν. ἔστιν γὰρ ὀφθαλμοὺς κατάσκοπους ἐπέμπειν καθ' ἡμῶν, καὶ μόνον οὐκ ἐνόπλους τῷ τυράννῳ συνεπιφέρειν ὑπουργίας. μηδ' ἐμέ τις οἰέσθω εἶναι πρὸς τ' τούτων ἀποδοχὴν ἀπροσκόπευτον. ἔλεγχος γὰρ ἔστιν ἀκριβὴς, ὅτι

Ex Theod. lib. 1. c. 20.

Quis vero adeo ſimplicem plebem hæc edocuit? Euſebius videlicet tyrannicæ crudelitatis ſocius. Eũ enim vbique tyranni fuiſſe perfugã, multis rebus perſpici poteſt: tum enim id Epiſcoporũ cædes teſtificãtur, eorumq. qui vere Epiſcopi ſunt; tum ſæuiſſima Chriſtianorum perſecutio aperte clamat. nam in præſentia nil dicam de illatis mihi contumelijs, quibus contrariarum partium factioſæ concurſationes maxime fuerunt. Hic aduerſus me oculos exploratores ſubmittebat, ac tyranno tãtum non armata miniſteria conferebat. Nec me quiſquam putet imparatum eſſe ad hæc demonſtranda. certum enim argumentum

eſt,quòd presbyteros & diaconos, qui Euſebium
ſequerentur, aperte conſtitit à me deprehenſos.
Sed hæc prætermitto: quæ non ob indignationem, ſed ad illorum dedecus à me prolata ſunt.
illud ſolum metuo, illud cogito, quòd perſpicios vos in huius criminis ſocietatē vocari. Nam Euſebij impulſu ac peruerſitate, conſcientiam ſuſcepiſtis à veritate longe remotam. Cuius mali non
tarda curatio eſt, ſi fidelem, integrumq. Epiſcopum nunc ſaltem habeatis, & ad Deum reſpiciatis: quod in præſentia ſitum in vobis eſt, quodq.
dudum oportuerat à veſtro iudicio pendere; niſi
Euſebius aſtutia ſautorum ſuorum huc veniſſet,
impudenterq. rectum ordinem perturbaſſet. Sed
quoniam de ipſo Euſebio veſtram charitatem
paucis admoneri oportuit, meminit tolerantia veſtra, in vrbe Nicæa Synodum eſſe habitam, cui
ego (quemadmodum decebat cultum & obſequiū
conſcientiæ meæ) interfui, non alia voluntate,
quàm vt concordiam omnibus ſancirem, vtq.
ante omnia redarguerem, repelleremq. hoc facinus, quod initium habuit ab Arij Alexandrini
petulantia, deinde ſtatim vires ſumpſit Euſebij
vano exitiabiliq. ſtudio. Atque hic Euſebius,
chariſſimi & honoratiſſimi, quanta concurſatione, vtpote conſcientia ſua victus, quanto probro
ſtetit cum falſitate vſquequaque conuicta, ſubmittens mihi plæroſque, qui pro ipſo poſtularent, & à me poſcens auxilium, ne tanti ſceleris
conuictus, honore, quem habebat, expelleretur?
Teſtis mihi Deus ipſe eſt, qui in me & in vobis benigne maneat. Nam me quoque ille circumuenit, & indecore obrepſit: quod & vos agnoſcetis.
tum enim geſta omnia ſunt, vt ille cupiebat, mente quoduis malum contegens. ſed nuper (vt ceteram eius prauitatem omittam) quid maxime
cum Theognio, quem amentiæ ſuæ habet ſocium,
confecerit, quæſo audite. Aliquot Alexandrinos, qui à fide noſtra defecerant, huc iuſſeram
mitti; quandoquidem opera eorum diſſenſionis
fax excitabatur. at hi boni Epiſcopi, quos Synodi veritas ad pœnitentiam ſemel reſeruarat, non
ſolum illos receperunt, & apud ſe tutati ſunt; ſed
etiam eorum prauitatis ac malitiæ participes
fecerunt. Ac propterea hoc ingratis his facere
decreui. eos abreptos iuſſi exterminari quàm
longiſſime. Nunc veſtrum eſt, ad Deum illa fide
reſpicere, in qua ſemper vos fuiſſe conſtat, &
in qua manere, omniaq. pietatis officia exequi
conſentaneum eſt. Ita cum Epiſcopos caſtos
& orthodoxos & humanos habemus, gaudemus. Si quis autem ad illarum peſtium vel memoriam, vel laudem inconſulto auſu accendatur,
confeſtim eius audacia officio ſerui Dei, ideſt
meo, comprimetur. Deus vos, dilecti fratres,
conſeruet.

A ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τοὺς Εὐσεβίῳ περιπιπτοντας, φανερῶς ὑπ' ἐμοῦ συνελήφθη παυσάμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρίημι, ἃ νῦν οὐκ ἀναγκαίως ἕνεκεν, ἀλλ' εἰς ἐκείνων αἰσχύνην ὑπ' ἐμοῦ προενήνεκται. ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τῷ ἓν ἐγκλήματος καλεῖσθαι κοινωνίαν. διὰ γὰρ τὸ Εὐσεβίου ἀγωγήν τε καὶ διαστροφήν, συνείδησιν τῆς ἀληθείας κεχωρισμένων ὑμῶν. ἀλλ' ἔστιν ἡ βεβαία ἡ θεραπεία, ἣν μοι δοκοῦσιν πρό τε καὶ ἀπείρου νῦν χρόνου λαβόντες, πρὸς τὸν θεὸν ἀποδηναι· ὅπερ οὐδὲ δύσκολον ἐν ὑμῖν ἐστι, καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς
B ἡμετέρας κελεύσεως ἠρτῆσθαι· εἰ μὴ ὁ παρεληλυθὼς Εὐσέβιος δεινότητι τοῦ τὸν συλλαβομένων αὐτῷ, ἐκπεπληχθαι ἐλπιζεν, καὶ τῇ τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναμαχήτως ἀνατετραχέναι. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδὲ αὐτὸς ὁ Εὐσέβιος πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα πρόσωπα φέρειν, μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀκριβεία ὅτι τῆς Νικαέων πόλεως μητροπόλεως ἀνῆκον, ἢ δὲ αὐτὸς ἐγὼ πρεσβύτερος τῆς ἐμῆς παροικήσεως λαμπρείας παρήμην, εἶδέν ἕτερον βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐγκαταθέσθαι, πρό γε πάντων ἐλέγξαι τε καὶ διορθώσασθαι τὸ πρᾶγμα ὅτι, ὁ τὲ μὴν ἀρχὴν ἐλήφθη διὰ τὸ Ἀρείου καὶ Ἀλεξανδρέως διανοίας· ἰσχυροποιῆσαι ὃ ἐβουλεύσατο διὰ τὸ Εὐσεβίου ἀτόπου τε καὶ ἀλεθείας ἀστοῦς. ἀλλ' αὐτὸς οὗτος
Εὐσέβιος, προσφιλέσατοί τε ὑμιῶσαι, μεθ' ὅσης νομίζει παρρομῆς, ἅτε δὴ τὸ τῆς παροικήσεως αὐτῆς ἡγεμόνος, μεθ' ὅσης ὃ αἰσχύνης τῆς πεπλασμένης ψευδολογίας παύσεται· ἀποπέμπων μέν μοι διαφόρους τοὺς ἀξιοῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐξαιτούμενος ὃ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν ἵνα, ὅπως μὴ ἐπὶ τούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι τῆς ὑπ' ἀρχάς
D αὐτῷ ἡμῖν ἐκβάλλοιτο; μάρτυς ἔστι μοι τούτου ὁ θεὸς αὐτὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλαλήθως ὑπεμνήσει. ἐπὶ καὶ ἐμὲ ἐκεῖνος ὑπεισῆλθε, καὶ ἀπροσπτώς ὑφήρπασεν· ὁ καὶ ἡμεῖς ὑπεγνώσθημεν. πάντα μὲν γὰρ ἐπράχθη πῃ, καθὼς αὐτὸς ἐπύθη, πᾶν ὁπωσοῦν κακὸν ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας διακρυπτόμενος. ἀλλὰ πρώην, ἵνα τὰ λοιπὰ τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ θεογνίου, ὃν τῆς αἱρέσεως ἔχθρα κοινωνὸν, διεπράξατο, ἀκούσατε παρακαλῶ. Ἀλεξανδρέας ἵνας τὰ ἡμετέρους πίστεως αἱρεσιώτας, ἐκπαῦσαι ἐκκλησιῶν διαπαλῶν· ἐπειδὴ διὰ τούτων ὑπηρεσίας ὁ τὰ δίκαιος ἠγείρετο πυρός. ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ὑπάρχουσι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν ἐπιτηρήκει, ἃ μόνον ἐκείνους ὑπεδέξατο, καὶ παρ' ἑαυτῆς ἠσφαλίσατο, ἀλλὰ καὶ ὁμοιώσασθαι αὐτοῖς τὰ τῶν τρόπων κακοηθείας. διὰ τοῦτο πρὸ τοὺς ἀκαρέστους
E τούτους ἔχειν πρᾶξαι. ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσαν ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. νῦν ὑμέτερόν ἐστι, πρὸς τὸν θεὸν ἐκείνη τῇ πίστει βλέποντι, ἣ πάντοτε καὶ * μεθ' ὅσης καὶ συνέσεως, καὶ ἐπισκόπους ἀγαθούς τε καὶ ὀρθοδόξους, καὶ φιλανθρώπους ἔχοντας χαίρομεν. εἴ τις δὲ ἢ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἐπαινον ἀπρονοήτως ἐξαφθῆναι πλημμελοῦς. φθάσαι χρῆμα τῆς ἰδίας πλημμελείας διὰ τῆς τοῦ θεοῦ, τυπῶσαν ἐμοῦ ἐπιεικείας ἀναπαλήσεται. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

* μεθ' ὅσης συνέσεως, καὶ

TELOS.

Η ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗι ΑΓΙΑ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ
ΣΥΝΟΔΟΣ

Η ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑι ΟΥΣΑ ΠΑΡΑΦΥΑΣ

CONCILIVM
SARDICENSE
GENERALE

QVOD EST NICAENI APPENDIX

LIBER PRIMUS.

Ante Concilium Tridentinum, quæ ad Religionem pertinuerint.

Cum Lutherus, Augustinianus Monachus, Ecclesiæ Romanæ, quæ Mater omnium Ecclesiarum est, & Magistra fidei, Sacramentorum, quæ Christus Dominus ad salutem humani generis, & ad perfectionem unius cujusque Sanctorum, quotquot ab initio fuerunt, & deinceps futuri sunt, instituit, & ordinavit, septenarium numerum, ac Sacrosanctum Missæ Sacrificium, & Sacerdotium, quod Apostolis, eorumque successoribus in Ecclesia Dei, ad Christi Corpus, & Sanguinem conficiendum, & ad peccata remittenda, & retinenda, Christus Dominus tradidit, & ordinavit, ac Sacrosanctum Matrimonium, quod Christus Dominus Ecclesiæ suæ, & populo Christiano, ut ex Apostolo colligitur, sanctificandum, & consecrandum tradidit, & ordinavit, ac Sacrosanctum Baptismum, quo

vitate (nam de [a] præſtituti ad Concilium temporis anguſtia nonnulli Orientales Epiſcopi eum criminabantur) Imperatorumq. [β] conſenſu apud Sardicam Illyrij vrbem Synodus generalis indicitur, Rufino [γ] iterum & Euſebio Coſſ. anno poſt obitum Conſtantini vndecimo. Eò conuenere [δ] Epiſcopi circiter ducenti octoginta ex Occidente, & ex Oriente ſeptuaginta ſex. Hoſius, [ε] Archidamus & Philoxenius Iulij nomine præerant. Adfuit [ζ] & Athanaſius cum ſocijs, ad crimina, quorum poſtulati fuerant, diluenda. Verum Orientales Ario pleni, cum intelligerent rem agendam eſſe ſine [η] Muſoniano, Heſychio, & Caſtritio, quorum muniti lictoribus, Epiſcoporum ſolebant obterere libertatem; diffiſi cauſa, & ſcelerum conſcientia conſternati, venturos [θ] ſe in Synodi conſpectum, niſi prius Athanaſio & ſocijs de medio pulſis, palam negarunt. Quod cum Sardicenſes Patres de innocentibus ac ſanctiſſimis viris, iamq. in Romanam communionem receptis abnuerent conſtituere, Arianosq. iterum atque iterum commonuiſſent, vt è palatio, quo ſeſe [ι] abdiderant, prodirent in medium, flagitia quæ Athanaſio intenderant, probaturi; alioquin ipſos reorum loco habendos eſſe; illi tam incorruptis iudicum ſubſellijs res ſuas credere non auſi, clam [κ] Philippopolim [λ] Thraciæ defugere. Vbi [μ] noua fidei formula, velut ad explendum quod Nicæna deerat, edita, damnarunt Homouſion; aduerſus Athanaſium & ſocios ſua decreta confirmarunt; Iulio, Hoſio, ceterisq. Athanaſij fautoribus edixerunt anathema, & epiſcopale nomen [ν] abrogarunt. Quæ omnia quò plus haberent auctoritatis ac ponderis, ad hæreticorum dolos conuerſi, tamquam acta geſtaq. in Sardicenſi Synodo, cuius abutebantur nomine, ad Donatum [ξ] tunc catholicæ Eccleſiæ infenſiſſimum in Africa, vt ipſum ſuis adiungerent partibus, perſcripſere; tametſi ea fraus haud quaquam fefellerit Africanos Patres. Nam longo poſt tempore cum Donatiſtæ eo Concilio, quod coactum fuerat ab Arianis, in ſuæ cauſæ patrocinium vellent abuti, continuo beatus Auguſtinus ex iniquiſſima Iulij & Athanaſij condemnatione, quæ tamquam in eo Concilio facta recitabatur, opus ex Ariana officina prodijſſe deprehendit. Harum [ο] rerum indignitate, & ſingulari hominum impudentia commoti Sardicenſes Patres, in eos vt cauſæ deſertores, criminatores piorum omnium, & orthodoxæ fidei aduerſarios, iuſtiſſimum anathema conclamant; Stephanum Antiochenum, Menophantem Epheſinum, Narciſſum Neroniadis, Theodorum Heracleenſem, Acacium Cæſarienſem, Vrſacium & Valentem ex epiſcopali gradu dimouent, Gregorium in primis, qui in Alexandrinam ſedem armatis militibus ſeptus irruperat: Athanaſium & ſocios honorificis iudicum ſententijs ac decretis ornatos, ſuarum iterum iubent eccleſiarum gubernacula capeſſere: Homouſion, Nicænamq. doctrinam, vt nullis egentem [π] aſſumentis, ſed numeris omnibus abſolutam, religioſiſſimis acclamationibus comprobant: tabellam vero, ac nouam formulam, quam aduerſarij finxerant, & nomine Synodi Sardicenſis ediderant, vt adulterinam ac ſuppoſititiam abrogant atque reſcindunt: viginti denique canones [ρ] Græce ac Latine in communem Eccleſiæ vtilitatem ſancinnt: omniaq. quo ordine geſta ſunt, diligenter perſcribunt, primum [σ] Iulio Romano Pontifici, ceterisq. [τ] Epiſcopis; vt ijs, quos Ariani iniuſtiſſime vexauerant, ſolatio ac perfugio eſſent: deinde Alexandrinæ eccleſiæ, cuius tantopere intererat, quæcumque ad Athanaſij cauſam ſpectabant non ignorare: tum Conſtanti Auguſto, qui [υ] mox per litteras egit cum fratre Conſtantio, vt (quod & ſancta Synodus [φ] miſſis ad eum Euphrata Agrippinæ, & Vincentio Capuæ Epiſcopis rogabat) Athanaſio & ſocijs contra fas & ius omne depulſis ſuas reddi eccleſias imperaret. Atque hic fuit Synodi Sardicenſis exitus. Quoniam autem nihil nouum, quod ad fidem pertineret, in hac Synodo ſancitum fuit, nec [χ] nouus fidei articulus explicatus, ſed ea tantum nouis ſuffragijs ſtabilita ac confirmata, quæ Patres in Nicæna Synodo tradiderant: propterea Synodus Sardicenſis, licet ex toto fere orbe collecta, ſemper tamquam pars appendixq. Nicæni Concilij fuit habita, cum omnia quæ de fide fuerunt definita, ad illius decreta ſeruanda referantur. Itaque licet hæc Synodus altera fuerit à Nicæna, tamen quia non nouas ſuſcepit fidei vel Eccleſiæ cauſas, ſed Nicænæ tantum fidei tutelam ac patrocinium, &, vt eſt in Concilio Chalcedonenſi, [†] Arianorum reliquias oppugnauit; & quia ipſorum Sardicenſium & Nicænorum Patrum vna fuit ſententia, vna mens, vnus ſpiritus; idcirco Sardicenſe Concilium Nicæni nomine à multis comprehenditur, quemadmodum vrbs, ac vrbis propugnaculum, vna res cenſeri ſolet ac nominari. Quamobrem [ω] Innocentius & [α] Zoſimus Sardicenſes canones appellant Nicænos, vt ex Concilio ſexto Carthaginienſi appareat. Eamdem item ob cauſam ſanctus [β] Gregorius, Iſidorus [γ], Beda [δ] & alij Patres cum prima quattuor Concilia enumerant, Sardicenſe, quamuis reuera generale, ſilentio prætereunt, tamquam Nicæno incluſum. Quantam autem hæc Synodus auctoritatem habeat, multis validisq.

[a] Socrat. lib. 2. c. 16.
[β] Athan. apolo. 2. & epiſt. ad ſolit. vitam agen.
[γ] Socrat. lib 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 11.
[δ] Athan. apolog. 2. Theod lib. 2. c. 7. Socrat. vbi ſ.
[ε] Athan. apolog. 2.
[ζ] Athan. ead apol. 2. & epiſt. ad ſolit. vit. agen. Socr. & Theod. vbi ſ.
[η] Athan. loc. cit.
[θ] Socrat. lib. 2. c. 16. Athan. apolog. 2.
[ι] Athan. epiſt. ad ſolit. vit. agen. & apolog. 2.
[κ] Athan. vbi ſ.
[λ] Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 10.
[μ] Athanaſ. epiſt. ad Antiochen.
[ν] Sozom. lib. 3. c. 10.
[ξ] S. Aug. lib. 3. cont. Creſcon. c. 34. & epiſt. 163.
[ο] Epiſt. Conc. Sardicen. apud Athan apolog. 2. & idé Athan. in epiſt. ad ſolit. vit. agen. Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 11.
[π] Athan. epiſt. ad Antioch.
[ρ] Nicol. I. epiſt. 11. ad Photium. & Dionyſ. Exig. in præfat. Canonum.
[σ] Apud Creſcon.
[τ] Apud Athan. apolog. 2.
[υ] Socr. lib. 2. c. 18.
[φ] Athan. epiſt ad ſolit. vit. agen.
[χ] Athan. epiſt. ad Antioch.
[†] Act. 16.
[ω] epiſt. ad Victr. c. 1.
[α] Carthag. 6. c. 3. & ſeq.
[β] lib. 2. epiſt. 10.
[γ] lib. 6. Etymol. c. 16
[δ] lib. de temp. c. 65

rationibus probari poteſt. Primùm enim eſſe generalem colligitur, tum ex magna Epiſcoporum frequentia qui ad eam conuenerunt, vt apparet ex [a] Athanaſio & alijs, qui Patrum numerum protulerunt; tum quia Iulij Pontificis maximi auctoritate [β] conuocata fuit, eiusq. Legati eidem præfuerunt. His accedit Conſtantis & Conſtantij Impp. auctoritas, qui omnem dederunt operam, vt Epiſcopi ex omnibus fere prouincijs conuenirent. Extat præterea Socratis, & (quod maius eſt) Iuſtiniani Imp. teſtimonium, qui in edicto de tribus Capitulis hæc verba ſcribit: Quoniam ex his qui in Nicæna ſancta Synodo conuenerunt, & expoſitæ ab ea fidei definitioni vel Symbolo ſubſcripſerunt, quoniam poſtea contraire ſapientes apparuerunt, alij quidem vini, alij poſt mortem anathematizati ſunt à Damaſo ſanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, vel ab vniuerſali Sardicenſi Synodo, prout teſtatur ſanctus Athanaſius. hæc Iuſtinianus. Cum autem ipſemet Iulius [γ] in epiſtola ad Alexandrinos, ſuam de Athanaſio reſtituendo ſententiam a Synodo approbatam eſſe gratuletur; perſpicuum eſt ab eodem approbatam fuiſſe; præſertim cum Oſius & reliqui litteras ad ipſum dederint, eundemq. [δ] rogauerint, vt Concilij ſententiam ſua auctoritate confirmaret. Itaque ſi omnia diligenter perpendantur, exploratum erit, hanc Synodum generalem eſſe, cum nihil ex his quæ ad Concilium generale pertineant, in illa deſiderari poſſit. Apoſtolica etiam Sedes Sardicenſi Concilio ſemper honorem habuit: nam & in corpore Canonum, quo in primis olim in controuerſijs Eccleſiaſticis diiudicandis vtebatur, Sardicenſes canones collocauit: & Leo IIII. in epiſtola ad Epiſcopos Britanniæ, per huius Concilij canones Eccleſiæ diſceptationes diſſoluendas docuit. Gratus etiam Carthaginienſis Epiſcopus in Carthaginienſi primo Concilio idem confirmat, cuius verba hæc ſunt: Memini in ſanctiſſimo Concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet; ſed ſi forte erit neceſſarius, petat à collega ſuo, & per conſenſum habeat. Quod in Sardicenſi Concilio can. xv. decretum eſt. Et Nicolaus primus in epiſtola iiij. Rhotadi cauſam huius Synodi auctoritate compoſuit: & epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum ab omni Eccleſia Sardicenſe Concilium receptum eſſe teſtatur.

a Apolog. 2.
β Socrat. lib. 2. c. 16.
γ Apud Athan. apolog. 2.
δ Sozom. lib. 3. c. 11. Niceph. lib. 9. c. 12.
Can. 5.

CANONES SANCTORVM ET BEATORVM PATRVM qui Sardicæ conuenerunt.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ, ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων.

SANCTA SYNODVS SARDICAE congregata ex diuerſis prouincijs, definiuit quæ ſequuntur.

Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ, συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

CAN. I.

HOSIVS vrbis Cordubæ Epiſcopus dixit: Non tam mala conſuetudo, quàm perniciosiſſima rerum corruptela, eſt ex ipſis fundamentis penitus extirpanda: ne cui Epiſcopo liceat à parua ciuitate in aliam migrare. Eius enim cauſæ prætextus eſt manifeſtus, propter quem talia tentantur. Nullus enim Epiſcopus adhuc inueniri potuit, qui à maiori ciuitate in minorem tranſire ſtuduerit. Vnde conſtat, eos ardenti plura habendi cupiditate ſuccendi, & magis arrogantiæ ſeruire, vt videantur maiorem habere poteſtatem. Placet ne hoc omnibus, vt eiuſmodi improbitas acerbius vindicetur? Exiſtimo enim eos ne laicorum quidem debere habere Communionem. Omnes Epiſcopi dixerunt: Placet omnibus.

E

ΚΑΝ. α'.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδύβης εἶπεν. οὐ πολλὴν ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα· ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερά ἐστι, διὰ ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. οὐδεὶς γὰρ πώποτε ἐπισκόπων διῳκήθη, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχίστην πόλιν ἐπορεύθη μεταστῆναι· ὅθεν σωφρόνως διαπύρῳ πόλει νεξίας τρόπῳ ἐπεκαιέσθω τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δηλούσθω, ὅπως ἐξουσίαν δοκῶσιν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι γοῦν φαίνεται, ὡς τὰ τῶν τοιούτων σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι, ἡμεῖς γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους κοινωνίαν. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπαν, ἀρέσκει πᾶσιν.

K A N.

A

ΚΑΝ. β'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης ἢ τολμηρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαι τινὰ φέρειν παραίτησιν διαβεβαιούμενον ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν ἀξιοῦντας τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον. καθάπαξ οὖν τὰς ῥαδιουργίας τὰς τοιαύτας καὶ τέχνας κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥς τε μηδένα τοιοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. εἰ τοίνυν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὕτη, ἀποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

B

ΚΑΝ. γ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο προστεθῆναι ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι, διαβαίνῃ, εἰ μή τοι παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ κληθείη· διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἡμᾶς τὰς τῆς ἀγάπης ἀποκλείειν πύλας. καὶ τοῦτο δὲ ὡσαύτως προνοητέον, ὥς τε ἐὰν ἔν τινι ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων τὶς ἄντικρυς ἀδελφοῦ ἑαυτοῦ καὶ συνεπισκόπου πρᾶγμα σχοίη, μηδέτερον ἐκ τούτων ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόπους ἐπιγνώμονας ἐπικαλεῖσθαι. εἰ δὲ ἆρά τις ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ κατακρίνεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν, ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ· εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, καὶ γραφῆναι παρὰ τούτων τῶν κριναντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥς τε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι. εἰ δὲ μὴ συστῆναι δύναται τοιοῦτον αὐτοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρήζειν, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι. τὰ δὲ ὄντα, βέβαια τυγχάνειν.

C

D

ΚΑΝ. δ'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δοκεῖ ἀναγκαῖον, προστεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἣν τινα ἀγάπης εἰλικρινοῦς πλήρη ἐξενήνοχας, ὥς τε ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκαταστῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου, ὅρον ἐξενέγκῃ.

ΚΑΝ. ε'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἤρεσεν, ἵν' εἴ τις ἐπίσκοπος καταγγελθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας τῆς αὐτῆς τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσιν· καὶ ὥσπερ ἐκκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, γράφειν τούτοις τοῖς συνεπισκόποις καταξιώσῃ τοῖς ἀγχιστεύουσι τῇ ἐπαρχίᾳ, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς, καὶ μετὰ ἀκριβείας ἕκαστα διερευνήσωσι, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν, ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. Εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι,

E

καὶ

CAN. II.

Hosius Episcopus dixit: Si quis autem adeo insanus, vel audax inueniatur, vt de ijs videatur aliquam afferre excusationem, asserens sibi à populo allatas esse litteras; clarum est potuisse paucos aliquos mercede & pretio corruptos, in ecclesia seditionem mouere, vt eumdem vtique postulent habere Episcopum. Omnino ergo has fraudes & artes puniendas esse existimo; vt nemo possit, qui est eiusmodi, ne in fine quidem laica Communione dignus haberi. An ergo hæc placet sententia, respondete. Responderunt: Placent quæ dicta sunt.

CAN. III.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque necessario est adijciendum, vt nullus Episcoporum ex sua prouincia in aliam prouinciam, in qua sunt Episcopi, transeat; nisi vtique à suis fratribus vocetur; ne videamur dilectionis fores claudere. Hoc autem etiam similiter prouidendum est, vt si in aliqua prouincia Episcoporum quispiam aduersus fratrem suum & coepiscopum negotium habeat, neuter eorum ex alia prouincia Episcopos cognitores euocet. Si quis autem Episcoporum in aliquo negotio condemnandus visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, vt etiam rursus iudicium renouetur; si vestræ dilectioni videtur, Petri Apostoli memoriam honoremus, vt ab ijs qui iudicauerunt, scribatur Iulio Romanorum Episcopo; & per propinquos prouinciæ Episcopos, si opus sit, iudicium renouetur; & cognitores ipse præbeat. Si autem probare non potest, causam eius esse talem, vt eam rursus iudicari opus sit; quæ semel sunt iudicata, non infirmentur.

CAN. IV.

Gaudentius Episcopus dixit: Si videtur, necesse esse adijci huic sententiæ, quam sincera dilectione plenam protulisti, vt si quis Episcopus fuerit depositus iudicio Episcoporum, qui sunt in vicinia, & dicat rursus sibi defensionis negotium competere; non prius in cathedram alius substituatur, quàm Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit.

CAN. V.

Hosius Episcopus dixit: Placuit, vt si quis Episcopus delatus fuerit, & congregati eiusdem regionis Episcopi eum gradu mouerint, & veluti appellans confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & velit ipsum audire, & iustum esse existimauerit eius rei examinationem renouari; coepiscopis scribere dignabitur, qui sunt propinqui prouinciæ, vt ipsi diligenter & accurate singula perscrutentur, & ex veritatis fide de re sententiam ferant. Si quis autem postulet suum negotium rursus audiri,

& ad ſuam ſupplicationem Romanorũ Epiſcopum [z] iudicare viſum fuerit, vt à proprio latere presbyteros mittat; erit in poteſtate ipſius quodcumque recte habere probauerit. & ſi decreuerit, oportere eos mitti, qui cum Epiſcopis ſint iudicaturi, habentes auctoritatem eius, à quo miſſi ſunt; & hoc ponendum eſt. Si autem ſufficere putauerit ad rei cognitionem, & Episcopi ſententiam, faciet quod prudentiſſimo eius conſilio recte habere videbitur. Reſponderunt Epiſcopi: Quæ dicta ſunt, placuerunt.

[z] monere

CAN. VI.

Hoſius Epiſcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua ſunt plurimi Epiſcopi, vnum Epiſcopum conuentui non intereſſe, & ille per quamdam negligentiam nolit conuenire, & Episcoporum inſtitutioni & electioni aſſentiri, congregata autem populi multitudo ſuadeat & inſtet, vt fiat inſtitutio Epiſcopi, qui ab eis poſtulatur: oportet illum prius, qui non adfuerit, Epiſcopum admoneri per litteras Primatis prouinciæ, nempe Epiſcopi metropolitani, quòd rogat populus ſibi paſtorẽ dari; & exiſtimo recte habere hunc quoque expectari, vt adſit. Si autem litteris rogatus non adfuerit, ac ne reſcripſerit quidem; populi voluntati ſatisfiat. Oportet autem ex vicina quoque prouincia accerſi Epiſcopos ad metropolitani Epiſcopi inſtitutionem. Non licere autem ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago vel parua vrbe, cui vel vnus presbyter ſufficit. non neceſſe eſt enim illic Epiſcopum conſtitui, ne Epiſcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed prouinciæ (vt prius dixi) Epiſcopi debent in ijs vrbibus Epiſcopos conſtituere, vbi etiam prius Epiſcopi fuerunt. Si autem inueniatur vrbs aliqua tam populoſa, vt ipſa Epiſcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Reſponderunt omnes, Placet.

CAN. VII.

Hoſius Epiſcopus dixit: Importunitas noſtra, & multa aſſiduitas, & iniuſtæ preces effecerunt, vt nos non habeamus tantã gratiam & libertatem dicendi, quantam debebamus habere. Multi enim Epiſcopi non intermittunt ad caſtra accedere, & maxime Afri; qui, quemadmodum cognouimus à dilecto fratre noſtro & coepiſcopo Grato, ſalutaria conſilia non admittunt, ſed ita contemnunt, vt vnus homo in caſtra plurimas & diuerſas, & quæ non poſſunt iuuare eccleſias, preces afferat, & non (vt debet fieri & conuenit) pauperibus & laicis, vel viduis opem & auxilium ferat, ſed ſæculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo peruerſitas detrimentum non ſine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem eſſe exiſtimaui, vt Epiſcopus illi ſuum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur; vel ſi quæ

Α καὶ τῇ δεήσει ἓ αὐτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον [x] κρίνειν δόξειεν, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστέλλει, εἶναι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἓ ἐπισκόπου, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ [y] καὶ ὁρίσῃ, δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς μετ' [x] ἰσων, καὶ τῶν ἐπισκόπων κρινοῦντας, ἔχοντας τὴν αὐθεντίαν τοῦ, παρ' οὗ ἀπεστάλησαν· καὶ τοῦτο χρεών. εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίσῃ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἔρευναν, καὶ ἀποφασιν τοῦ ἐπισκόπου, ποιῆσαι ὅπερ ἂν τῇ εὐφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

[x] κρίνειν [y] κρίσῃ

[x] ισων, καὶ

ΚΑΝ. ε'.

Β Ὅτι ἐπίσκοπος ἐπιτυχὼν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλείοσι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀποροῦντα, καὶ τῶν κατὰ ἓνα ἀμέλειαν μὴ βουληθῆ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὸ δὲ πλῆθος συναθροισθέντα παρακαλοῦν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἀπαιτουμένου ἐπισκόπου· χρὴ τοῦτον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομένοντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, ὅτι ἀξιοῖ τὸ πλῆθος παρεῖναι αὐτοῖς ὁσῆναι· ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα σαφηνίσῃ. εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς σαφηνίσῃ, μή τι μέλλῃ ἀδελφός, τὸ ἀκαιρὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι. χρὴ δὲ καὶ μεταπαλαῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου· μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθίσαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ ἢ μικρᾷ πόλει, ᾗ ἀρκεῖ καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ. οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε καθίζεσθαι, ἵνα μὴ καταπλίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία. ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς πρόσθεν, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθίσαι ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι. εἰ δὲ διείσειέν τινα οὕτως πληθύουσα πόλις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτὴν καὶ ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω. εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο; Ἀπεκρίναντο πάντες, ἀρέσκει.

D

ΚΑΝ. ζ'.

Ὅτι ἐπίσκοπος πάντα· ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἀδίκως ἀξιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν καὶ παῤῥησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον προσκαλούμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Ἀφρικανοί πινες, καθὼς ἐγνωμεν παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γράτου, τὰς ζωτικὰς συμβουλὰς οὐ προσδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἵνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ ὡς ὀφείλει γίνεσθαι, ᾗ ὡς πρέπον ἐστί, τῆς πίστεως καὶ τῆς λαϊκῆς, ἢ τῆς χήρας συναίρεσθαι ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις πρόσκαιρον ζωὴν. οὕτω γίνεται ἡ σκαιότης ἵ θρασυμὸν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἄλλου ἰνὸς ἡμῖν ᾗ καταγνώσεως πρόξενον· πρεπωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὸν ἑαυτοῦ βοηθεῖν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅς τις αὐ-

τοῦ

ὑπὸ ἰνδ. βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδικῆται, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις δεσποτῶν τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἰπερ ἄρα ἐξ αὐτοῦ τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν αἰτίωσιν· εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, διατετάχθαι μηδένα ἐπίσκοπον χωρῶν εἰς τὸ πραιτώριον προσέρχεσθαι, παρεκτὸς τούτων, οὓς αὐτὸς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἰδίοις γράμμασι μεταπέμψεται. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς ἀπελεγμὸν, ἢ τῶν κατεγνωσμένων, ἢ ὅλως αὖ πάλιν οἱασδηποτοῦν ἀσεβημάτων ἀσυφῶς ἐπεδεδομένους τοῖς πταίσμασι μὴ ἀρνητέον εἶναι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου τοῖς πιστοῖς αἰτοῦσι συγχώρησιν. εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γένεσθε ἅπαντες. ἀπεκρίναντο ἅπαντες· ὁρίζεται καὶ τοῦτο.

A

B

KAN. η'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἡ ἀγχίνοια ὑμῶν κρινάτω, ἵνα ἐπειδὴ ἔδοξε, μὴ τὸ μὴ πάλαι ὑπὸ κατηγορίαν πρὸς τῶν ὑποκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ πραιτώριον, εἴ τινες αὐτῶν τοιοῦτοι ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἐπάνω ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου πέμπειν. τοῦτο γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ ἐγκεχειρημένα θᾶττον διακομισθῆναι δυνήσεται. ἀπεκρίναντο πάντες· καὶ τοῦτο ὁρίζεται.

C

KAN. θ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀκόλουθον νομίζω εἶναι, ἵνα ἐν οἱασδηποτοῦν ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοπος πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτοῦ ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τοῦτ' ἔστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ τὸν διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ ἐπιστολὰς ἐπιτρόπους, χάριν δηλονότι τοῦ ἀκολουθίαν τοῦ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, εἴ τινες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν ταῖς τόποις, ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια πράγματα διακυβερνᾷ. εἰ δέ τις ἔχοι τῶν ἐπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου, καὶ βούλοιτο περί τινος, ὅπερ πρεπωδέστερον εἴη, αἰτῆσαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου καὶ αἰτῆσαι καὶ ἐπιλαβεῖν τούτοις, ὡς τι τῶν αὐτῷ ἀγαθῶν βοήθειαν αἰτοῦσι παρέχειν. οἱ δὲ εἰς Ῥώμην ἀπαιρόμενοι, καθὼς προεῖπα, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχοιεν δοῦναι, ὀφείλουσι παρέχειν· ἵνα πρότερον αὐτὸς δοκιμάζῃ, εἴ μή τινες ἐξ αὐτῶν αἰσχυντηρίαν, καὶ οὕτως τῇ ἑαυτοῦ προσοψίᾳ καὶ φροντίδα παρέχων εἰς τὸ πραιτώριον αὐτοὺς διαπέμψει. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο, ἀρέσκειν αὐτῆς, καὶ πρεπωδέστατον εἶναι τῇ συμβουλῇ ταύτῃ.

D

E

KAN. ι'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, ἵνα μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζοιτο, εἴ τις ἐκ τῆς πλείονος, ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ ἐκ ἀναγνώστου, καὶ διακόνου, καὶ πρεσβυτέρου ἐπιτηρήσαν ἕκαστον βαθμὸν, ἐάν πως ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς καὶ πρεσβυτέρου διαβῆναι δυνηθείη.

ἔξη

si quæ vidua iniuria afficiatur, vel si quis pupillus priuetur ijs, quæ ad ipsum pertinent. si quidem hæc nomina iustam habent causam & supplicationem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus videtur, statuite nullum oportere Episcopum ad castra accedere, præter eos quos pius Imperator noster suis litteris accersit. Sed quia sæpe contingit, aliquos, qui egent misericordia, ad Ecclesiam confugere, qui propter sua peccata vel relegatione, vel in insulam deportatione damnati, vel quauis alia sententia addicti sunt; ijs non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione & dubitatione ijs veniam esse petendam. Si itaque hoc quoque placet, omnes vnà quoque vestrum suffragium ferte. Responderunt omnes: Decernatur & hoc.

CAN. VIII.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque vestra solertia iudicet, vt quia visum est, ne aliquis Episcopus in condemnationem incidat ad castra veniens, si qui eorum eiusmodi, quarum superius meminimus, habeant preces, per proprium diaconum mittant. Ministri enim persona non est inuidiosa, & quæ concessa fuerint, citius perferri poterunt.

CAN. IX.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque consequens esse existimo, vt si in quacumque prouincia Episcopi ad fratrem & coepiscopum suum mittant preces, is qui est in maiori ciuitate, hoc est in Metropoli, ipse ministrum suum & preces mittat, præbens ei commendatitias quoque litteras, scribens videlicet per consequentiam etiam ad fratres & coepiscopos nostros, qui scilicet illo tempore in locis, vel ciuitatibus agant, in quibus pijssimus Imperator Remp. gubernat. Si quis autem Episcopus habet amicos in aula palatij, & velit aliquid, quod sit honestum & iustum impetrare, ne prohibeatur per suum ministrum & rogare, & ijs mandare, vt bonum suum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam accedunt (quemadmodum superius dictum est) dilecto fratri nostro & coepiscopo Iulio preces, quas habēt dandas, præbere debent, vt ipse prius examinet, si aliquæ earum non sint impudentes; & sic suam opem & curam præbens, eos ad castra mittat. Omnes Episcopi dixerunt, eis placere, & esse conuenientissimum hoc consilium.

CAN. X.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque necessarium existimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur; vt si quis dives, vel ex foro scholasticus, Episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur, quàm lectoris & diaconi & presbyteri ministerium peregerit: vt in vnoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere.

Habe-

Habebit autem vniuſcuiuſque Ordinis gradus non minimi ſcilicet temporis longitudinem, per quod & fides, & morum probitas, & conſtantia & moderatio poſſit cognoſci: & ipſe diuino ſacerdotio dignus exiſtimatus, maximum honorem aſſequetur. Neque enim conuenit, neque ſcientia & bona conuerſatio hoc recipit, vt temere & leuiter ad id accedatur, vt Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus prompte ac facile conſtituatur. Sic enim merito neophytus exiſtimetur, quandoquidem beatiſſimus Apoſtolus, qui fuit etiam doctor gentium, maxime prohibuiſſe videtur, ne celeres fierent inſtitutiones. Longiſſimi enim temporis probatio & conuerſationem, & vniuſcuiuſque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnes dixerunt ipſis placere, & omnino non oportere ea ſubuertere.

1. Tim. 3. b.6.

1. Tim. 5. d.22.

CAN. XI.

Hoſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque definire debemus; vt quãdo Epiſcopus ex alia ciuitate in aliã ciuitatem, vel ex alia prouincia in aliam prouinciã acceſſerit, iactationis gratia proprijs laudibus magis ſeruiẽs, quàm religionis ſanctificationi, & velit longiori tempore illic agere; illius autem ciuitatis Epiſcopus doctrinę non fuerit peritus: ne illum deſpiciat, & frequentius concionetur, ſtudens dedecore afficere & vilipendere perſonam Epiſcopi (hic enim prætextus ſolet turbas excitare) nec eiuſmodi calliditate alienam ſedem ſibi conciliare & attrahere ſtudeat, non dubitans ſibi traditam eccleſiã relinquere, & in aliam tranſire. Ad hoc ergo tempus definiendum eſt. Nam Epiſcopum non recipi, inhumanum & inciuile exiſtimatum eſt. Recordemini autem, patres noſtros in tempore præterito iudicauiſſe, vt ſi quis laicus in aliqua vrbe agens, tribus diebus Dominicis, in tribus hebdomadibus nõ conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis ſtatutum eſt, non oportet, nec conuenit, ſed neque eſt vtile, Epiſcopum, ſi nullam habet grauiorem neceſſitatem, vel negotium difficilius, à ſua eccleſia diutius abeſſe, & ſibi commiſſum populum deſerere. Omnes Epiſcopi dixerunt, hanc quoque ſententiam eſſe conuenientiſſimam.

CAN. XII.

Hoſius Epiſcopus dixit: Quia nihil eſt prętermittendum, hoc quoque definiatur. Quidam fratres & coepiſcopi in ciuitatibus, in quibus Epiſcopi conſtituuntur, videntur valde pauca, quæ ſibi ſint propria, poſſidere; in alijs autem locis magnas poſſeſſiones, ex quibus etiam poſſunt opem ferre pauperibus: ijs ita eſſe concedendum iudico, vt ſi in ſuas poſſeſſiones venturi ſunt, & fructus ſuos collecturi, tribus diebus Dominicis, id eſt, tribus ſeptimanis in ſuis poſſeſſionibus degant; & in eccleſia, quæ prope eſt, in qua presbyter populum congregat, ne congregationis expers eſſe videatur, conueniat, & officia

A ἔχει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκαγαθία, καὶ ἡ σεμνότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώσεσθαι ἡμῖν δυνήσεται· καὶ αὐτὸς ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς, τῆς μείζονος ἀπολαύσει τιμῆς. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν, οὕτω τὸ ἀκόλουθον ἐπανατροφὴν ἐπιδέχεσθαι, τελμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὡς τὸν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον πρόχειρως καθίστασθαι. οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ἐπιδὴ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν μαΐστωρ ἐδιδάσκαλος, φαίνεται κωλύσαι ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία τὸν ἀνατροφὴν καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον σὺν ἀπλήστως ἐκτυπωθῆναι δυνήσεται. ἅπαντες εἶπαν ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθόλου μὴ δεῖν ἀνατρέπειν ταῦτα.

B

KAN. ια'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο δὲ ὀφείλομεν, ἵνα ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως ἀφορμήσῃ εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ δι' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ θρησκείας καθαρότητι, καὶ πλείονα χρόνον βούλοιτο διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ἦ διδασκαλίας· μὴ καταφρονῆ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταχωρίζειν καὶ καταπλήττειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου ἀποβλέπων. αὐτὴ γὰρ ἡ πρόφασις εὔλογος ἂν εἴη τοιαύτης παρυφίας τὸν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμηθεύεσθαι καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἀποβλέπων, μὴ δικαίως τὸν αὐτῷ φιλοθέοις ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. δίκαιον τοίνυν ἐπὶ τούτῳ χρόνον ἐπιδὴ καὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον, τῶν ἀπανθρώπων καὶ σκαιῶν εἶναι νενόμισται. μεμνῆσθαι δὲ ἐν τῷ προκειμένῳ χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν πεπεῖσθαι, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει μιᾷ ὤν τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινεῖσθαι τῆς κοινωνίας εἰ τοίνυν τοῦτο τῶν λαϊκῶν τοῦτο πρόσταγμα, οὐ χρὴ, οὐδὲ πρέπει, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει, ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερές, ἐπιπολαίως ἀπολείπεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ λιπεῖν τὸν ἐμπιστευόμενον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπαν· καὶ τούτῳ τῷ γνώμῃ σφόδρα εἶναι πρεπωδεστάτῃ ὁριζόμεθα.

C

KAN. ιβ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· ἐπιδὴ οὐδέν ἐστι παραλειπτέον, καὶ τοῦτο ὁριζέσθω. τινὲς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἐπίσκοποι καθίστανται, δοκοῦσι κεκτῆσθαι σφόδρα ὀλίγα ὑπάρχοντα ἴδια· ἐν ἑτέροις δὲ τόποις κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν καὶ πτωχεύειν δύνασθαί εἰσι τοῖς πένησιν. οὕτως οὖν αὐτοῖς συγχωρητέον εἶναι κενόν, ἵνα εἰ μέλλοιεν εἰς τὰς ἑαυτῶν παραγίνεσθαι κτήσεις, καὶ τὸν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, τοῦτ' ἔστι, τρεῖς ἑβδομάδας ἐν ταῖς ἑαυτῶν κτήμασιν αὐτοὺς διάγειν, καὶ ἐν τῇ ἀγχιβούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρεσβύτερος συνάγει, ἵστε τοῦ μὴ χωρὶς συναθροίσεως αὐτὸν δοκεῖν εἶναι, συνέρχεσθαι καὶ λειτουρ-

D

E

λειτουργεῖν, καὶ μὴ συνεχέστερον εἰς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐστιν ἐπίσκοπος, συμφοιτᾶσι. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ τὰ οἰκεῖα αὐτοῦ πράγματα οὐδὲ τῷ αὐτοῦ ἀπουσίαν εὐδεμίαν ὑπομένει ζημίαν, καὶ τὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ τοῦ τύφου ἐκκλίνειν δόξει ἔγκλημα. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπαν· ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις.

A officia diuina obeat; & ne frequentius in ciuitate, in qua est Episcopus, adsit. Eo enim modo & res eius propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes Episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

ΚΑΝ. ιγ'.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀρεστόν, ἵνα εἴ τι διάκονος, εἴτι πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ ὡσὰν ἕτερον ἐπίσκοπον τὸν εἰδότα αὐτὸν καταφύγοι, γινώσκοντα διακεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὕβριν ποιοῦντι, παρέχειν αὐτῷ κοινωνίαν. εἰ δὲ τολμήσει τις τοῦτο ποιῆσαι, γινωσκέτω συνελθόντων ἐπισκόπων δόκησιν ἑαυτὸν ὑπὲρ δίκην καθίζανειν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπαν· αὕτη ἡ κρίσις καὶ τὴν εἰρήνην πάντοτε διαφυλάξει, καὶ διατηρήσει τὴν πάντων ὁμόνοιαν.

B C Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat; vt si diaconus, vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, & ad alium Episcopum, qui eum nouit, confugerit, scientem eum à proprio Episcopo esse communione motum; non oportere Episcopo & fratri suo iniuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum conuenerint Episcopi, se ipsum causam esse dicturũ. Omnes Episcopi dixerunt: Hoc iudicium & pacem vsque custodiet, & omnium concordiam tuebitur.

ΚΑΝ. ιδ'.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· τὸ δὲ πάντῃ με κινοῦν διαστομῆσαι οὐκ ὀφείλω· εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως αὐτικρὺ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας αὐτὸν ἐθελήσει· σκοπεῖσθαι ἐστὶ μὴ * ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταχειρίζεσθαι καὶ τῆς κοινωνίας διαστρέφεσθαι. πάντες εἰρήκασιν· ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν· εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεισιν, πρὸς τὸν πλησιόχωρον καταντήσειν καὶ αἰτήσειν, ἵνα μὴ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξεταζομένης τὸ πρᾶγμα, κρὴ γὰρ μὴ ὑστερεῖν τὰς ἀκοὰς τῶν αἰτούντων. κρίνειν δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γνησίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται· καὶ ἡ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀποφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν, πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος, ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν. ἐὰν δὲ συνελθόντες τῶν κληρικῶν τινες, καταδῶσι τὴν ὑπερηφάνειαν ἢ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ· ἐπειδὴ οὐ πρόσκαιρόν ἐστιν, ὕβριν ἢ μεμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιτρέψειν τὸν τοιοῦτον ὀφείλουσιν, ἵνα τῷ τὰ πρέποντα καλῶς ὑπηρετοῦντι ὑπηρετῶν ἢ ὑπακούσιν. ὡς περ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ὑποταγμένοι * ἄδολα τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκπλέων ὀφείλουσιν.

* ἀθρόως, ἀθρόον

* φίλλια

D E Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque omnes definiamus; vt si quis Episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum, sine consensu proprij Episcopi, in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibiipsis permiserint, à fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerũt: Hoc quoque decretũ stet firmũ & immobile.

ΚΑΝ. ιε'.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἡμᾶς πάντας ὁρίσομεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος ἐξ ἑτέρας παροικίας βουληθῇ ἀλλότριον ὑπηρέτην, χωρὶς τῆς συγκαταθέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, εἰς ἑαυτὸν βαθμὸν καταστῆσαι, ἄκυρος καὶ ἀβέβαιος ἡ κατάστασις ἡ τοιαύτη νομίζοιτο. εἰ τινες δ' ἂν ἑαυτοῖς ἐπιτρέψειαν, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν καὶ νουθετεῖσθαι καὶ διορθοῦσθαι ὀφείλουσιν· ἅπαντες εἶπαν· καὶ οὗτος ὁρισμὸς * ἔστω ἀπαράλυτος.

* ἐστω

ΚΑΝ.

CAN. XIII.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat; vt si diaconus, vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, & ad alium Episcopum, qui eum nouit, confugerit, scientem eum à proprio Episcopo esse communione motum; non oportere Episcopo & fratri suo iniuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum conuenerint Episcopi, se ipsum causam esse dicturũ. Omnes Episcopi dixerunt: Hoc iudicium & pacem vsque custodiet, & omnium concordiam tuebitur.

CAN. XIV.

Hosius Episcopus dixit: Quod autem me vndequaque mouet, retinere non debeo. Si inueniatur quis Episcopus ad iram propensus (quod quidem ab eiusmodi homine abesse debet) & aduersus presbyterum, vel diaconum cito commotus, eum ex ecclesia eijcere voluerit; prouidendum est, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes Episcopi dixerunt: Qui eijcitur, potestatem habeat confugiendi ad Episcopum metropolis eiusdem prouinciæ: si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi, vt suum negotium accurate examinetur. Neque enim non sunt aures præbendæ ijs qui rogant. Ille quoque Episcopus, qui iure vel iniuria eũ expulit, æquo animo ferre debet, vt rei fiat examinatio, & vel eius confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi communionem arrogare. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius superbiam & arrogantiam viderint; quia non conuenit contumeliam, vel iniustam expostulationem pati, acerbioribus & grauioribus verbis eum debent corrigere; vt ei qui iubet quæ decent, inseruiant & obediant. Sicut enim debet Episcopus ministris sincerã dilectionem & affectum præbere; eodem modo & subiecti debent Episcopis non fraudulentũ ministerium & obsequium exhibere.

CAN. XV.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque omnes definiamus; vt si quis Episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum, sine consensu proprij Episcopi, in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibiipsis permiserint, à fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerũt: Hoc quoque decretũ stet firmũ & immobile.

CAN.

A

CAN. XVI.

Aëtius Episcopus dixit: Non ignoratis qualis quantaq. sit Thessalonicensium metropolis. Sæpe itaque ad eam ex alijs prouincijs presbyteri & diaconi accedunt, & breuis temporis mora non contenti, permanent, & omne tempus illic agentes transigunt; vel vix tandem post plurimum tempus in suas ecclesias reuerti coguntur. De ijs ergo definiendum est. Hosius Episcopus dixit: Ea decreta, quæ de Episcopis constituta sunt, seruentur etiam in huiusmodi personis.

B

CAN. XVII.

Suggerente fratre nostro Olympio, hoc quoque placuit; vt si quis Episcopus vim passus, iniuste eiectus sit, vel propter scientiam, vel propter catholicæ Ecclesię confessionem, vel propter veritatis defensionem, & fugiens periculum, innocens execrationi subiectus in aliam vrbem venerit; ne prohibeatur illic tamdiu agere, donec reuertatur, vel à facta sibi iniuria possit liberationem inuenire. Durum enim est, atque adeo grauissimum, eum qui iniustam eiectionem passus est, à nobis non suscipi. Is enim debet à nobis plurima humanitate & benignitate excipi.

C

CAN. XVIII.

Gaudentius Episcopus dixit: Scis frater Aëtie, quòd tunc, cum Episcopus constitutus es, pax deinceps viguit; ne aliquæ dissidij reliquiæ remaneant, visum est, vt qui à Musæo & Eutychiano constituti sunt, quia nulla eorum culpa inueniebatur, omnes susciperentur.

CAN. XIX.

Hosius Episcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc est sententia; quia quieti & patientes esse debemus, & perennem in omnes habere misericordiam, eos qui semel in clerũ ecclesiasticũ ab aliquibus fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas, ad quas nominati sunt, ecclesias, deinceps non admitti: Eutychianum autem ne Episcopi quidem sibi nomen vsurpare; sed neque Musæũ vt Episcopum existimari. si autem laicam Communionem petiuerint, non oportere eis denegari. Omnes dixerunt, Placet.

CAN. XX.

Gaudentius Episcopus dixit: Hæc salutariter & congruenter definita, & nostræ sacerdotum dignitati conuenienter, & quæ Deo & hominibus placuerunt, potentiam & vires suas obtinere non poterunt, nisi etiam metus editas sententias consecutus fuerit. Ipsi enim scimus, sæpe propter paucorum impudentiam, diuinum & in primis venerandum sacerdotij nomen in * damnationem incurrisse. Si quis ergo præter ea quæ omnibus visa sunt, ausus fuerit, studens fastui magis & arrogantiæ seruire, quàm Deo placere, aliquid aliud agere; sciat iam se criminis reum, ac defensioni obnoxium constituere,

* vituperationem, vel, contemptum

ΚΑΝ. ιϛ'.

Αέτιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἀγνοεῖτε ὁποία καὶ πηλίκη τυγχάνει ἡ τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολις. πολλάκις τοιγαροῦν εἰς αὐτὴν ἀπὸ ἑτέρων ἐπαρχιῶν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι παραγίνονται, καὶ οὐκ ἀρκούμενοι βραχέος διαγωγῇ χρόνου, ἐναπομένουσι; καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αὐτόθι ποιοῦντες διατελοῦσιν· ἢ μόλις μετὰ πλεῖστον χρόνον εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπανιέναι ἐκκλησίας ἀναγκάζονται. περὶ τούτων οὖν ὁριστέον. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὗτοι οἱ ὅροι, οἱ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ὡρισμένοι, φυλαττέσθωσαν καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων.

ΚΑΝ. ιζ'.

Τποβάλλοντος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ολυμπίου, καὶ τοῦτο ἤρεσεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος βίαν ὑπομείνας ἀδίκως ἐκβληθῇ, ἢ διὰ τὴν ἐπιστήμην, ἢ διὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδικίαν, καὶ φεύγων τὸν κίνδυνον, ἀθῶος καὶ καθωσιωμένος ὢν εἰς ἑτέραν ἔλθοι πόλιν, μὴ κωλυέσθω ἐκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον διάγειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ, ἢ τῆς ὕβρεως τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι δυνηθῇ. σκληρὸν γὰρ καὶ βαρύτατον, ἐλασίαν ἄδικον ὑπομεμενηκότα μὴ ὑποδέχεσθαι ὑφ' ἡμῶν. πλείστῃ γὰρ καλοκαγαθίᾳ καὶ φιλοφρονήσει ὀφείλει παραδέχεσθαι ὁ τοιοῦτος· πάντες εἰρήκασιν· ἤρεσε καὶ τοῦτο.

ΚΑΝ. ιη'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οἶδας ἀδελφὲ Αέτιε, ὡς τὸ τηνικαῦτα, ποτὲ καταστάθεντος σοῦ ἐπισκόπου, ἡ εἰρήνη λοιπὸν ἐβράβευσεν, ἵνα μή τινα λείψανα διχονοίας περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐναπομείνῃ· ἔδοξε καὶ τοὺς παρὰ Μουσαίου καταστάθεντας, καὶ τοὺς παρὰ Εὐτυχιανοῦ, ἐπειδὴ αὐτῶν οὐδεμία αἰτία εὑρίσκοιτο, πάντας ὑποδεχθῆναι.

ΚΑΝ. ιθ'.

D Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆς ἐμῆς μετριότητος ἡ ἀπόφασις, ἐστὶν αὕτη· ἐπειδὴ ἥσυχοι καὶ ὑπομονητικοὶ ὀφείλομεν εἶναι, καὶ διαρκῆ τὸν πρὸς πάντας ἔχειν οἶκτον, ἅπαξ τοὺς εἰς κλῆρον ἐκκλησιαστικὸν προαχθέντας ὑπό τινων ἀδελφῶν ἡμῶν, ἐὰν μὴ βούλοιντο ἐπανέρχεσθαι εἰς ἃς κατωνομάσθησαν ἐκκλησίας, τοῦ λοιποῦ μὴ ὑποδέχεσθαι· Εὐτυχιανὸν δὲ μή τε ἐπισκόπου ἑαυτῷ διεκδικεῖν ὄνομα· ἀλλ' οὐδὲ Μουσαῖον ὡς ἐπίσκοπον νομίζεσθαι. εἰ δὲ λαϊκὴν κοινωνίαν ἀπαιτοῖεν, μὴ χρῆναι αὐτοῖς ἀρνεῖσθαι. πάντες εἶπον· ἀρέσκει.

ΚΑΝ. κ'.

E Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπε· ταῦτα σωτηριωδῶς καὶ ἀκολούθως ὁρισθέντα, καὶ πρεπόντως τῇ ἐπιτιμίᾳ ἡμῶν τῶν ἱερέων, καὶ θεῷ ἀρέσαντα καὶ ἀνθρώποις, τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἰσχὺν ἑαυτῶν κατασχεῖν οὐ δυνήσονται· ἐὰν μὴ καὶ φόβος ταῖς ἐξενεγχθείσαις ἀποφάσεσιν ἀκολουθήσει. ἴσμεν γὰρ καὶ αὐτοὶ, πλεονάκις διὰ τὴν ὀλίγων αἰαισχυντίαν τὸ θεῖον καὶ σεβασμιώτατον ὄνομα τῆς ἱερωσύνης εἰς κατάγνωσιν ἐληλυθέναι. εἰ τοίνυν τὶς, παρὰ τὰ πᾶσι δόξαντα, τολμήσοι, σπουδάζων τύφῳ μᾶλλον καὶ ἀλαζονείᾳ, ἢ τῷ θεῷ ἀρέσαι, ἕτερόν τι διαπράξασθαι· ἤδη γινωσκέτω ἐγκλήματι ἀπολογίας ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθιστᾶν,

σᾶν, ἐ τὴν ἰμὴν ἐ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀπο- βάλλειν. ἅπαντες ἀπεκρίναντο. πρέπει ἡ αἰρέσει ἡμῖν ἡ τοιαύτη γνώμη. Καὶ ὅτε ἦ ἐκεῖθεν, μᾶλιστα γνώ- μων γήσεται ἡ πληροφήσεται, ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν τ ἐν τῆς παροδοις, ἤτοι καναλίῳ καλουμένων ἐπισκόπων γενώμεθα ἐπίσκοπον, ἐπιζητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς πα- ρόδου, ἡ πρὸ τὴν πρείαν ποιῆται. ἐ ἐὰν μὲν δι' ἣν αὐτὸν ἐπὶ τ' φραγπέδον ἀπόντα, ἐπιζητήσῃ τὰς αἰρέσεις τὰς ἐταῖν ποιουμένας. κἂν κεκλημένος ἀφικνῆ- ται, ἀπόντι αὐτῷ μηδὲν ἐμπόδιον γίγνοιτο· ἡ δὲ ἐπι- δείξεως χάριν, καθὼς προείρηται τῇ ὑμετέρᾳ ἀγά- πῃ, ἢ βιβλίων αἰτήσῃς αὐτὸν ἀζιώσῃς ἐπὶ τὸ φραγπί- δον, μή τι τῆς γράμμασιν αὐτοῦ ὑποχάφοι, μή τι κοινωνεῖν τῷ τοιούτῳ ἅπαντες εἶπον· ἐρωτάσθω ἡ ἔτ.

tuere, & episcopatus honorem ac dignitatem amittere. Omnes responderunt: Decet, & placet nobis hæc sententia.

Porro autem hoc quoque illinc erit maxime notum & comprobatum, si vnusquisque vestrum, qui estis in transitu seu Canali constituti Episcopi, cum viderit Episcopum, quærat causam aduentus, & quo pergat: & si eum quidem in castra proficiscentem inuenerit, quærat condiciones, quæ superius propositæ sunt: & si euocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat: sin autem ostentationis gratia, quemadmodum vestræ dilectioni superius dictum est, vel propter aliquorum postulata in castra festinat; nec litteris eius subscribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoque decernatur.

CANONVM SARDICENSIS CONCILII

EDITIO PRIMA LATINA.

CAP. I.

Dionysij Exigui. HOSIVS Episcopus dixit: Non minus malа consuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda est; ne cui liceat Episcopo de ciuitate sua ad aliã transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inuentus sit Episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni seruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies * sæuius & austerius vindicetur, vt nec laicam Communionem habeat qui talis est. Responderunt vniuersi: Placet.

* seuerius

CAP. II.

Hosius Episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortassis excusationem afferens asseueret, quòd populi litteras acceperit; cum manifestum sit, potuisse paucos præmio & mercede corrumpi, eos qui sinceram fidem nõ habent, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum. Omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine Communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

CAP. III.

Hosius Episcopus dixit: Illud quoque necessario adijciendum est, vt Episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua sunt Episcopi, non transeant; nisi forte à fratribus suis inuitati; ne videamur ianuam claudere charitatis. Quòd si in aliqua prouincia aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum litem habuerit; ne vnus è duobus ex alia prouincia aduocet Episcopum cognitorem. Quòd si aliquis Episcoporũ iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum concilium renouetur; si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his qui causam examinarũt, Iulio Romano Episcopo: & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, vt non refricentur ea quæ acta sunt; quæ decreuerit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

CAP. IV.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti; vt cùm aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma; alter Episcopus in eius cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur; nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata.

CAP. V.

Hosius Episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, vnum forte remanere Episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi conuenerint; Episcopi vicinæ prouinciæ debent illum prius conuenire Episcopum, qui in ea prouincia moratur, & ostendere, quòd populi petant sibi rectorem; & hoc iustum esse, vt & * ipsi veniant, & cum ipso ordinent Episcopum. quòd si conuentus litteris tacuerit & dissimulauerit, nihilq. rescripserit; satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicina prouincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

In Græc. VI.

* ipse veniat,

CAP. VI.

Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter; quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi & auctoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere Episcopum, nisi aut in his ciuitatibus quæ Episcopos habuerunt; aut si qua talis, aut tam populosa est ciuitas, quæ mereatur

In Græco iungitur præcedenti.

habere Episcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

CAP. VII.

In Gnec. V. Hosius Episcopus dixit: Placuit autem, vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit qui deiectus est, & confugerit ad Episcopũ Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri; si iustum putauerit, vt * renouetur iudicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirãt, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt de latere suo presbyterum mittat; erit in potestate Episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo destinati sunt; erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant; faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

* renouetur examen,

CAP. VIII.

In Gnec. VII. Hosius Episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniustę petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam, dum quidam non cessant ad Comitatum ire Episcopi, & maxime Afri; qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt; vt non solum ad Comitatum multas & diuersas Ecclesiæ non profuturas perferant causas, neque vt fieri solet, aut oportet, vt pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur; sed & dignitates sæculares, & administrationes quibusdam postulent. Hæc itaque prauitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, vt Episcopi intercessionem his præstent, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur; si tamen * isthæc nomina iustam habeant causam, aut petitionem. Si ergo vobis, fratres charissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad Comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris litteris vel inuitati, vel euocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam Ecclesiæ confugiant qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio vel insulis damnantur, aut certe quamcunque sententiam excipiunt; subueniendum est his, & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

* ista omnia

CAP. IX.

In Gr. VIII. Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque prouidentia vestra tractare debet; quia decreuistis, ne Episcoporum improbitas nitatur, vt ad Comitatum pergant. Quicunque ergo, quales superius memorauimus, preces habuerint, vel acceperint; per diaconum suum mittant; quia persona ministri inuidiosa non est, & quæ impetrauerit, celerius poterit referre. † Et hoc consequens esse videtur, vt de qualibet prouincia Episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittãt, qui in Metropoli consistit, vt ille & diaconum eius, & supplicationes destinet, tribuens commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus Rempublicam gubernat. Si vero habet Episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare; non * prohibetur per diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benignam intercessionem sibi absenti posse præstare *.

In Gr. IX.

* prohibeatur

* si tamen oportunũ fuerit.

CAP. X.

Qui vero Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces quas habent, tradant; vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atque sollicitudinem, vt ad Comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt, placere sibi, & honestum esse consilium. † Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis: nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine inuidia * hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est eos ire ad Comitatum.

In Gnec. all post. pars can. IX.

Hæc pars in Græco non habetur.

* omnium,

CAP. XI.

Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter * prouidistis, conuenientia & æstimationi omnium, & Deo placitura & hominibus, tenere * hactenus firmitatem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim & ipsi, sæpissime propter paucorum impudentiam religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus voluerit ambitioni magis placere quàm Deo; is debet scire, causis redditis, honorem dignitatemq. se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si vnusquisque nostrum qui in Canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum eius, causas videat, quò tendat agnoscat: & siquidem eum inuenerit ire ad Comitatum, requirat & illud quod superius comprehensum est, * ne forte inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si vero, vt superius memorauit sanctitas vestra, propter desideria & ambitiones ad Comitatum pergat; neque in litteris eius subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

In Gnec. X.

* nisi inuitatus

CAP. XII.

Hosius Episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum sit in Synodo, subito veniant ad ciuitates eas quæ in Canali sunt. Debet ergo Episcopus ciuitatis ipsius admonere eum, & instruere, vt ex eo loco diaconum suum mittat admonitus; ipse tamen redeat in parœciam suam.

Non est in Græco.

CAP. XIII.

Hosius Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissime tractetis, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex * administratore Episcopus fuerit postulatus; vt non prius ordi-

* administratione

ordinetur, niſi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus; & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen epiſcopatus. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebunt vtique prolixum tempus, probari qua fide ſit, quave modeſtia, qua grauitate & verecundia. Et ſi dignus fuerit probatus, diuino ſacerdotio illuſtretur: quia conueniēs non eſt, nec ratio vel diſciplina patitur, vt temere & leuiter ordinetur aut Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt: maxime cum
1. Tim. 3. 6. & magiſter gentium beatus Apoſtolus, ne hoc fieret, denuntiaſſe & prohibuiſſe videatur; ſed hi, quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi hæc.

CAP. XIV.

In Conc. XI. Hoſius Epiſcopus dixit: Et hoc quoque ſtatuere debetis; vt Epiſcopus, ſi ex alia ciuitate conuenerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quàm deuotioni ſeruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere: forte enim euenit Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum; is vero qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt deho-neſtet & infirmet illius perſonam; ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere aſſignatam ſibi eccleſiam, & tranſeat ad alienam: definite ergo tempus; quia & non recipi Epiſcopum, inhumanum eſt; & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt. Hoc ergo ne fiat, prouidendum eſt. Memini autem
Concil. Eliberin. c. 21. tem ſuperiore Concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt; multo magis Epiſcopum nec licet, nec decet, ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas quæ detineat, vt amplius à ſupraſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

CAP. XV.

In Conc. XII. Hoſius Epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet; ſunt quidam fratres & coepiſcopi noſtri, qui non in ea ciuitate reſident, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel quòd paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur; vel certe affectione proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant vel ordinent fructum laboris ſui; vt poſt tres Dominicas, id eſt poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potius fundis morentur. Aut ſi eſt proxima ciuitas, in qua eſt presbyter, ne ſine eccleſia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat: vt neque res domeſticæ per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant, & non, frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem iactantiæ & ambitionis euadat. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

CAP. XVI.

In Conc. XIII. Hoſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt ſiue diaconus, ſiue presbyter, ſiue quis clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Epiſcopum; & ſcierit ille, ad quem confugit, cum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum; non oportet, vt ei communionem indulgeat. Quod ſi fecerit, ſciat ſe conuocatis Epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt: Hoc ſtatutum & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

CAP. XVII.

In Conc. XIV. Hoſius Epiſcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis forte iracundus (quod eſſe non debet) cito & aſpere commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit; prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat poteſtatem is qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſte, aut iniuſte eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquàm omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, vt * communioni ſocier. Hi vero qui conueniunt ad audiendum, ſi viderint clericorum eſſe * faſtidium & ſuperbiam, quia iam non decet, vt Epiſcopus iniuriam, vel contumeliam patiatur, * ſeuerioribus eos verbis caſtigent, vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo: quia ſicut ille clericis ſincerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicißim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

* recipiat, &

* faſtigiū

* auſterioribus

CAP. XVIII.

Caput iſtud Græce non extat. Ianuarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, vt nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi ciuitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochijs ordinare. Vniuerſi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

CAP. XIX.

In Conc. XV. Hoſius Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius. Quicumque autem hoc vſurpauerit, à fratribus & coepiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi.

CAP. XX.

In Conc. XVI. Aëtius Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas. ſæpe ad eam veniunt ex alijs regionibus presbyteri & diaconi, & non ſunt contenti breui tempore morari, ſed aut reſident ibi, aut certe vix poſt longa ſpatia ad ſua redire coguntur. Vniuerſi dixerunt: Ea tempora, quæ conſtituta ſunt circa Epiſcopos, & circa has perſonas obſeruari debent.

CAP. XXI.

In Conc. XVII. Hoſius Epiſcopus dixit: Suggerente fratre & coepiſcopo noſtro Olympio, etiam hoc placuit; vt ſi aliquis vim perpeſſus eſt, & inique expulſus

pro disciplina & catholica * confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est, eum qui persecutionem patitur, non recipi. etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis Synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica Ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiet.

* professione,

Et subscripserunt qui conuenerant Episcopi omnes diuersarum prouinciarum, sic: Ego N. Episcopus ciuitatis N. & prouinciæ N. ita credo, sicut supra scriptum est.

EDITIO SECVNDA
CANONVM SARDICENSIS CONCILII.

Cap. I.

Isidori Mercatoris.

HOSIVS Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quàm pernicioſa corruptela, funditus eradicanda est, ne cui liceat Episcopo de sua ciuitate ad aliam transire. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inuentus sit Episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transierit. Vnde apparet, auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni seruire, & vt dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet, huiusmodi pernicies austerius vindicetur, nec laicam Communionem habeat qui talis est. Vniuersi dixerunt: Placet. Hosius Episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt forsitan excusationem afferat, quòd populi litteras acceperit; cum manifestum sit, præmio & mercede paucos, qui sinceram fidem non habẽt, potuisse corrumpi, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum: omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam Communionem in fine accipiat talis. Quod si vobis omnibus placet, statuite. Vniuersi dixerunt: Placet.

Cap. II.

Hosius Episcopus dixit: Illud quoque statutum sit, vt Episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua sunt Episcopi, non transeat, nisi forte à fratribus inuitatus; ne videamur ianuam charitatis claudere.

Cap. III.

Hosius Episcopus dixit: Prouidendum est etiã, vt si in aliqua prouincia forte aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum litem habuerit, ne vnus è duobus ex alia prouincia aduocet Episcopos ad iudicium.

Cap. IV.

Hosius Episcopus dixit: Quòd si aliquis Episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum iudicium renouetur; si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his qui examinauerunt, vel etiam ab alijs Episcopis qui * in prouincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur quæ acta sunt; quæ decreuerit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si ergo hoc omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

* in propinquo moratur,

Cap. V.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulistis; vt quum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma; alter Episcopus in eadem cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani Episcopi determinata.

Cap. VI.

Hosius Episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi Episcopi, vnum forte remanere Episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi * conuenerint; Episcopi vicinæ prouinciæ debent illum conuenire Episcopum, qui in eadem prouincia moratur, & ostendere quòd populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, vt & * ipse veniat, & cum eo ordinent Episcopum. Quòd si conuentus litteris, tacuerit & dissimulauerit, nihilq. responderit; tunc satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicinis prouincijs, & ordinent Episcopum. Iterum, licentia ordinandi Episcopũ danda passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi Episcopum ordinari, ad hoc, vt vilescat nomen Episcopi, & summi honoris auctoritas; non debent illi ex alia prouincia inuitati, facere Episcopum, nisi aut in ciuitatibus quæ Episcopos habuerunt, aut si qua tam populosa est ciuitas vel locus, qui mereatur habere Episcopum. Synodus respondit: Placet.

* conuenerint Episcopi vicinæ prouinciæ, debere illum prius conuenire Episcopum * ipsi remit.

Cap. VII.

Hosius Episcopus dixit: Et hoc placuit, vt si Episcopus accusatus fuerit, & omnes iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit qui deiectus videtur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit se audiri; si iustũ putauerit, vt renouetur examen, scribere his Episcopis dignetur Romanus Episcopus, qui in finitima & propinqua altera prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate ipsius quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, vt habeant etiam * auctoritatem personæ illius, à quo destinati sunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos comprouinciales, vt negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

* potestatẽ

Cap.

CAP. VIII.

Hosius Episcopus dixit: Importunitatis nostræ nimia frequentia, & iniustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere gratiam, aut fiduciam, dum quidam non cessant ad Comitatum ire Episcopi, & maxime Afri, qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt, atque contemnunt, & non solum ad Comitatum multas & diuersas Ecclesiæ non profuturas perferunt causas, vt fieri solet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur, sed & dignitates sæculares, & administrationes *quibusdam postulant. Hæc itaque prauitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, vt Episcopus intercessionem suam his præstet, qui aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur; tamen & ista omnia, si iustam habeant causam & petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad Comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosissimi Imperatoris litteris vel inuitati fuerint, vel vocati. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam Ecclesiæ cõfugiant qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium vel insulas damnãtur, aut certe quamcumque sententiam suscipiunt; ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis petenda per Ecclesiam indulgentia. Si vero hoc vobis placet, statuatur. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

*quasdam

CAP. IX.

Hosius Episcopus dixit: Hæc quoque prudentia vestra tractare debet; vt quia decreuistis, ne Episcopi improbitas notetur ad Comitatũ pergendo: quicumque ergo, quales superius memorauimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant; quia persona ministri non erit inuidiosa, & quæ celerius poterit quæ impetrauerit referre. Et hoc consequens esse videtur, vt vnusquisque qui preces habuerit, eas ad fratres & coepiscopos nostros, qui in maxima ciuitate, ideſt, qui in Metropoli consistunt, mittat, & illi per suos diaconos destinent, tribuendo commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus Rempublicam gubernat. Si vero habet quis Episcoporum amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare; non prohibeatur per diaconum suum rogare, & significare eis, quos scit benigna intercessione sibi absenti posse præstare. Qui vero Romam venerit, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces, quas habet, tradat, vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiã atque sollicitudinem, vt ad Comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt, placere sibi, & honestum esse consilium.

CAP. X.

Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, suscepcrint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid iustæ rationis: nunc vero cum ea postulent, quæ sine inuidia omnium & reprehensione esse non possunt, non necesse est eos ire ad Comitatum.

CAP. XI.

Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter *prouidistis conuenienti æstimatione, omniumq. Deo placitura & hominibus, tenere hactenus fortitudinem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim etiam ipsi, sæpissime propter paucorum imprudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur contra omnium sententiam aliquis nisus, voluerit ambitioni magis placere, quàm Deo, is debet scire, causis redditis, honorem atque dignitatem se amissurum. Hoc autem sciri & comperiri poterit, si vnusquisque nostrũ qui in Canali constitutus est, cum progrediẽtem Episcopum viderit, inquirat transitum eius, causas videat, quo tendit agnoscat. Et si quidem eum agnouerit ire ad Comitatũ, requirat illud quod superius comprehensum est, *ne forte inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si vero (vt superius meminit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ire ad Comitatum tentauerit, neque litteris eius subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi constitutionem.

*prævidistis

*nisi

CAP. XII.

Hosius Episcopus dixit: Sed & moderatio est necessaria, dilectissimi fratres, ne adhuc quidam nescientes quid decretum sit in Synodo, subito veniant ad ciuitates eas, quæ in Canali sunt: debet Episcopus ciuitatis ipsius admonere & instruere illum, *& ex eo loco ille mittat diaconum: admonitus tamen ipse redeat ad parochiam suam.

*vt

CAP. XIII.

Hosius Episcopus dixit: Necessarium arbitror, vt diligentissime *tractetis, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex *administratore Episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi & presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habent vtique prolixum tempus, probari qua fide sit, quave modestia, & grauitate, & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur. Nam nec conueniens est, nec *ratio, nec disciplina patitur, vt temere ac leuiter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est; maxime cum beatissimus Apostolus magister gentium, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita comprobata. Vniuersi dixerunt, placere sibi hæc.

*tractetur,

*administratione

*ratio disciplinæ

1. Tim. 3. b.

CAP. XIV.

Hosius Episcopus dixit: Hoc quoque statuere debetis, vt Episcopus, ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia sua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis seruiat, quàm deuotioni, ita vt si voluerit in aliena ciui-

tate multo tempore reſidere,& contingat,vt Epiſcopus ciuitatis ipſius non tam inſtructus ſit, nec tam doctus;is vero qui aduenit,incipiat contemnere eum,& frequẽter facere ſermonem,vt dehoneſtet & deformet illius perſonam;qua occaſione fit,vt non dubitet relinquere ſibi aſſignatam Eccleſiam,& tranſire ad alienam:definite ergo tempus ; quia & non recipi Epiſcopum, inhumanum eſt; & diutius reſidere , pernicioſum . Ne fiat ergo hoc,prouidendum eſt. Memini autem ſuperiore Concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea,qua commoratur ciuitate, tres Dominicas , ideſt , per tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si ergo hęc circá laicos conſtituta ſunt , tanto magis nec licet , nec decet, vt Epiſcopus ſi nullam tam grauem habet neceſſitatem , nec tam difficilem rationem , tamdiu deſit ab Eccleſia ; ne populum contriſtet. Vniuerſi dixerunt , placere ſibi.

CAP. XV.

Hoſius Epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet; ſunt quidam fratres & coepiſcopi noſtri,qui non in ea ciuitate * poſſident,in qua Epiſcopi videntur eſſe conſtituti; vel certe paucam rem ibi , alibi autem idonea prædia habere noſcuntur,vel affectiones proximorum , quibus indulgeant; hactenus autem eis permitti oportet , vt accedant ad poſſeſſiones ſuas,& diſponant,vel ordinent fructum laboris ſui , vt poſt tres Dominicas,ideſt, poſt tres ſeptimanas,ſi morari neceſſe eſt , in ſuis potius fundis morentur . Et ſi eſt proxima ciuitas,in qua presbyter eſt, ne ſine Eccleſia facere videatur diem Dominicum,illuc accedat: vt nec res eius domeſticæ per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant; & non , frequenter veniendo ad aliam ciuitatem , in qua eſt Epiſcopus , ſuſpicionem iactantiæ & ambitionis incurrat. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

* reſident,

CAP. XVI.

Hoſius Epiſcopus dixit : Si hoc quoque omnibus placet,vt ſiue diaconus, ſiue presbyter, ſiue quis clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Epiſcopum , & ſcierit ille , ad quem confugerit, eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum ; non oportet vt ei communionem indulgeat . Quod ſi fecerit, ſciat ſe,conuocatis Epiſcopis, cauſas eſſe dicturum . Vniuerſi dixerunt: Hoc ſtatutum & pacem ſeruabit,& concordiam cuſtodiet .

CAP. XVII.

Hoſius Epiſcopus dixit: Quod me adhuc mouet,reticere non debeo . Si Epiſcopus quis forte iracundus (quod eſſe non debet) cito aut aſpere commoueatur aduerſus presbyterum,aut diaconum ſuum,& exterminare eum de Eccleſia voluerit ; prouidendum eſt,ne innocens damnetur, aut perdat communionem . Et ideo habeat poteſtatem qui deiectus eſt , vt finitimos Epiſcopos interpellet , & cauſa eius audiatur , & diligentius tractetur;quia non oportet ei negari audientiam roganti . Et ille Epiſcopus,qui aut iuſte, aut iniuſte eum deiecit , patienter accipiat , vt negotium diſcutiatur ; vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter & fideliter fuerint examinata , eum qui fuerit à communione ſeparatus , nullus alius debet præſumere vt recipiat,& communioni ſociet. Qui autem conuenerint ad audiendum, ſi clericorum eſſe faſtigium viderint & ſuperbiã , quia non decet, vt Epiſcopus aut iniuriam aut contumeliam patiatur , auſterioribus eos verbis caſtigent,vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo: quia ſicut ille ſincerum amorem debet clericis exhibere charitatis , ita quoque viciſſim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia .

CAP. XVIII.

Ianuarius Epiſcopus dixit : Illud quoque ſanctitas veſtra ſtatuat; vt nulli Epiſcopo liceat alterius ciuitatis hominem Eccleſiaſticum ſollicitare,& in ſua diœceſi ordinare clericum : quia ex his contentionibus ſolent naſci diſcordiæ; & ideo prohibeat omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

CAP. XIX.

Hoſius Epiſcopus dixit : Et hoc vniuerſi conſtituimus ; vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius & ſine voluntate ordinare , non ſit rata ordinatio eius . Quicumque autem hoc vſurpauerit, à fratribus & coepiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi .

CAP. XX.

Aëtius Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas. Sæpe enim ad eam veniunt ex alijs regionibus presbyteri & diaconi,& non ſunt contenti vt breui tempore remorentur, & aut reſident ibi , aut certe vix poſt longa ſpatia ad ſua redire coguntur . Vniuerſi dixerunt : Ea tempora , quæ conſtituta ſunt circa Epiſcopos,& erga horum perſonas obſeruari debent .

CAP. XXI.

Hoſius Epiſcopus dixit: Suggerente fratre & coepiſcopo noſtro Olympio, hoc etiam placuit , vt ſi aliquis vim perpeſſus eſt , & inique pulſatus pro diſciplina vel catholica confeſſione , vel defenſione veritatis , fugiens pericula , innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem ; non prohibeatur immorari,quamdiu aut redire potuerit , aut iniuria eius remedium acceperit. Durum eſt enim , qui perſecutiones patitur non recipi . Etiam & larga beneuolentia , & humanitas ei eſt exhibenda .

Inter ceteros qui ſubſcripſerunt huic Synodo, referuntur ſequentes.

Hoſius ab Hiſpania , Epiſcopus ciuitatis Cordubenſis .
Vincentius de Capua .
Calepodius Neapolitanus .
Athanaſius Epiſcopus ciuitatis Alexandriæ magnæ .

Ianua-

PARTICULA

SYNODI [illegible]

EPISTOLA [illegible]

[illegible]

Q[illegible]

quidam vincti in eadem iniusta defecerunt pœna; quorum ambigi non potest martyrio gloriosam mortem extitisse. adhuc quoque audet quosdam retinere: nec vlla causa fuit criminis, nisi quòd repugnarent, & clamarent quòd execrarentur Arianam & Eusebij hæresim, & nollent habere cum talibus communionem; ijs autem qui secum sentire maluerunt, prodesse; & qui antè fuerant deiecti, non solum recepti sunt, sed etiam ad clericalem dignitatem promoti, & receperunt præmium fallitatis. Quid autem de impijs & de imperitis adolescentibus Vrsacio & Valente statutum sit, accipe beatissime frater. Quia manifestum erat hos non cessare adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere, & quòd Valens relicta ecclesia aliam inuadere voluisset eo tempore, quo seditionem commouit, vnus ex fratribus nostris qui fugere non potuit "Viator, obrutus & conculcatus, in eadem Aquileiensium ciuitate die tertia defecit. causam vtique mortis præbuit Valens, qui perturbauit, qui sollicitauit. Sed ea quæ beatitudinis Augustis significauimus, cum legeritis, facile peruidebitis, nihil nos prætermisisse, quantum ratio patiebatur: & ne molesta esset longa narratio, quæ fecissent & commisissent insinuauimus. Tua autem excellens prudentia disponere debet, vt per tua scripta, qui in Sicilia, qui in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita cognoscant; & ne ignorantes eorum accipiant litteras communicatorias, quos "extra episcopatum iusta sententia declarauit. Perseuerent autem Marcellus, Athanasius, & Asclepius in nostra communione, quia obesse eis non poterat iniquum iudicium, & fuga & tergiuersatio eorum, qui ad iudicium omnium Episcoporum, qui conuenimus, venire noluerunt. Ceterum, sicuti superius commemorauimus, plena relatio fratrum, quos sincera charitas tua misit, vnanimitatem tuam perdocebit. Eorum autem nomina, qui pro facinoribus suis deiecti sunt, subijcere curauimus, vt sciret eximia grauitas tua qui essent communione priuati, vti ante præloquuti sumus. Omnes fratres & coepiscopos nostros litteris tuis admonere digneris, ne epistolas, id est, litteras communicatorias eorum accipiant.

" *al.* iusta sententia degradauit.

" *f.* Victor.

Nomina hæreticorum.

Vrsacius à Syngidone, Valens à Mursia, Narcissus à Neronopoli, Stephanus ab Antiochia, Acacius à Cæsarea, Menophanes ab Epheso, Georgius à Laodicea.

Et subscripserunt Episcopi qui supra.

EPISTOLA CONCILII SARDICENSIS AD Ecclesiam Alexandrinam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ, ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΗΣ συνόδου, τῇ ἐκκλησίᾳ Αλεξανδρέων.

Ex Athan. apolog.

Sacra Synodus per gratiam Dei Sardica congregata, è Roma, Hispanijs, Gallijs, Italia, Africa, Sardinia, Pannonijs, Mysijs, Dacia, Norico, Tuscia, Dardania, & secunda Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Palæstina, Arabia, Creta, Aegypto, Presbyteris & diaconis, & vniuersa Ecclesia Dei per Alexandrinam parochiam, dilectis fratribus, in Domino salutem.

Ἡ ἁγία συνόδος, ἡ κατὰ θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, ἀπὸ Ρώμης, καὶ Σπανιῶν, Γαλλιῶν, Ἰταλίας, Ἀφρικῆς, Σαρδινίας, Παννονιῶν, Μυσιῶν, Δακίας, Νωρίκου, Τυσκίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θρᾴκης, καὶ Ροδόπης, καὶ Παλαιστίνης, καὶ Ἀραβίας, καὶ Κρήτης, καὶ Αἰγύπτου, Πρεσβυτέροις, καὶ Διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ ἐν Αλεξανδρείᾳ παροικούσῃ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Apologia c. Athanas.

ETIAM antequam acciperemus litteras vestræ religionis, non ignotum id nobis, sed prorsus compertum fuit, antesignanos infelicium Arianorum multa & grauia, sed tamen magis in exitium suarum animarum, quàm in Ecclesiam molitos esse. Ea enim eorum ars & vafricies fuit, semperq. huius pestiferi propositi fuere, vt omnes vbique orthodoxæ Fidei homines, & catholicæ Ecclesiæ doctrinam à patribus traditam seruantes, exagitarent & persequerentur. Quorum nonnullos falsis criminibus circumuenerunt, alios extra fines suos relegarunt, alios in ipsis supplicijs absumpserunt: certe fratris nostri & coepiscopi Athanasij innocentiam, vi & tyrannide circumuenire & opprimere

ΚΑΙ περὶν μὲν λαβεῖν ἡμᾶς τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, οὐκ ἠγνοοῦμεν, ἀλλὰ φανερὸν ἡμῖν ἦν, ὡς ὅτι οἱ τῆς δυσωνύμου τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως στρατιῶται, πολλὰ καὶ δεινὰ, μᾶλλον δ' εἰπεῖν ὀλέθρια τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἢ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐμηχανῶντο. αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ τέχνη καὶ πανουργία, τοῦτο αἰεὶ τῆς θανατηφόρου μελέτης, ὅπως πάντας τοὺς ἐπιδήμους τυγχάνοντας τῆς ὀρθῆς δόξης, καὶ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδασκαλείου κατέχοντας τὸν τρόπον τῶν πατέρων αὐτοῖς παραδοθέντα, ταράσσειν ἐλαύνειν καὶ διώκειν· τοὺς μὲν γὰρ πλάσεσι ἐγκλήμασιν ὑπέβαλλον, ἄλλους εἰς ἐξορισμὸν ἀπέστελλον, ἄλλους ἐν αὐτῇ τῇ ἰδιωτείᾳ κατεπόνουν· ἀμέλει καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Αθανάσιον τὸν καθαρότητα βίου καὶ τυραννίδι συλλαβέσθαι ἐπιτρέψαι

ων καὶ λόγῳ πότε οὔτε ἀπειλῆς, οὔτε μὴν πίστεως, οὐθ' ὅλως δικαίᾳ χάριν ἡ παρ' ἐκείνων κρίσις. διόπερ οὐδὲ ψηφοφορίας οἷς ἐδημαγώγησαν, οὐδὲ οἷς ἀθρόλησαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας ὡς οὐ δυνάμενα περὶ τούτων ἀποδείξεις ἔχειν ἀληθεῖς, παρόντας εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, οὐκ ἠθέλησαν εἰς τὴν συνοδον πέμπειν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπαντῆσαι. ἐκ δὴ τούτου φανερὸν καὶ δικαίᾳ καθίστηκεν ἡ κρίσις τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Ἰουλίου. οὐ γὰρ ἀσκεπῶς βεβούλυται, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐπιμελείας ἦλθεν, ὡς τι μηδὲ ὅλως δικαίᾳ πρὸς Ἀθανάσιον εἶχε γὰρ ἐπισκόπων ἐγγὺς ὀγδοήκοντα ἀληθεῖς μάρτυρας· εἶχε καὶ τοῦτο δίκαιον, ὅτι μὰ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων ἑαυτοῦ καὶ μὰ γραμμάτων μαθόντα τοὺς περὶ Εὐσέβιον, τοὺς οὐκ ὀλίγῳ, ἀλλ' ὀλίγῳ βιαιότερον ἐπιφερομένους. ὅθεν αἱ συνεχοῦς πέμπειν ἐπίσκοπον τὴν κοινωνίαν Ἀθανασίου ἐβεβαίωσαν μὰ τὴν καθηκούσης αὐτῷ. κἀκεῖνοι δὲ ὑμῶν ἡ ἀγάπη συνεχώρησε· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσαν παρεβάλετο. τότε δὴ καὶ παρείημεν, καὶ μὰ γραμμάτων, καὶ μὰ ἀγγέλων * ἐντολὴν ἐπεμνήσθησαν οἱ τῆς ἐώας, καὶ ἐκληθησαν παρ' ἡμῶν ὡς τι παρεῖναι. ἀλλ' ἐκεῖνοι ὑπὸ τῆς συνειδήσεως καταγινωσκόμενοι, ἀπρεπῶς χρώμενοι προφάσει, φυγοδικεῖν ἤξιουν· δὸν γὰρ αὐτῶν ὡς ὑπὸ δίωξιν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκβάλλεσθαι, οὐ συνορῶντες ὡς ἀπρεπές, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον λῶ τοῦτο· καὶ τὰ ὑπομνήματα δὲ τὰ ἐν τῷ Μαρεώτῃ γινόμενα ὑπὸ παμπήρων καὶ ἐξωλεστάτων λυσσῶν νεωτέρων, οἷς οὐκ ἄν τις δικάσειεν οὐδὲ τὸν τυχόντα βαθμὸν τοῦ κλήρου, συνέσεως μετουσίαν παρέχοντα. οὔτε γὰρ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος, οὔτε Μακάριος ὁ πρεσβύτερος ὁ κατηγορούμενος ὑπ' αὐτῶν παρῆν· καὶ ὅμως ἡ παρ' αὐτῶν ἐρώτησις, μᾶλλον δὲ ὑποβολὴ ἡ γραφεῖσα, πάσης αἰσχύνης λῶ μεστή. τῇ μὲν γὰρ ἐθνικοὶ, τῇ δὲ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο, οὐχ ἵνα, ἅπερ ἴσασιν, ἅπτωσιν, ἀλλ' ἵνα ἅπερ παρ' αὐτῶν μεμαθήκασι, ψεύσωνται. καὶ γὰρ καὶ ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων φερομένων ἐπὶ τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡμετέρου ἐπισκόπου, καὶ βαλομένων παρεῖναι ἐπὶ τῇ ἐξετάσει, καὶ τὸν ἀληθῆ δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος διελέγξαι, οὐδεὶς λόγος γέγονεν. οὐκ ἐπέτρεψαν γὰρ ἡμᾶς παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὕβρεως ἐξέβαλον. καὶ εἰ δέ τι μάλιστα φανερὰ πᾶσι καθέστηκε ἐκ τούτων ἡ συκοφαντία, ὅμως ἀναγινωσκομένων τῶν ὑπομνημάτων, εὕρομεν αὐτὸν τὸν παμπόνηρον Ἰσχύραν τὸν ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ μισθὸν παρ' αὐτῶν λαβόντα, τὸ δοκοῦν ἐνεργοῦντα τῆς ἐπισκοπῆς, διελέγχοντα ἑαυτὸν τὸν συκοφαντίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰσχύρας ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι διελάλησε κατ' ἐκεῖνο τὸν ὥραν, ἐν ᾗ Μακάριον ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦτο, νοσοῦντα τότε καταλελοιπὼς ἑαυτὸν· καί τι τῶν περὶ Εὐσέβιον χρήσιμα τολμησάντων, ἐρέσθαι τότε τὸν Ἰσχύραν, καὶ προσφέρειν, ὅτι Μακάριος ἐπίσης. καὶνὴ δὲ πᾶσι φανερὰ καθέστηκεν ἡ συκοφαντία καὶ διαβολὴ, λῶ ἐλάσσονι μὴ τούτῳ. ἐφάνησαν γὰρ καὶ καπήλοις, φόνον διαπραξάμενοι τὸν Ἀθανάσιον· καὶ ὡς Ἀρσένιον ἵνα Μελετιανὸν ἐπίσκοπον ἀπηρτισμένοι, ἐφ' ᾧ

mere conati sunt, nulla in eius iudicio neque sedulitate, neque fide, neque iustitia adhibita. Iã ergo diffisi suis fabulis, & vanis rumoribus, ac etiam intuentes, quàm non possent de ijs rebus vera documenta afferre, cum essent in vrbe Sardica, non ausi sunt in concilio sanctorum Episcoporum apparere. Qua ex re æquitas iudicij fratris & coepiscopi nostri Iulij liquidissime apparuit, qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit; adeo vt nihil relinquatur dubij de communione fratris nostri Athanasij adducentis octoginta Episcopos veros testes pro se in iudicium, atque eò potiore iure nitentis, quòd per dilectos fratres nostros presbyteros suos, & per litteras, Eusebianos non iure, sed vi grassantes conuenerit. Quapropter omnes vndique Episcopi viri communionem ob eius innocentiam confirmarunt. Illud quoque vestra charitas conspiciat; post Athanasij ad sacram Synodum Sardicæ congregatam aduentum, Orientales litteris mandatisq, citatos fuisse, vt se iudicio sisterent: verum illos sua conscientia prædamnatos, inhonestis caussificationibus tergiuersari incepisse, poscentes interim, vt innocentem quasi nocentem à nostra communione submoueremus, nihil spectantes, quàm vt indecentia, vel potius impossibilia postularent: atque adeo commentaria, actaq. Mareotæ, non nisi à sceleratis & perditissimis quibusdam nouitijs, quibus ne vulgarem quidem gradum clericatus committas, per absentiam alterius partis confecta esse. Neque enim frater noster Athanasius Episcopus, & Macarius presbyter, quem accusabant, præsentes adfuerunt: quamquam alioqui illorum inquisitio, seu potius insidiatio, nullo non probro scaturiebat, cum nunc ethnici, nunc catechumeni interrogarentur, non vt quæ scirent, dicerent, sed quæ ab illis didicerant, mentirentur. Nulla enim nostri ratio habita est, qui presbyteri sumus Athanasij, & curam eius absentiæ susceperamus, cupientes interesse quæstioni, & veritatem ostendere, & falsa redarguere: tantum autem abest vt nos præsentes esse voluerint, vt etiam contumeliose eiecerint. Ex istis rebus, quamquam sycophantiam esse clarissime constaret, tamen dum euoluimus acta, deprehendimus ipsum sceleratum Ischyram titulo Episcopi in mercedem calumniæ remuneratum, suam sycophantiam suis verbis prodere. Ipse enim Ischyras in monumentis actorum diserte testatus est, se ea ipsa hora, qua Macarius in suam cellam venerat, ægrotum iacuisse; Eusebianis contra scribentibus, cum tum stetisse, & oblationes fecisse, cum Macarius superueniret. Quin & illa calumnia, qua postmodum vsi sunt, manifesta apparuit. cum vociferarentur, & misere deplangerent, cædem Athanasium fecisse, & Arsenium Meletianum episco-

* ἴσως, ἐντολῶν

episcopum eius opera è medio sublatum; quam rem fictitio gemitu & falsis lacrymis, vt vera videretur, deplorabant; rogabantq. eius, qui viueret, quasi qui extinctus esset, cadauer exhiberi: sed figmenta eorum non latuerunt. notum enim erat omnibus, hominem incolumem esse, & inter viuos recenseri. Verum ne sic quidem, cum isti ad omnia faciles, vidissent figmenta sua redargui, ipso Arsenio se viuum, & minime interfectum aut mortuum exhibente, quiescere potuerunt; sed nouas sycophantias veteribus accumulantes, omnibus machinis id agebant, vt hominem calumnijs iterum inuoluerent. Quid igitur dilecti? Ne sic quidem frater noster Athanasius animum despondit, sed magna cum fiducia eos etiam in hac causa ad iudicium prouocauit. quod & nobis in voto fuit, ac proinde eos hortabamur, vt iudicio se sisterent, & si possent, accusationis causam certis documentis peragerent. Sed, ò magnã improbitatem, ò grauem superbiam, vel potius (si verum dicendum est) ò malam & obnoxiã conscientiam. ac rem ita esse, nulli non clarissime innotuit. Quo circa, dilectissimi fratres, commonitos vos cupimus, & diligenter adhortamur, vt præ omnibus fidem catholicæ Ecclesiæ retineatis. Multa certe & grauia & acerba perpessi estis, multas vicissim contumelias & iniurias sustinuit catholica Ecclesia: sed qui in finem sustinuerit, saluus erit. Quapropter si denuo ausi & aliquid facere contra vos, tribulatio illa vobis pro gaudio sit. Nam istiusmodi passiones, pars aliqua martyrij haberi debent; & istiusmodi vestræ confessiones & tormenta non carebunt mercede, cũ præmia à Deo recepturi sitis. Quapropter in primis decertate pro sana fide, & cum comministris nostris. Nam neque silentio suppressimus, aut neglexim̃us ea, quæ ad vestram securitatem pertinebant; sed eius rei curam præcipuam habuimus, eaq. egimus, quæ dilectionis ratio postulabat. Compatimur enim fratribus nostris patientibus, & eorum passiones, nostras proprias arbitramur, & nostras lacrymas cum vestris commiscuimus. Neque vos soli dumtaxat passi estis, fratres; sed eadem alij complures comministri nostri, cũ huc venissent, deplorarunt. Quamobrem preces nostras ad religiosissimos & amantissimos Dei Imperatores retulimus, vt illorum humanitas, eos qui adhuc grauiter laborant & affliguntur, relaxari iubeat, constituatq. ne quis iudicũ, quorum munus est publica curare, de clericis sententiam ferat, aut vlla ratione in posterum sub prætextu ecclesiarum, quidpiam contra fratres moliatur: sed vnusquisque citra persecutionem, aut vim, aut fraudem (prout optat, & cupit) vitam instituat, & cum quiete & pace catholicam & Apostolicam fidem sequatur. Gregorium quidem illegitime ab hæreticis Episcopum constitutum, & in nostram ciuitatem ab illis deductum, ab vniuersa sacra Synodo de episcopatu (tametsi revera numquam Episcopus fuerit) depositum esse, vestram vnanimitatem scire volumus. Valete igitur, & recipite vestrum Episcopum Atha-

Matt. 13. b. 21.

ἐφ' ᾧ πεφανοιητῷ στεναγμῷ καὶ πεπλασμένοις δάκρυσιν ὑπεκρίνοντο, & ἠξίουν ὃν ζῶντες ὡς τεθνηκότος τὸ ζῶμα ἀποδοθῆναι· ἀλλ' οὐκ ἄγνωστα γέγονε τὰ σοφίσματα τούτων· ἔγνωσαν γὰρ πάντες ζῶντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξεταζόμενον. καὶ ἐπειδὴ εἶδον ἑαυτοὺς οἱ πρὸς πάντα ἀχειρῆτες διελεγχομένους ὑπὸ τοῖς ψεύδεσιν ἴδιοις, αὐτὸς γὰρ ζῶν ὁ Ἀρσένιος ἐδείκνυεν ἑαυτὸν μὴ ἀπηρῆσθαι, μή τι πεπονθυῖα· ὅμως οὐκ ἠσύχασαν, ἀλλ' ἑτέρας συκοφαντίας πρὸς τὰς προτέρας συκοφαντίας ἐπιζήτουν, ἵνα πάλιν μηχανησάμενοι ἐμβάλωσι τὸν ἄνθρωπον. τί οὖν ἀγαπητοί; οὐκ ἐπεφέρθη ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀλλὰ πάλιν πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος προεκαλεῖτο καὶ ὅδε τοὺς αὐτούς. καὶ ἡμεῖς ἠυχόμεθα, καὶ προετρεπόμεθα ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς τὸ κρίσιν, & εἴπερ δύναιντο, διελέγξαι. ὦ τῆς πολλῆς πλεονεξίας, ὦ τῆς δεινῆς ὑπερηφανίας· μᾶλλον δ', εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὦ κακῆς καὶ ὑποβύτου συνειδήσεως· ὅτι γὰρ πᾶσι πεφανέρωται. ὅθεν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ὑπομιμνήσκομεν & προτρεπόμεθα ὑμᾶς, πρὸ πάντων τὴν ὀρθὴν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κατέχειν. πολλὰ μὲν γὰρ & δεινὰ καὶ χαλεπὰ πεπόνθατε· πολλὰς δὲ ὕβρεις καὶ ἀδικίας ὑπεμείνεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. διόπερ κἂν ἔτι τολμῆσαι πλημμῆσαι καθ' ὑμῶν, ἡ θλῖψις αὕτη χαρὰ ὑμῖν ἔσται. τὰ γὰρ τοιαῦτα παθήματα μέρος ἐστὶ μαρτυρίου, καὶ αἱ τοιαῦται ὑμῶν ὁμολογίαι καὶ αἱ βάσεις ἐκ ἄμισθοι τυγχάνουσιν. ἀλλ' ἀπολήψεσθε παῤῥησίαν ἣν ἔσχεθε. διόπερ μᾶλλον ἀγωνίζεσθε ὑπὲρ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, & τῆς συλλειτουργοῦς ἡμῶν. καὶ γὰρ οὐδὲ ἡμεῖς παρεσιωπήσαμεν, οὐδὲ ἠμελήσαμεν τῆς ὑμῶν ἀμεριμνίας χάριν· ἀλλ' ἐφροντίσαμεν & πεποιήκαμεν, ἅπερ ὁ τῆς ἀγάπης λόγος ἀπαιτεῖ. συμπάσχομεν γὰρ τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ τὰ ἐκείνων παθήματα ἴδια ἡγούμεθα, καὶ τοῖς δάκρυσιν ὑμῶν τὰ ἡμέτερα δάκρυα συνεμίξαμεν. οὐχ ὑμεῖς δὲ μόνοι πεπόνθατε ἀδελφοί, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἄλλοι συλλειτουργοὶ ἡμῶν, παῤῥησιασάμενοι, ἀπωδύραντο. διόπερ ἀνωτέρω καὶ ἠξιώσαμεν τοὺς εὐσεβεστάτους καὶ θεοφιλεστάτους βασιλέας, ὅπως ἡ φιλανθρωπία αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ κάμινον βληθέντας καὶ πεζομένους ἀνεθῆναι κελεύσῃ, καὶ προστάξωσι μηδένα τῶν δικαστῶν, οἷς θεῖ μόνων τῶν δημοσίων μέλειν προσήκει, μή τι κρίνειν κληρικοὺς, μή τι ὅλως δὲ λοιπὸν προφάσει τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιχειρεῖν τι κατὰ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα ἕκαστος χωρὶς ἑνὸς διωγμοῦ, χωρὶς ἑνὸς βίας & πλεονεξίας, ὡς δύναται καὶ βούλεται, ζῇ, καὶ μεθ' ἡσυχίας καὶ εἰρήνης τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν μετέρχηται. Γρηγόριος μέν τις ὁ ὠθούμενος ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν λεγόμενος καθεσταθῆναι, & εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν παρ' αὐτῶν ἀποσταλείς, & ἔστω δὲ γινωσκέτω ὑμῶν ἡ ὁμοψυχία, ὅτι κρίσει τῆς ἱερᾶς πίστεως συνόδου καθῃρέθη, εἰ & τὰ μά-

λιστα ἀδεπώνητος, ὡς ὑπόπτως ὅλως ἤρξατο ἐνομίσθη. χαίρετε τοίνυν ἀποδεχόμενοι ἑαυτῶν τὸν ὑπὸ

σκοπον Αθανάσιον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μετ' εἰρήνης αὐτὸν ἀπελύσαμεν. ὅθεν καὶ παραινοῦμεν πᾶσι τοῖς ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ περιδρομὴν τινων κοινωνήσασι Γρηγορίῳ, ἵνα νῦν ὑπομνησθέντες καὶ προτραπέντες καὶ ἀναπεισθέντες παρ' ἡμῶν, παύσωνται τῆς πρὸς ἐκεῖνον μυσαρᾶς κοινωνίας, καὶ λοιπὸν ἑαυτοὺς συνάψωσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπειδὴ δὲ ἔγνωμεν, ὅτι καὶ Αφθόνιος καὶ Αθανάσιος ὁ Καπίτωνος, καὶ Παῦλος καὶ Πλουτίων, οἱ συμπρεσβύτεροι ἡμῶν, συσκευὴν καὶ αὐτοὶ πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν περὶ Εὐσέβιον, ὥς τε τοὺς μὲν ἐξορισμοῦ πειραθῆναι, τοὺς δὲ καὶ θανάτων ἀπειλὰς διαπεφευγέναι· τούτου ἕνεκεν καὶ περὶ τούτου δηλῶσαι ὑμῖν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα, ἵνα γινώσκητε, ὅτι καὶ τούτους ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἀθώους ἀπελύσαμεν, εἰδότες ὅτι πάντα τὰ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον κατὰ τῶν ὀρθοδόξων γενόμενα, ἐπὶ δόξῃ καὶ συστάσει τῶν συσκευασθέντων ὑπ' αὐτῶν γέγονεν. ἔπρεπε μὲν οὖν τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν Αθανάσιον περὶ αὐτῶν, ὡς περὶ ἰδίων, ἰδίοις ὑμῖν δηλῶσαι. ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ πλείονος μαρτυρίας, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἠθέλησεν ὑμῖν γράψαι· διὰ τοῦτο οὐκ ἀνεβαλόμεθα, ἀλλὰ καὶ σημάναι ὑμῖν ἐσπουδάσαμεν· ἵν' ὥσπερ ἡμεῖς, οὕτως καὶ ὑμεῖς ὑποδέξησθε. ἄξιοι γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐπαίνου, ὅτι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν καὶ αὐτοὶ ἠξιώθησαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὕβριν ὑπομεῖναι. τίνα δέ ἐστι τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δογματισθέντα κατὰ Θεοδώρου, καὶ Ναρκίσσου, καὶ Στεφάνου, καὶ Ακακίου, καὶ Μηνοφάντου, καὶ Οὐρσακίου, καὶ Οὐάλεντος, καὶ Γεωργίου τῶν προϊσταμένων τῆς Αρειανῆς αἱρέσεως, καὶ πλημμελησάντων καθ' ὑμῶν, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν, γνώσεσθε ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων. ἀπεστείλαμεν γὰρ ὑμῖν, ἵνα καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια σύμψηφος τοῖς παρ' ἡμῖν ὁρισθεῖσι γένηται. καὶ γινώσκητε, ὅτι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐ παρορᾷ τοὺς εἰς αὐτὴν πλημμελοῦντας.

Hic Romanam profectionem ex Damaſi [b] *præſcripto Epiſcopis denuntiat Imperator. Illi, cum greges ſuos, præſertim quos ab Arianis tenebris & voragine nuperrime liberarant, inter tot hæreticorum turbas atque inſidias deſerẽdos eſſe non putarent, tres Epiſcopos, Cyriacum, Euſebium, Priſcianũ legatos Damaſo miſerunt cum Synodicis litteris, quibus & cauſas, cur ad Vrbem vocati non adyſſent, explicarunt, & œcumenica Synodi, quam anno ſuperiore Conſtantinopoli celebrarant, acta Romano Pontifici recognoſcenda obtulere: quæ* [c] *ab eo confirmata ſunt. Quo ex tempore ea tamquam per Apoſtolicam Sedem approbata, ſummæ ſemper venerationi fuere. Itaque in Concilio Chalcedonenſi act. iiij. Paſchaſinus, Lucentius & Bonifacius Apoſtolici Legati nomine Leonis Papæ, regulam fidei à Nicænis & Conſtantinopolitanis & Epheſinis Patribus expoſitam, palam profitentur: quibus & tota Synodus aſſenſit. Item in act. v. ſic habetur: Definimus igitur, ordinem & omnes formulas cuſtodientes, quæ de fide ſunt conſtitutæ, & nos Synodo quondam in Epheſo factæ, cuius præſides fuerunt ſanctiſſimæ memoriæ Cæleſtinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum, præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expoſitionem ſanctorum & beatiſſimorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Conſtantini Imp. congregati ſunt; ſeruari autem & ea, quæ apud Conſtantinopolim à ſanctis centum quinquaginta Patribus decreta ſunt, ad expellendas quidem omnes germinantes hæreſes, & ad confirmationem eiuſdem catholicæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei. Atque hæ duæ actiones Chalcedonenſes referuntur & approbantur in Synodo v. Conſtantinopolitana, collatione vj. vbi & bis Symbolum decantatur, ſemel iuxta formulam Nicænam, iterum iuxta Conſtantinopolitanam explicationem. Ad hæc in Lateranenſi Concilio ſub Martino primo, conſuls. iij. Conſtantinopolitanum Symbolum principio recitatur, tamquam fidei fundamentum. qui mos ac ritus ad poſteriores Synodos manauit. Sed & Concilium Toletanum iij. can. ij. Pro reuerentia, inquit, ſanctiſſimæ fidei, & propter corroborandas hominum inualidas mentes, conſultu pijſſimi & glorioſiſſimi Reccaredi Regis conſtituit Synodus, vt per omnes Eccleſias Hiſpaniæ & Galleciæ ſecundum formam Orientalium Eccleſiarum, Concilij Conſtantinopolitani, hoc eſt, centum quinquaginta Epiſcoporum, Symbolum fidei recitetur, & priuſquam Dominica dicatur oratio, voce clara populo prædicetur; quò & fides vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus & ſanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant. Romani etiam Pontifices in Fidei profeſſione inter œcumenicas Synodos Conſtantinopolitanam ſecundo loco ſemper reponunt: quo in genere ſanctus Gregorius* [d] *ait: Præterea, quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem; ſicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor, Nicanũ ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur: Conſtantinopolitanũ quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur: Epheſinum etiã primũ, in quo Neſtorij impietas iudicatur: Chalcedonenſe vero, in quo Eutychetis, Dioſcoriq. prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione cuſtodio, quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit. Atque hæc de fide & Symbolo Conſtantinopolitano dicta ſint. nam Canonum longe alia ratio eſt. Romana autem Eccleſia (inquit ſanctus* [e] *Gregorius) eoſdem canones, vel geſta Synodi illius hactenus non habet, nec accepit: in hoc autem eamdem Synodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreſes, quæ illic memoratæ ſunt, ab alijs tam Patribus damnatas reprobat. Ea vero diuerſitas accidit in primis ob quintum canonẽ, qui huic Concilio communiter adſcribitur, in quo aduerſus Nicænam ſanctionem Conſtantinopolitano Epiſcopo ſecundus à Romano Pontifice locus & honor defertur: id quod impugnant acerrime Leo* [f] *primus, Nicolaus* [g] *primus, Leo* [h] *nonus. tametſi poſtea canon ille Conſtantinopolitanus vſu quodam & tacito Romanæ Sedis conſenſu confirmatus, & ab* [i] *Innocentio III. renouatus fuerit in Lateranenſi Concilio.*

[b] Theod. lib. 5. c. 9.

[c] Photius epiſt. ad Michael. Bulg. de ſeptem Synod. c. 2.

[d] Lib. 1, epiſt. 24. Rom. 10. d. 12.

[e] Lib. 6. epiſt. 31.

[f] Epiſt. 51. ad Anatolium. epiſt. 52. ad Martianum. & epiſt. 53. ad Pulcher

[g] Epiſt. ad Michael. Imp.

[h] Epiſt. ad Michael.

[i] c. antiqua. de priuilegijs.

S. GREGORII NAZIANZENI ORATIO

In præsentia centum quinquaginta Episcoporum habita.

QVo pacto res nostræ vobis se habere videntur, ò cari pastores & collegæ? quorum & speciosi pedes sunt annuntiantium pacem & bona, cũ quibus huc venistis; &, quantum ad nos attinet, speciosi, vtpote ad quos opportune vos contulistis, non vt errantem ouem in viam reducatis, verum vt pastorem peregre agentem inuisatis. Quo pacto peregrinatio nostra iudicio vestro se habet? Et quis huius fructus, vel (vt rectius loquar) spiritus in nobis habitantis, quo & semper mouemur, & nunc moti sumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortasse habentes? Vtrum tandem per vosmet ipsi intelligitis & percipitis, ac benigniores rerum nostrarum censores estis? an contra nobis faciendum est, vt quemadmodum qui militaris imperij, aut gubernationis popularis, aut pecuniarum administrationis rationem exposcuntur, sic nos quoque eorum quæ à nobis administrata sunt, rationes publice vobis reddamus? Nec enim subire iudicium erubescimus, quandoquidem etiam vicissim iudicamus: atque vtrumque cum pari charitate. Vetus autem hæc lex est. Nam etiam Paulus Euangelium cum Apostolis cõmunicabat; non vt ambitiose se ostentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est spiritus) sed vt vel confirmaretur quod recte & cum laude gerebat, vel corrigeretur quod officio decrat (si quid tamen huiusmodi erat in ijs quæ ab eo dicebantur, vel agebantur) quemadmodum ipse ostendit, cum de se ipso ad hunc modum scribit: Quoniam & spiritus prophetarum prophetis subijciuntur, iuxta Spiritus constitutionem, omnia recte dispẽsantis & diuidentis. Quod si ille priuatim & apud quosdam, ego autem publice & apud omnes iudicium subeo, ne id vobis mirandum accidat. Nam ego ea, quæ ex libera reprehensione percipitur, vtilitate magis opus habeo, quàm ille, si qua in re officij partes deseruisse videar; ne alioqui frustra curram, aut cucurrerim. Nec vero aliter defensionis munus recte suscipi potest, quàm si apud eos, quibus administrationis meæ ratio cognita est, sermo habeatur. Quæ igitur est nostra defensio? Ac si quidem falsa, coarguite: si autem vera, testimonio vestro confirmate; vos inquam, quorum causa, & apud quos hæc habetur oratio. Vos enim mihi defensio estis, & testes, & gloriæ corona. liceat enim mihi quoque ex Apostoli verbis aliquid audacter vsurpare. Hic grex exiguus quondam erat & imperfectus, quantum quidem oculorum sensu iudicari poterat, ac ne grex quidem, sed paruum quoddam & tenue gregis vestigium, aut reliquiæ; incompositus, pastore carens, nullis terminis incluſus, nec pascui liberi ius habens, nec caula cinctus, oberrans in montibus, in speluncis & cauernis terræ, huc illuc dispersus atque dissectus, còq. redactus, vt quà quamque ouem forte tulisset, tegeretur ac pabularetur; præclareq. secum agi

Rom.10.d.15.

Luc.15.d.

Galat.2.a.2.

2.Cor.14.d.32.

Galat.2.a.2.

2.Thess.2.b.20.c.19.

Heb.11.d.38.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

συγκλητήριος εἰς τοὺς τριακοντα καὶ πεντήκοντα ἁγιωτάτους ἀρχιερεῖς.

ΠΩΣ ὑμῖν τὰ ἡμέτερα, ὦ Φίλοι πατέρες καὶ συμποιμένες; ὧν ὡραῖοι μὲν οἱ πόδες, διαγγελιζομένων εἰρήνην καὶ ἀγαθὰ, μεθ' ὧν ἐληλύθατε ὡραῖοι ἦ τε πρὸς ἡμᾶς, οἷς εἰς καιρὸν ἐληλύθατε, οὐχ ἵνα πρόβατον πλανώμενον ἐπιστρέψητε, ἀλλ' ἵνα πεμένα ἔκδημον ἐπισκέψησθε. πῶς τὸ τῆς ἐκδημίας ὑμῖν ἔχει τὰ ἡμέτερα; ἢ τίς ὁ τούτης κέρδος; μᾶλλον δὲ τί δ' ἐν ἡμῖν πάθημα, ὃ κινούμεθά πω ἀεὶ, ἢ νῦν κεκινήμεθα, μηδὲν ἴδιον ἔχειν ἐπιθυμοῦντες, μήτ' ἴσως ἔχοντες; ἀρά γε σωίεται παρ' ὑμῶν αὐτῶν καὶ καταμανθάνετε, καὶ λογίζεσθε τῶν ἡμετέρων ἐστὶ χρησίμωτερα; ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς στρατηγίας, ἢ δημαγωγίας, ἢ διοικήσεως χρημάτων λόγον ἀπαιτυμένους, δημοσίᾳ καὶ αὐτοὺς ὑποσχεῖν ὑμῖν τὰς δίκας, ἂν διῳκήκαμεν; οὐ γὰρ αἰσχυνόμεθα κρίνομενοι, ἔτι καὶ κρίνομεν ἐν τῷ μέρει, καὶ μᾶς τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἀμφοτέρα. παλαιὸς δὲ ὁ νόμος. ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῖς ἀποστόλοις ἐκοινοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, οὐχ ἵνα φιλοδοξήσῃ· πόρρω γὰρ τὸ πνεῦμα πάσης φιλοδοξίας, ἀλλ' ἵνα βεβαιωθῇ τὸ κατορθούμενον, ἢ διορθωθῇ τὸ ὑστερούμενον, εἰ ἄρα τί κ τυγχάνει ὢν ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγόμενοις, ἢ πραττομένοις, ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν περὶ ἑαυτοῦ γράφων· ἐπειδὴ καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, κ τῷ διακρίνοντι πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος κ διαιροῦντος πνεύματος. εἰ δὲ ἐκεῖνος μὲν ἰδίᾳ, καὶ ἴσως, ἐγὼ δὲ δημοσίᾳ καὶ πᾶσιν ὑποέχω λόγον, μηδὲν θαυμάσητε. καὶ γὰρ χρῄζω μᾶλλον ὠφεληθῆναι τῇ τῶν ἐλέγχων ἀληθείᾳ, ἤπερ ἐκεῖνος, εἴ τι φαινοίμην ἐλλιπὼν τοῦ δέοντος, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἐθραυσα. καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως ἀπολογήσασθαι, ἢ ἐν εἴδοσι τοὺς λόγους ποιούμενον. τίς οὖν ἡ ἀπολογία; καὶ εἰ μὲν ψευδὴς, ἐλέγξατε· εἰ δ' ἀληθὴς, μαρτυρήσατε ὑμεῖς. ὑποὲρ ὧν, καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος. ὑμεῖς γὰρ μοι καὶ ἀπολογία, καὶ μάρτυρες, καὶ καυχήσεως στέφανος, ἵνα τολμήσω κἀγὼ τῶν τοῦ Ἀποστόλου νεανιεύσασθαι. πολὺ τὸ μίμνιον ἐπὶ μικρόν τε καὶ ἀπλοῦν, ὅσον ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ οὐδὲ μίμνιον, ἀλλὰ μίμνης τὸ μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον, ἀσώματον, καὶ ἀνεπίσκοπον, κ ἀόριστον· μή τι καμοὶ ἐλλιπὲς ἔχον, μή τι μεταφορᾷ περιεχόμενον, πλανώμενον ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, κ τῆς ὀπῆς τῆς γῆς, ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσπαρμένον τε καὶ διερριμμένον, ὡς ἕκαστον ἔτυχε, σπεύδομεν

ναν

ην ἢ νεμέσειεν, καὶ Δεκκλέσιον τὴν ἑαυτοῦ ζωτη-
» ρίαν· οἷον ἐκεῖνο τὸ πίμπλαν, ὁ λέοντας ἐξώσατο, ἢ ζά-
» λη διέλυσεν, ἢ σκοτόμαινα διεσπέδασεν. ὁ θρῆνος
μὲν ὠφθη πᾶσι, τοῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἀπάταις πάθη-
» σι προδιδομένου τοῖς ἔθνεσιν. ἐθρηνήσαμεν δὲ καὶ
ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον θρήνων ἐπεκάθημεν ἄξια. τῷ ὄντι γὰρ
καὶ ἡμεῖς ἐξωσθημεν, καὶ ἀπερρίφημεν, καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος
καὶ βουνὸν διεσπάρημεν, ὡς ἐν ἐρημίᾳ πίμπλας καὶ πανη-
γύρεις τις χειμὼν κατέσχε τὴν ἐκκλησίαν. καὶ οἱ νεοὶ
θῆρες ἐπῆπτοῦσαν, οἱ μηδὲ νεῶν, μὴ τὴν αἰθρίαν,
ἡμῶν φειδόμενοι, ἀλλ' ἀναισχυντοτέρως εἶναι καὶ τοῦ
καιροῦ δυνατώτεροι· καὶ σκυθρωπή τις σκοτόμαινα
ἐπέλαβε πάντα, καὶ σωτικάλυψε πολὺ τῆς ἑωθινῆς
τῶν Αἰγυπτίων πληγῆς βαρυτέρα, τοῦ ψηλαφητοῦ
λέγω σκότους, ὑφ' οὗ μικροῦ μηδὲ ἀλλήλους ἰδεῖν
» ἠδυνήθημεν. καὶ ἵν' ἅπαν τι συμπαθέστερον, ὡς πατρὶ
» τῷ προδιδομένῳ θρήνους, Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω
ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς, ἀλλὰ σὺ πατὴρ
» ἡμῶν εἶ, καὶ σοὺς σὲ βλέπομεν, ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ
» οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν· διὸ τοῦτο ἀπολο-
» λογήσομαι, πλὴν κρίμασι λαλήσω πρὸς σὲ, φησὶν
» Ἱερεμίας. ἐθέμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἦρξας
» ἡμῶν, καὶ ἐπελάθου διαθήκης ἁγίας σου, καὶ ἀπε-
» κλεισας ἀφ' ἡμῶν τὸ ἔλεός σου· διὰ τοῦτο ἐθέμεθα
ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου, οἱ τῆς τριάδος προσκυ-
νηταὶ, οἱ τέλειοι τῆς πλείας θεότητος πρόσφυγες, καὶ
μὴ τολμῶντές τι τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰς ἡμᾶς καταμα-
θεῖν, μηδὲ ποσῶς ἐπαμφιέζειν, τοῖς ἀθέοις γλώσ-
σαις καὶ θεομάχοις, ὡς τὴν δεσποτείαν αὐτῶν ὁμοί-
δουλον· ἀλλὰ παρεδόθημεν δηλαδὴ διὰ τὰς ἄλλας
ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ ἀξίους τῶν ἑαυτοῦ
εἰσαγαγεῖν, ἀλλ' ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς
πονηρᾶς πορεύθημεν· διὰ τί γὰρ ἕτερον; αὐθαίτιοι ἀδι-
κώτατοι καὶ πονηροτάτοις θεοῖς πάντας τοὺς κατοι-
κοῦντας τὴν γῆν. ὁ πρῶτος Ναβουχοδονόσωρ ἐξέ-
θλιψεν ἡμᾶς, ὁ μὴ Χριστὸν καὶ Χριστοῦ μανείς, καὶ
διὰ ὅτι μισήσας Χριστὸν, ὅτι δι' αὐτὸ ἐσώσατο, τὰ τῶ ἱε-
ρῶν βίβλων τὰς ἁγίους θυσίας ἀντιλαβών, κατέ-
» φαγέ με, ἐμέρισέ με, ἐκάλυψέ με σκότος λαιψόν,
ἵνα μὴ δόξω μηδὲ θείων τῆς γραφῆς, εἰ μὴ ὅτι κύ-
κλος ἐβοήθησέ μοι, καὶ χεῖρον αὐτῶν δικαίως αὐτὸ πα-
ρέδωκεν, ἐκτόπους εἰς πέρας, οἷα τὰ ἐμὰ κρίματα,
καὶ ὑπὲρ αἱμάτων αὐτοῦ αἷμα ἐχύθη δίκαιον, ἐκ-
πώματι μόνον καὶ μαχροθυμίᾳ ἀναχομένης τῆς δί-
κης, ὡς μικροῦ καὶ παρῴκησε τῷ ἅδῃ ἡ ψυχή μου. ὁ
δὲ ὕστερος οὐδὲν ἐκείνου φιλανθρωπότερος· ὅτι μὴ καὶ
βαρύτερος, ὅσῳ τὸ Χριστοῦ φέρων ὄνομα, ψευδόχρι-
στος ὢν, καὶ χριστιανοῖς ὄνειδος, οἷς καὶ τὸ πεῖν ἄθεον,
καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον, ἵν' μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκῶν,
μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα προσῆναι, τῷ μαρτυ-
ρίῳ. ἀλλὰ καὶτοῦτο κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν·
πάσχοντας ὡς χριστιανοὺς, ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι.
εἶμι

A agi duceret, si salutem suam subriperet: non secus videlicet ac grex ille, quem Icones expulerũt, aut tempestas dissoluit, aut caligo dissipauit, quem & Prophetæ lugent, populi Israelitici Gentibus traditi calamitatem adumbrantes: & nos etiam luximus, quamdiu in luctuoso statu res nostræ fuerunt. nam ipsi quoque re vera expulsi & proiecti fuimus, atque in montes omnes & colles ob pastoris inopiam dispersi; ac dira quædam tempestas Ecclesiam inuasit, & horrendæ belluæ in nos impetum fecerunt, quæ ne nunc quidem reddita serenitate nobis parcunt; verum (qua sunt impudentia) potentiores etiam & atrociores, quàm B tempus ferat, se præbent: atque tristis quædam caligo cuncta occupauit & contexit, multo sane nona illa Aegyptiorum plaga, hoc est palpabilibus tenebris grauior, præ qua pæne nec alij alios videre potuimus. Atque vt aliquid, quod maiorem commiserationem redoleat, dicam, eo scilicet, qui nos afflixit, tamquam parente, fretus; Abraham non cognouit nos, nec Israel nos agnouit: at tu pater noster es; in te oculos conijcimus; præter te alium non nouimus; nomen vnum tuum inuocamus. Propterea causam dicam, inquit Hieremias, ceterum iudicia loquar ad te. Facti sumus vt à principio, cum non imperares nobis; & C oblitus es testamenti sancti tui, ac misericordias tuas nobis occuluisti. Propterea opprobrium facti sumus dilecto tuo, nos inquam, Trinitatis adoratores perfecti, perfectæ diuinitatis clientes & supplices: nec eo audaciæ prorumpentes, vt quidquam eorum quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus & deijciamus; nec ita superbi & arrogantes, vt (quod impiæ linguæ, ac deitatis hostes faciunt) Dominum in seruilem ordinem nobiscum redigamus: sed scilicet propter alia scelera nostra, & quia non, vt mandatis tuis dignum erat, vitæ nostræ rationes instituimus; verum post prauam nostram mentem & cogitationem ambulauimus (quænam enim alia causa proferri potest?) D hominibus iniquissimis, atque omnium quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus. Primus Nabuchodonosor nos obtriuit, ille inquam, qui post Christum aduersus Christum furore flagrauit, atque ob eam causam Christum inuisum habuit, quia per eum salutem consecutus fuerat; ac sacros libros cum impijs sacrificijs commutauit. Deuorauit me; in partes distraxit me: contexerunt me tenebræ tenues (vt ne lugens quidem à verbis Scripturæ recedam:) Nisi quia Dominus adiuuit me, atque ipsum (qualia Dei iudicia sũt!) E in Persidem eiectum, iniquorum manibus, vt merebatur, tradidisset; ac pro nefarijs & impijs cruoribus iustus cruor fusus fuisset (hic solum ne longanimitate quidem vti sustinente vi illa vltrice) propemodum habitasset in inferno anima mea. Secundus nihilo humanior illo fuit; immo eo etiã acerbior, quòd Christi nomen ferens, pseudochristus erat, Christianisq. probrum & dedecus, quibus & facere impium, & pati inglorium erat; quòd ne iniuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrij nomen cruciatibus accederet; verum hic quoque fucus veritati fieret, vt qui tamquam Christiani patiebantur, tamquam impij cruciatu afficerentur. Heu me,

Hier. 30. 6. 17.

Exod. 10. 6. 22.

Esa. 63. c. 16.

Hier. 14. a.

Esa. 63. c. 19.

Psal. 78. a. 4.

Ibid.

Iulianus Imp.

Hier. 51. a. 34. Psal. 56. a. 6. Psal. 93. c. 17.

Valens Imp.

quia in malis diuites & copiosi extitimus: quia ignis speciosa terræ comedit: residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit rubigo; tum bruchus, ac postea nescio quod aliud atque aliud malum subinde exoriens. Quid autem omnia illius temporis mala tragica oratione prosequi attinet, eamq. quæ tum nos inuasit, siue pœnam dicere conuenit, siue explorationem ac purgationem? Ceterum transiuimus per ignē & aquam; ac benigna Saluatoris voluntate in refrigerium prodijmus. Enimuero (vt eo se, vnde digressa est, oratio referat) hæc seges parua quondam & inops erat, ac non modo Deo, qui pulchris pietatis seminibus & doctrinis totum orbem terrarum excoluit, atque excolit, sed ne paupere quidem ac tenui homunculo digna, vt quidem videbatur; immo nec seges omnino, nec horreis, nec area fortasse, nec falce digna, nec etiam acerui, nec manipuli, aut certe parui & immaturi, & quales sunt tectorum; nec messoris manum implentes, nec eorum qui pertranseunt, benedictionem illicientes. Talis seges nostra erat, tantilla messis; magna illa quidem & pinguis apud eum qui abscondita intuetur, taliq. agricola digna, quam animarum recta doctrina excultarum valles multiplicant; at quæ tamen in vulgus minime nota esset, nec in vnum cogeretur, sed paulatim colligeretur, non secus ac stipula in messe, & racemulus in vindemia, cum nullus est botrus. Quin illa quoque, & quidem admodum tempestiue, mihi videor adiecturus, Vt ficum præmaturam in deserto Israelem inueni, & vt acinum vnū aut alterum maturum in immaturo botro, benedictionis quidem causa seruatum, ac primitijs consecratum, adhuc tamen paruum & rarum, nec os comedentis implentem: atque etiam vt signiferum lignum in colle, & malum mauis in monte; aut si quid aliud est singulare, nec multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina nostra paupertas & mœstitia fuit. Ex quo autem tempore Deus, qui pauperem facit, & ditat; qui mortificat, & viuificat; qui sola voluntate omnia facit, atque immutat; qui ex nocte diem facit, ex hieme ver, ex tempestate tranquillitatē, ex siccitate pluuiā, idq. plerumque vnius iusti, diuturna persecutione vexati, precibus permotus; qui denique mansuetos in altum suscipit, ac peccatores vsque ad terram humiliat; illud secum dixit: Videns vidi afflictionem Israelis; nec luto, ac conficiendorum laterum labore diutius opprimetur: ac locutus visitauit, & visitans salutem attulit; populumq. suum eduxit in manu potenti, & brachio excelso, in manu Mosis & Aaron electorum suorum; quid sit? quæ signa & miracula? nimirum ea, quæ & memoriæ prodita, & litterarum monumentis commendata circumferuntur. Nam, vt miracula in via edita, magnumq. illum sonum taceam, ac rem vno verbo complectar; Ioseph vnus in Aegyptum proficiscitur, ac sexcenta hominū millia non multo post ex Aegypto excedūt (quid hoc admirabilius, aut illustrius diuinæ magnificentiæ

Iud.1.a.4.

Psal.65.b.12.

Psal.125.

Osee.9.b.10.

Esa.65.b.8.

Esai.30.c.27.

1.Reg.2.a.6.

1.Reg.18.g.

Psal.144.b.6.

Exod.3.b.7.

Psal.135.b.12.

Psal.76.c.81.

Psal.131.

Gen.37.c.

Exod.12.a.37.

οἶμαι ὅτι ἐπλουτήσαμεν ἐν ταῖς κακαῖς, ὅτι πῦρ κατέφαγε τὰ ὠφέλιμα τῆς οἰκουμένης, τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρίς· καὶ τὰ καταλοιπα τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη· εἶτα ὁ βροῦχος, εἶτα οὐκ οἶδ' ὅ,τι πρὸς τούτοις καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ κακῷ φυόμενον. τί δ' ἂν τις ἐκτραγῳδοίη πάντα τὰ τοῦ καιροῦ κακά; καὶ τὴν πρὸ παλαχοῦσαν ἡμᾶς, εἴ τι δεῖ πρὸς ἀξίαν χρὴ λέγειν, εἴ τι δοκιμασίαν καὶ πύρωσιν; πάλιν ὅτι διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ πρὸς ἀναψυχὴν, εὐδοκίᾳ τοῦ ζωοῦντος. ἀλλ' ὅ, μοι λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὁ λόγος ὥρμητο, τοῦτο τὸ γεώργιον ἦν ὅτι μικρόν τι καὶ πενιχρὸν ἦν, καὶ οὐχ ὅπως θεοῦ τὸν κόσμον ὅλον γεωργήσαντος τε καὶ γεωργοῦντος, ταῖς καλαῖς τῆς εὐσεβείας σπέρμασί τε καὶ δόγμασιν, ἀλλ' οὐδὲ πάντες ἑνὸς τῶν εὐδαίμων καὶ μετρίων, ὡς γε εἰκάσαι· ἀλλ' οὐδὲ γεώργιον ὅλως, οὐδὲ λατομηκῶν, οὐδὲ ἄλως τυχὸν, οὐδὲ ἁρπάγης ἄξιον, οὐδὲ θημῶν, οὐδὲ ἁράγματος, ἢ ἁράγματος μικρά τι καὶ ἀωρα, καὶ οἷα τὰ ἐκ δωμάτων· μή τι χεῖρα πλήρωμα τοῦ θερίζοντος, μή τι τῶν παριόντων προκαλούμενα εὐλογίαν. τοιοῦτον ἡμῶν τὸ γεώργιον, τοσοῦτον τὸ θέρος· μέγα μὲν καὶ εὔτεχνον καὶ πολὺ τῷ γεωργῷ τῶν κρυπτῶν, καὶ τοιούτου γεωργοῦ πρέπον εἶναι, ὃ πληθύνουσι πολλάδες ψυχῶν καλῶς τῷ λόγῳ γεωργουμένων· οὐ μὴν γεωργούμενον τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ εἰς ἐν συναγόμενον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμενον, ὡς καλάμη ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς σταφυλὴ ἐν τρυγητῷ, μὴ ὑπαρχόντος βότρυος. τοσοῦτόν μοι δοκῶ κἀκεῖνα, καὶ λίαν κατὰ καιρὸν· ὡς σκοπὸν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς ῥᾶγα μίαν ἡ δίψα ἔφθασεν ὠφελῆσαι ἐν ἀώρῳ τῷ βότρυι, δίλογίαν μὲν κυρίου πεπεμένην, καὶ ἀπαρχὴν καθιερωμένην, πάλιν ὀλίγην ἔτι καὶ σπανίαν, καὶ οὐ πληρούσαν γόμον ἑαθέντος, καὶ ὡς σημαίαν ὄπὸ βουνοῦ, καὶ ὡς ἰσὸν ἐπ' ὄρους, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν μοναδικῶν τε, καὶ οὐ σπὸ πολέων γεωρυμένων. τοῦτο μὲν τὸ τῆς περιόδου πενίας καὶ κατηφείας. ἀφ' οὗ δὲ ὁ πληρῶν καὶ πλουτίζων θεὸς, ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν, ὁ πτωχῶν τοῦτο καὶ μεγαλύνων μόνῳ τῷ βούλεσθαι. ὁ πτωχῶν ἐκ μὲν νυκτὸς ἡμέραν, ἐκ δὲ χειμῶνος ἔαρ, ἐκ δὲ ζάλης γαλήνην, ἐκ δὲ αὐχμῶν ἐπομβρίαν. καὶ τοῦτο δι' ἑνὸς δικαίου πολλάκις δέχεται ὑπερπλὺ διωχθέντος. ὁ ἀναλαμβάνων πρᾳεῖς εἰς ὕψος, καὶ ταπεινῶν ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, ἐκεῖνα πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐ μὴ προθῶσιν ἔτι τῷ πηλῷ καὶ τῇ πολυτελείᾳ ταλαιπωρίαν, καὶ εἶπεν, ἐπισκέψατο· καὶ ἐπισκεψάμενος ἔσωσε, καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ· ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρὼν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. τί γάρ τοι; καὶ τί θαυμαστουργίαν; ἃ βίβλοι καὶ μνημεῖα φέρουσιν· ἐκτὸς γὰρ τῶν καθ' ὁδὸν θαυμασίων, καὶ τῆς μεγαλοπρεποῦς βοῆς ἐκείνης βομβήσης, ἣν ἔστησε τὸ συστρωθὲν μετ' ἐλίγον ἐξ Αἰγύπτου. τί γάρ θαυμασιώτερον; ἢ μεῖζον τῆς τοῦ θεοῦ μεγαλοπρεπείας τεκμήριον; ὅτων

centiæ

ὅπου ἐκ τῶν ἀπόρων ἦλθ' πέρυσι θεωῦσα τῆς πράγ-
μασι, καὶ γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτῆσαι δίκαιος
μιαθέντες, καὶ ὁ πραχθεὶς ἔθνη μεθίστησι, καὶ εἰς
ἔθνος καθίστησιν μέγα, καὶ ἡ μικρὰ ταῦτα φυὰς
ἐκείνη, ἄμπελος εὐκληματοῦσα γένεται, καὶ πα-
σάντη, ὡς ἐπιβαίνειν μὲν ποταμοῖς, ἐκπίνεσθαι
δὲ μέχρι θαλάσσης, ἐξ ὀρέων εἰς ὄρεα πλατυ-
νομένη· καλύπτειν δὲ ὄρη τῷ ὕψει τῆς δόξης, κέ-
δρων δὲ ὑπερφέρεσθαι, καὶ πῶπω τῶν τοῦ θεοῦ· εἴ
γέ γε δὴ τὰ ὄρη πῶπω, καὶ εἰς ἔνας τὰς κέδρους ὑπο-
ληπτέον. ποιοῦτόν ποτε πάσχει τὸ πεμπόμενον, καὶ τοιοῦτον
πῶ, οὕτως εὐκπῶ τι καὶ πλατυνόμενον· εἰ δὲ
μήπω πλέως, ἀλλ' εἰς τοῦτό γε τῆς ἐξ' μέρ. ἐ-
δεδόν προοδήκαις· καὶ προφητεύσω δέ, ὅτι καὶ ἐ-
δεδόν. τοῦτό μοι τὸ πνεῦμα προλέγει τὸ ἅγιον, εἴ τι
προφήτης ἐγώ, καὶ βλέπων τὸ ἐμπροσθεν, καὶ
ἄμα τῆς προλαβοῦσαν ἔχω δηρῶν, καὶ λογισμῷ
γινώσκειν, ὡς λόγου σώτερος. πολὺ γὰρ εὐδοκο-
ξώτερον ἐξ ἐκείνου ποιοῦσιν γνέσθαι, ἢ τὸν πάν οὖ-
σαν εἰς ἄκρον προελθεῖν λαμπρότητος. ἐξ οὗ γὰρ συ-
νάγεσθαι ἤρξατο πρὸς τὸ ζωογονοῦντος τοὺς νε-
κροὺς, ὀστᾶ πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν·
καὶ τοῖς ξηροῖς ἐδόθη πνεῦμα ζωῆς καὶ παλιγγενε-
σίας· πᾶσιν δ' οἷς εἶχε πληρωθῆναι δεῖ τὴν ἀνάστα-
σιν. ὡς τι μὴ ὑψοῦσθαι ἐν ἑαυτοῖς οἱ σφόδρα
περαίνοντες, μηδὲ σκιαὶ κρατοῦντες, ἢ ἐνύπνιον
ἐξεγειρόμενοι, ἢ αὔρας διαπετούσας, ἢ νηὸς ἴχνη
καθ' ὕδατος. ἔχειν τί νομιζέτωσαν. ὀλολυζέτω πί-
νυς, ὅτι πέπωκε κέδρος· τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς παι-
δευέσθωσαν, καὶ μανθανέτωσαν, ὅτι οὐκ εἰς πλῆ-
θος πληθήσεται ὁ πλοῦτος, οὐδὲ αὐξήσει μὴ ἐν ἑαυτῷ
σφᾶς διακόψαι κεφαλὰς θηρίων, ὡς ὁ Ἀββακούμ
φησιν, ἢ διακοπομένη ῥώμη καὶ διαιρεμένη κακῶς
εἴς τι τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, ὡς αὖ μᾶλλον καὶ ῥᾳ-
θυμίας καὶ θεότητος ἀτιμαζομένη, καὶ βλαπτεῖσα κτίσις ὁμολο-
γίας θεότητος. δοκῶ μοι κἀκείνης ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς πα-
ρὰ τοῦ συνάγοντος Ἰὼς σωτηριαμένους, καὶ τοὺς πεπεσα-
μένους ἀσθενοῦντας· πλάτυνον τὸ χωρίσματός σε
ἔτι, ἐκπέτασον εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερά, πῆχον,
τὰ αὐλαίων μὴ φείσῃ, ἐγὼ γὰρ ἐδοκίμασά σε, καὶ ἐγὼ
βοηθήσω σοι· ἐν θυμῷ μικρῷ ἐκέκλικά σε, καὶ ἐν ἐλέει
αἰωνίῳ δοξάσω σε. μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρω-
πίας, ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. ἐκείνα μὲν διὰ τὴν
πορνείαν, ταῦτα διὰ τὴν τριάδα προσκυνουμένην ἐκεῖ
σε μὲν διὰ τὸν κάθαρσιν, ταῦτα διὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, ὃς
δοξάζω τοὺς δοξάζοντας, καὶ ἀθετῶ τοὺς ἀθε-
τοῦντας. ἰδοὺ ταῦτα ἐσφράγισται παρ' ἐμοὶ, καὶ οὔτε
ἄλυτος νόμος ἀπομετρήσεως. οὐ δέ μοι πεῖσιχε τῶν
τοίχων καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφίδος,
καὶ τῶν μακρῶν δρόμων, καὶ περιδρόμων, καὶ χρυσῷ καπ-
νλάμπου καὶ περιλάμπου, τὴν μὲν ὡς ὕδωρ ἐκχεόμενος, τὴν δὲ
ὡς ἄμμον ἐφαπορίζεις, ἀγνοῶν ὅτι κρείσσων ὑπάρχος
πίστις

A centiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis, iter secundis aperire voluerit?) ac promissionis terra per vnum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipseq. in gentem magnam constituitur, ac parua illa propago vinea lata & palmitibus abundans efficitur, in eamq. magnitudinem euadit, vt & supra fluuios ascendat, & vsque ad mare extendatur, & à finibus in fines porrigatur ac dilatetur, & gloriæ sublimitate montes operiat, & cedrorum magnitudinem superet, & quidem cedros Dei, quicumque tandem montes illi, & quæcumque cedri existimandæ sunt. Talis quondam hic grex erat, talisq. rursum nunc, tamq. succulentus, lateq. se porrigens, ac si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, vt auguror, progressurus. Hoc mihi prædicit Spiritus sanctus, Il quid vaticinandi arte valeo, futuraq. prospicio. Ac simul ex ijs quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque ratiocinatione id percipio, vtpote rationis alumnus. Multo enim mirabilius est quòd ex tantillo ad tantam magnitudinem peruenerit, quàm vt ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæq. gradum prouehatur. Posteaquam enim semel ab eo, qui mortuos ad vitam reuocat, ossa cum ossibus, & commissuræ cum commissuris iungi cœperunt, ac siccis rebus, spiritus vitæ & regenerationis datus est, resurrectionem vtique omnibus suis numeris partibusq. perfici atque expleri necesse est. Ac proinde qui exacerbant, non exaltentur in semetipsis; nec vmbram, aut somnium exurgentium, aut auram perflantem, aut nauis vestigia aquis impressa tenentes, quidquam se habere existiment. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus. Ex aliorum malis documentum sibi capiant, ac discant, pauperem neB quaquam in finem vsque obliuioni fore; nec diuinitatem sese diutius cohibituram, quin procerum capita, vt Habacuc loquitur, cum stupore C dissecet; nimirum ipsa quoque dissecta, & male diuisa in id quod præst, & quod subest: vt sic maxime & deitas contumelia afficiatur, in creaturarum ordinem redacta, & res creatæ onerentur, deitati honore adæquatæ. Quin illam quoque eius, qui contritos & oppressos colligit, vocem mihi audire videor: Dilata adhuc locum funiculorum tuorum; extende ad dexteram & ad sinistram: fige, aulæis ne parcas. Ego tradidi te; & ego auxiliabor tibi. In parua ira percussi te; in D sempiterna autem misericordia glorificabo te. Maior est mensura benignitatis, quàm mensura correptionis. Priora illa, propter flagitia: hæc, propter Trinitatem quę adoratur. Illa, ob purgationem: hæc, ob gloriam meam, qui glorifico glorificantes me; & ad iram prouoco prouocantes me. Ecce hæc signata sunt apud me, atque hæc remunerationis inuiolabilis lex est. At tu parietes & tabulas crustasq. artissime tenebas, & scite atque elegãter cæsas tessellas, & longos cursus & ambitus, atque auro fulgebas & collucebas, illudq. partim aquæ instar spargebas, partim quasi E arenam aggerebas: nimirum ignorans, præstantiorem esse fidem sub dio degentem, quàm copio-

Psal. 77. f. 55.
Psal. 104. a.
Psal. 79. b.
Ezech. 37.
Psal. 65. b. 7.
Eccli. 34. a. 2.
Psal. 72. c. 20
Sap. 5. b. 20.
Zach. 11. a. 2.
Psal. 9. c. 19.
Habac. 3. b. 14.
Psal. 140. a. 3.
Esai. 54. a. 2. 7. & 57. c. 17. & 60 b. 10.
1. Reg. 2. a. 30.
Deut. 32. c. 41. 36.

Ann. Soc. Entom. Fr., 1, 1832.

Ann. Soc. Entom. Fr., 1, 1832.

» ἀφὼ τῆς ἀποκαλύψεως, ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, A
» καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀφαιρίψατε· ἵνα μηδὲν
» ᾖ σκῶλον, μηδὲ κώλυμα τῷ λαῷ τῆς θείας ὁδοῦ καὶ
» εἰσόδου, νῦν μὲν ὅλη τὰ χειροποίητα, μικρὸν ὅλα
» ὕστερον ὅλη πρὸς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἅγια
» τῶν ἁγίων· ἃ τέλος οἶδα τῆς ἐνταῦθα κακοπα-
» θείας καὶ πονηρίας τοῖς καλῶς ὁδεύουσιν. ἐν οἷς
» ἐστὶ καὶ ὑμεῖς κλητοὶ ἅγιοι, λαὸς περιούσιος, βα-
» σίλειον ἱεράτευμα, χοϊσμὸς κυρίου τὸ κρίτιον,
ἀπὸ σταγόνος πυρὶς ὅλη, ἀπὸ ἀπυθῆρος λαμ-
πὰς οὐρανίου, ἀπὸ κόκκου σινάπεως, δένδρον πλη-
τῶν ἀναπαυμάτων. τούτους δωροφορούμεν ὑμῖν, ὦ φί- B
λοι πατέρες καὶ συμπάτορες, τούτους προσαγόμεν,
τούτοις δεξιούμεθα τοὺς ἡμετέρους φίλους καὶ ξέ-
νους καὶ παροδίτας. τούτων οὐδὲν κάλλιον προ-
σενεγκεῖν εἴχομεν ὑμῖν, οὐδὲ λαμπρότερον, ὧν ἔχο-
μεν τὸ μεῖζον ἐξιζητήσαντες· ἵν' εἰδῆτε καὶ ξένους
ὄντας ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐνδεεῖς, ἀλλὰ πλουσίους μὲν,
πολλοὺς δὲ πλουτίζοντας. ταῦτα, εἰ μὲν μικρὰ καὶ
οὐδενὸς λόγου ἄξια, πλὴν ἐθέλω βούλομαι, ἵνα τὰ
μείζω καὶ λόγου τέλειος· εἰ δὲ τὸ πάλιν τῆς οἰκου-
μένης ὀφθαλμὸν, γῆς καὶ θαλάσσης ὅπι κρίτιον,
ὡσάς τι καὶ ἑστερέου λήξεως οἷον σύνδεσμον, εἰς ὃν C
τὸ πανταχόθεν ἄκρον συντρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται ὡς
ἐμπορίου κοινοῦ τῆς πίστεως· εἰ τὸ ταύτην συμβάλλεσθαί τι
καὶ σθένους τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις, τῶν οὐ μικρῶν·
καὶ τοῦτο, τοσούτοις δονουμένου γλώσσαις, ὃ οὕτω
συνέχεται, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τί φαίνοιμεν καὶ σπουδῆς ἄξιον· εἰ δὲ τῶν ἐπαινουμένων καὶ ἐγκωμι-
ουμένων, δόσιν τι καὶ ἡμῖν τῆς ὅπι τούτοις φιλοτιμίας, καὶ
αὐτοὶ μερίδα ἴσως τοῖς ὁρωμένοις τούτοις συνεπανέγκαμεν. ἄρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ
ἴδε, πῶς ὁ τῶν ἐμῶν λόγων ἐξετασής. ἰδὲ τὸν στέφα- D
νον τὸν πλακέντα τῆς δόξης αὐτοῦ τῶν μισθωτῶν
Ἐφραὶμ, καὶ τοῦ στέφους τῆς ὕβρεως. ἰδὲ πρεσβυτέ-
ρων σωφρόνων, πλικίᾳ καὶ σωφρονῇ τετιμημένων, ἀμφο-
τέρων ἀκμήν, αὐ πάλιν τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, αἰσχυν-
τῶν ἀκοσμίαν, λαοῦ φιλομάθειαν, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξὶ, τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμους· καὶ
ἀνδρῶν, ὅσον ἐν φιλοσόφοις, ὅσον ἐν ἀπλουστέροις,
πᾶσι σοφοῖς τὰ θεῖα· ὅσον ἐν ἄρχουσιν, ὅσον ἐν
ἀρχομένοις, ἐν πᾶσι πᾶσι καλῶς ἀρχομένοις·
ὅσον ἐν στρατιώταις, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν λόγοις
καὶ περὶ λόγους, πᾶσι θεοῦ στρατιώταις, ἡμεροις E
τ' ἄλλα, πολεμικοῖς ὑπὲρ πνεύματος· πᾶσι τὴν
ἄνω ἡμῶσι σύγκλητον· ἐς ὃν οὐ τὸ χρῆμα ἱσοῦται
τὸ πέζον, ἀλλὰ τὸ ζωοποιοῦν πνεῦμα, ἅπασι λο-
γίοις ὡς ἀληθῶς, καὶ τοῦ ὄντος λόγου θεραπόντων
καὶ γυναικῶν, ὅσον ὑπὸ ζυγὸν, θεῷ μᾶλλον ἢ σαρκὶ
συνδεδεμένων, ὅσον ἄζυγον καὶ ἐλεύθερον, θεῷ τὸ πᾶν
καθιερωμένων. ὅσον ἐν νέοις, ὅσον ἐν γήρασιν, ὧν τὸ μὲν
ὅπι χρῆσις καλῶς ὁδεύει, τὸ δὲ βιάζεται μᾶλλον ἀθά-
νατον, πρὸς κρείττονα τῶν ἐλπίδων ἀναπαυόμενον.
τύπου δὲ στέφους, ὁ λαλῶ, οὐκ ἔστι κύριον λαλῶ, λα-
λήσω

docet:)Sternite viam populo meo, lapidesq. è via proijcite, ne quod offendiculum aut impedimentum exiſtat, quod diuinum populi mei iter atque ingreſſum remoretur, nunc quidem ad manufacta templa, paulo poſt autem ad ſupernam Hieruſalem, atque illa Sancta ſanctorum, quæ ærumnarũ huius vitæ, contentionisq. animi finem eſſe ſcio ijs, qui rectum iter tenent. Quo in numero vos quoque eſtis, vocati ſancti, populus eximius, regale ſacerdotium, funiculus Domini fortiſſimus, à gutta fluuius integer, à ſcintilla flamma ſublimis, & in cælum tendens, à ſinapis grano arbor, auium requies. Hos vobis largimur, cari paſtores & collegæ; hos offerimus; his amicos noſtros & hoſpites, ac peregrinationis ſocios excipimus. His nihil pulchrius & illuſtrius habebamus, quod vobis offerremus, cum id quod in bonis noſtris præſtantiſſimum eſt, exquiſijſſemus: vt intelligatis, nos, licet externos ac peregrinos, inopia tamen minime laborare; verum pauperes quidem eſſe, ſed multos locupletare. Quæ ſi parua, nulloq. in pretio habenda ſunt, lubens ſane audierim, quænam maiora ſint, atque amplioris pretij. Etenim ſi ciuitatem orbis oculum, terra mariq. potentiſſimam, Orientalis atque Occiduæ oræ velut nodum & vinculum; ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & à qua, velut à communi fidei emporio incipiunt; ſi hanc, inquam, ciuitatẽ ſalutifera doctrina fulciſſe ac firmaſſe haud magnum atque amplum cenſeri debet, idq. cùm tot linguis omni ex parte agitaretur; quo tandem modo quidquam aliud magnum, ac ſtudio dignũ videri queat? Si autem præclarum ac laudabile, exiſtimandum eſt (liceat mihi quoque per vos nonnihil hoc nomine gloriari,) aliquam ipſi quoque partem his quę videtis, contulimus. Tolle per circuitum oculos tuos, & vide quiſquis es qui doctrinæ noſtræ cenſuram facis: vide textam hanc gloriæ coronam pro mercenarijs Ephraim, & corona contumeliæ. vide presbyterorum concilium, canicie & prudentia ornatum, diaconorum modeſtiam, non procul ab eodem ſpiritu remotorum, lectorum concinnitatem, plebis diſcendi ſtudium, tam in viris, quàm in feminis, virtutis honore paribus: ac rurſus virorum tam in philoſophis, quàm in ſimplicioribus, omnibus diuinarum rerum ſapientia præditis, tam in præfectis, quàm in ſubditis, hic videlicet omnibus recte ſubiectis, tam in militibus, quàm in nobilibus, ac ſtudioſis & litteratis, omnibus Dei militibus, cetera quidem placidis & manſuetis, pro ſpiritu autem bellicoſis; omnibus ſupernum ſenatum honore afficientibus (ad quem non humilis & abiecta littera, ſed viuificans ſpiritus aditum aperit) omnibus vere doctis & eruditis, ac veri Verbi cultoribus; tum etiam in feminis, tam quæ in matrimonij iugo Deo magis quàm carni adſtrictę ſunt, quàm quæ nuptiarum expertes & liberæ Deo ſua omnia conſecrarunt; ac denique tam in iuuenibus, quàm in ſenibus; quorum alteri ad ſenectutẽ præclare contendunt, alteri immortalitatem per vim ſibi comparant, vt qui per meliores ſpes renouẽtur. Huius coronæ textoribus (quod loquor, non ſecundum Dominum loquor, ſed tamen loquar)

Eſai.28.a. 1.Cor.3.

2.Cor.3.b. 6.

quar) non nihil ipſe quoque adiumenti attuli. Horum quiſpiam, ſermonum quoque noſtrorum opus eſt, non eorum quos proiecimus, ſed quos amore complexi ſumus; nec meretriciorum (vt quidam nos proſcindens dixit, homo & ſermonibus & moribus meretricijs) verum admodum etiam grauium & pudicorum. Horum quiſpiam mei quoque ſpiritus fœtus ac fructus eſt, quemadmodum ſpiritus eos, qui animum à corpore abduxerunt, gignere conſueuit. Huius rei non dubito, quin cãdidiſſimos & æquiſſimos quoſque veſtrum teſtes habiturus ſim, aut etiam omnes: quandoquidem omnes laborauimus. Ac nauatæ operæ merces, ſola confeſſio eſt. non enim aliud quidquam quærimus, aut quæſiuimus. Virtutem enim non mercenariam eſſe oportet, vt virtus maneat, nihil ſibi præter bonum ipſum & honeſtum proponens. Vultis iuuenilius aliquid adijciamus? Videtis aduerſarias linguas miteſcentes, atque eos qui diuinitati bellum indixerunt, nihil iam turbarum nobis faceſſentes? Id quoque ſpiritus, id quoque agriculturæ noſtræ eſt. Non enim imperite docemus, nec aduerſarios contumelijs & conuicijs inceſſimus, quemadmodum plærique faciũt, non cum ſermone, ſed cum loquente confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum obtegentes, non aliter ac ſepias atramentum ante ſe vomere aiunt, vt piſcatores effugiant, aut latendo aliquid ipſæ capiant. Verũ nos pro Chriſto bellum gerere, hoc argumento planum facimus, quòd ſecundum Chriſtum, qui mitis ac pacatus eſt, atque infirmitates noſtras portauit, dimicamus. nec in veræ doctrinæ detrimentum paci ſtudemus, non nihil de animorum contentione remittentes, vt facilitatis ac manſuetudinis famam colligamus (non enim quod bonum eſt, male aucupamur) & rurſum pacem colimus, legitime pugnantes, atque intra limites noſtros, ſpiritusq. regulam noſmet continentes. Ac de his quidem ita ſentio, cunctisq. animarum diſpenſatoribus, rectæq. doctrinæ arbitris legem ſtatuo; vt nec per duritiam hominum animos exaſperẽt, nec per ſubmiſſionẽ elatos & inſolentes efficiant; ſed prudenter & conſulte in fidei cauſa ſe gerant, nec in alterutro horum mediocritatem excedãt. Sed iam fortaſſe operæpretium eſt ipſius quoque fidei doctrinam, quæcunque tandem illa apud nos eſt, cupientibus vobis indicare. nam & ipſe per commemorationis aſſiduitatem ſanctitate afficiar, & populus hic vtilitatem conſequetur, ex huiuſmodi ſermonibus, ſi qua alia in re, mirificam voluptatem capiens; & vos denique agnoſcetis, an non fruſtra nobis inuideatur, dum ob veritatis manifeſtationem aliorum ſtudia æquamus, aliorum etiam anteuertimus. Quemadmodũ enim ſubterraneæ aquæ, partim in imo prorſus occultantur, partim in anguſtias redactæ ebulliunt, atque eruptionem iam iam quidem auribus pollicentur, ceterum adhuc morantur; partim denique in altum erumpunt: ad eumdem modum, eorum qui de Deo philoſophantur (vt eos qui omnino improbi ac perfidi ſunt, miſſos faciam) alij abditam omnino atque occultam ſibi ipſis pietatem habent: alij à partus doloribus non longe abſunt; ij nimirum, qui impietatem quidem fugiunt, ſed pietatem libero atque intrepido animo minime prædicant; ſiue conſilio quodam

Eſai. 53. a. 1. Petr. 2.

λήσω δὲ ὅμως, καὶ γὰρ κἀγὼ τι συνεβαλλόμην τῇ ἀλήθειᾳ. τούτων τις, καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἔργον, οὐχ οὓς ἐρρίψαμεν, ἀλλ' οὓς ἠγαπήσαμεν· οὐδὲ τῶν πορνικῶν, ὥς τις ἔφη δεινῶν ἡμᾶς, τῶν πόρνων & λόγων καὶ τρόπων, ἀλλὰ καὶ λίαν ζωφρόνων. τούτων τις καὶ τοῦ ἐμοῦ πυθμένος γόνιμα καὶ κάρπιμα, ὡς γυναῖκα οἶδε τέκνα τοὺς ἐπανισταμένους ζώματος. μαρτυρήσουσιν, & οἶδ' ὅτι, καὶ ὑμῶν οἱ ἀγνώμονες, ἢ καὶ πάντες, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐλωφρήσαμεν, καὶ μισθὸς ἡ ὁμολογία μόνη, οὐ γὰρ ἄλλοτι ἐζητοῦμεν ἢ ἐζητήσαμεν. ἄμισθος γὰρ ἡ ἀρετὴ, ἵνα καὶ ἀρετὴ μείνῃ, πρὸς τὸ καλὸν μόνον βλέπουσα. βούλεσθε προσθῶμέν τι καὶ νεανικώτερον; ὁρᾶτε τὰς ἐναντίας γλώσσας ἡμερουμένας, καὶ τοὺς θεότητι πολεμοῦντας, ἡμῖν ἡσυχάζοντας; καὶ τοῦτο τοῦ πυθμένος, καὶ τοῦτο τῆς γεωργίας τῆς ἡμετέρας. οὐ γὰρ ἀπαιδεύτως παιδεύομεν, οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βάλλομεν, ὅπερ πράττουσιν οἱ πολλοὶ, μὴ τῷ λόγῳ μαχόμενοι, ταῖς δὲ λέξεσι, καὶ τὸ ἀσθενέστατον ἐστιν ὅτι τῶν λοιδορημάτων ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες, ὥσπερ τὰς σηπίας λόγος, ἡμῖν τὸ μέλαν περὶ ἑαυτῶν, ἵνα τοὺς θηρεύοντας διαφύγωσιν, ἢ τῷ λανθάνειν θηρεύσωσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν χειρὸς πολεμῶν δείκνυμεν ἐν τῷ μάχεσθαι κατ' χεῖρα τὸν εἰρωνικόν τι καὶ πρᾶον, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσαντα, οὗτι εἰρωνεύομεν, κατὰ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ὑφιέντες τι, διὰ δόξαν ἀπαιδευσίας. οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν θηρεύομεν, καὶ εἰρωνεύομεν ἐνόμως μαχόμενοι, καὶ ἐσμὸν τῶν ἡμετέρων ὅρων καὶ κανόνων τοῦ πυθμένος. ὧδε μὲν οὖν περὶ τούτων οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι πᾶσι τοῖς ψυχῶν οἰκονόμοις, καὶ τοῦ λόγου ταμίαις· μή τι τῷ σκληρῷ τραχύνειν, μή τι τῷ ὑποτεταλμένῳ καταπίπτειν, ἀλλ' ἁλόγους εἶναι ὧδε τὸν λόγον, μηδ' ὑπερῴ τὸ μέτριον ὑπερβαίνοντας. εἰ δὲ ἴσως πεφύσιν ὑμῖν, καὶ τὸν τῆς πίστεως αὐτῆς ἐπιδείξασθαι λόγον, ἤ τίς ποτ' ἐστὶν ἡ καθ' ἡμᾶς· ἐγώ τι γὰρ ἀναπαύσομαι τῷ συνεχεῖ τῆς μνήμης, ὅ, τι λαὸς οὗτος ὑπήκοος, χαίρων, εἴπερ ἄλλῳ τινὶ, τοῖς τοιούτοις λόγοις, καὶ ὑμεῖς ἐπιγνώσεσθε, εἰ μὴ μάτην φθονοῦμεθα, τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας, τοῖς μὲν ἀμελλώμενοι, τοὺς δὲ φθάνοντες. ὥσπερ γὰρ τῶν βρυχίων ὑδάτων, τὰ μὲν ἐν βάθει κρύπτεται παντελῶς, τὰ δὲ παφλάζει στενοχωρούμενα, καὶ τὴν ἔκρηξιν ὑποσχνεῖται μὲν τοῖς ἀκροωμένοις, μέλλει δὲ ἔτι, τὰ δὲ ἐκραγέντα· οὕτω δὴ τῶν φιλοσοφούντων θεόθεν φασὶ, ἵνα μὴ λέγω τοὺς παντελῶς ἀγνώμονας, οἱ μὲν πάντη κρύφιον καὶ λανθάνουσαν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν, οἱ δὲ τὰ ὠδῖνος ἐγγὺς, ὅσοι τὸ μὲν ἀσεβὲς φεύγουσι, τὸ δὲ εὐσεβὲς οὐ παῤῥησιάζονται, εἴ τι οἰκονομίας ἕνεκα

λνὶ χρώμενοι τῷ λόγῳ, εἴ τι δουλίας πρὸς πάν-
καταδύονται. ἀλλὰ τὴν μὲν Δόξαν ὑγιαίνουσιν,
ἃς φασι, τὸν λαὸν δὲ οὐχ ὑγιάζουσιν, ὥσπερ ἑαυ-
τῶν, οὕτε ἄλλων προνοίαν ἐγκεχειρισμένοι· οἱ δὲ
καὶ θησαυρὸν τὸν ζηταυρὸν, οὐ φέροντες τὸν ὠδῖνα
τῆς εὐσεβείας, οὐδὲ τὸ μόνον ζωῆς ἀσπασίαν νο-
μίζοντες, εἰ μὴ καὶ ἄλλοις τὸ καλὸν ἐπεκβλύσαι,
μεθ' ὧν ἐγὼ καταλοίμην, ἢ εἴ τινες μετ' ἐμοῦ τῷ κα-
λῷ πάλαι τολμῶντες, ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν. ἐν
μὲν οὖν, καὶ σπουδαῖον προσκαμμα τοῦ καθ' ἡμᾶς
λόγου, καὶ οἷον ἐπιγραφὴ τις πᾶσι γνώριμος, ὁ
λαὸς οὗτος, γήσιος ὢν τῆς τριάδος προσκυνητὴς, ὡς
θᾶττον αὐτὸν ἀφαιρεθήναι τῆς ζωῆς ταύτης, ἢ τι
τῶν τριῶν ἐν ἀφαιρεθῆναι τῆς θεότητος· σύμφρονες,
ὁμόζηλοι, ἑνὶ λόγῳ, πρός τε ἀλλήλους, καὶ πρὸς
ἡμᾶς, καὶ τὴν τριάδα κεκτημένοι· * τὸ ἓν καθ' ἑ-
καστον, ἵν' ἐπιλθω σαφέστερον, ἀΐδιον, καὶ ἀρχὴν, καὶ
τὸ μὴ τῆς ἀρχῆς, ἓν θεός. οὔτε τὸ ἀναίδιον τὸ ἀΐδι-
ον Φύσις, ἢ τὸ ἀθάνατον. οὐδεμία γὰρ Φύσις, ὅτι μὴ
τόδε ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι, τόδε. ἡ τοῦ ὄντος θέσις, οὐχὶ τοῦ μὴ
ὄντος ἀναίρεσις. * οὔτε ἡ ἀρχὴ τῷ ἀρχὴ εἶναι, ἢ ἀ-
ναίδιον διαφέρειν. οὐ γὰρ Φύσις αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ὥσπερ
οὐκ ἐκείνῳ τὸ ἀνάρχου. περὶ γὰρ τὸν Φύσιν, οὐ πῶτα
Φύσις· καὶ τὸ μὴ τοῦ ἀναίδιον καὶ τῆς ἀρχῆς, οὐκ
ἄλλο τι, ἢ ὅπερ ἐκεῖνα. ἀνόμασι δὲ, τῷ μὲν ἀναίδιον,
πατὴρ, τῷ δὲ ἀρχὴ, υἱὸς, τῷ δὲ μὴ τῆς ἀρχῆς,
πνεῦμα ἅγιον· Φύσις δὲ πᾶς τρισὶ μία, θεός. ἑνώσις
δὲ, ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀναφέρεται τὰ ἐξῆς, οὐχ
ὡς συναληθεύοντα, ἀλλ' ὡς ἐχόντων μήτε χρόνου διαφέ-
ροντος, μή τι βουλήματος, μή τι δυνάμεως· πᾶσι γὰρ
ἡμῖν πολλὰ εἶναι πεποίηκεν, αὐτά τε ἑκάστου πρὸς
ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ ἕτερον σχετίζοντος. οἷς δὲ ἁπλῆ
ἡ Φύσις, καὶ τὸ εἶναι ταὐτὸν, τύπος καὶ τὸ ἐν κύριον.
πᾶς μὲν οὖν Φιλονεικίας ὅπη ἥκιστα μεζαλίσας τοῦ
λόγου, καὶ αὐτοσκώπτης, χαίρειν ἐάσωμεν· οὔτε τῷ
ἑνὶ συβελλίζοντες τῶν τριῶν, καὶ συναιρέσει κακῇ
τὸν διαίρεσιν λύοντες· οὔτε τοῖς τρισὶν ἀριθμίζοντες
τοῦ ἑνὸς, καὶ συνεῤῥᾳ διαιρέσῃ τὸ ἓν ἀναιρέσαντες,
οὐ γὰρ κακῷ κακὸν ἀλλάξασθαι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ
τοῦ καλοῦ τὸ μὴ διαμαρτεῖν. ὡς τοῦτό γε τοῦ πο-
νηροῦ παίγνια, κακῶς τὰ ἡμέτερα βαλαντοῦντος.
αὐτοὶ δὲ τῷ μέσῳ βαδίζοντες καὶ βασιλικῷ,
ἐν ᾧ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἔσχατον, ὡς δοκεῖ τοῖς πᾶσι
δεινοῖς, πορδόμεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα
ἅγιον, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμοδόξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βά-
πτισμα τὴν πλείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγ-
μασιν, οἷδας ὁ μυηθεὶς, ἄρνησις ὧν ἀθεΐας, καὶ ὁμο-
λογία θεότητος, καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα· τὸ μὲν
ἓν, τῇ οὐσίᾳ γνωσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς θεο-
πρεπείας, τὰ δὲ τρία τῆς ὑποστάσεων εἴτ' οὖν

πρε-

dam ac diſpenſatione in fidei doctrina vtentes, A
ſiue ob metum atque ignauiam eò confugientes;
verum & mente quidem & ſententia ſani ſunt, vt
affirmant, ceterum plebis ſanitati minime con-
ſulunt; perinde atque ipſi ſeſe, non item alios ſuæ *Eccli. 17.*
curæ ac fidei commiſſos habeant: alij vero the- *b.12.*
ſaurum quoque in medium proferunt, pietatis
fœtum, parturientium inſtar retinere nequeun-
tes, nec quòd ſoli ipſi ſalutem conſequantur, ſalu-
tem exiſtimãtes, niſi in alios quoque bonum hoc
redundet. Quo in numero vtinam ipſe collocer,
ac ſi qui mecum laudabili audacia prædíti, piam
doctrinam profiteri non verentur. Atque vnum B
quidem, idq. breue, doctrinæ noſtræ argumẽtum,
ac velut in columna inſculptum, omnibusq. no-
tum, eſt hic populus, adeo verus ac ſincerus Tri-
nitatis adorator, vt ab hac potius vita diuelli ſe
paſſurus ſit, quàm vt trium aliquid à diuinitate
diſiungat: eadem omnes fidei ſententia prædíti,
eodem zelo flagrantes, vna & eadem fidei doctri-
na & inter ſe, & nobiſcum, & cum Trinitate con-
iuncti atque connexi. Vt autem breui ſingula
percurrã, quod principij expers eſt, & principiũ,
& id quod cum principio eſt, vnus eſt Deus. Nec
vero principio carere, eius quod principio ca- C
ret, natura eſt; aut etiam ingenitum eſſe (nullius
enim rei natura ex eo declaratur, quòd dica-
mus quid non ſit, ſed quid ſit. eſt enim eius, quod
eſt, poſitio; non autem eius, quod non eſt, ſubla-
tio:) nec principium eo quòd principium eſt, ab
eo quod principio caret, dirimitur. non enim
principium ipſi natura eſt, quemadmodum nec
illi quòd principij expers ſit. circa naturam enim
hæc conſiderantur, non autem natura ipſa ſunt.
Eodem modo id quod cum principij experte, &
cum principio eſt, nihil omnino eſt aliud, quàm
quod illa. Nomen autem principij experti, Pater;
principio, Filius; ei autem, quod cum principio D
eſt, Spiritus ſanctus. vna autem his tribus natu-
ra eſt, Deus. Vnio vero eſt Pater, ex quo, & ad
quem ea quæ deinceps ſequuntur, referuntur: nõ
vt confundantur ac permiſceantur, ſed vt cohæ-
reant; nimirum nec tempore ea ſecernente atque
diſtinguente, nec voluntate, nec potentia. hæc
enim vt nos multa ſimus effecerunt, ſingulis nẽpe
& ſecum & cum alijs diſſidentibus. At quibus &
ſimplex natura, & eadem eſſentia eſt, his proprie
vt vnum dicantur conuenit. Ac contentioſas
quidem & pertinaces fidei in alterutram partem
deflexiones & compenſationes valere ſinamus, E
nec per vnum, Sabellij more, tria conuellentes, &
per nefariã contractionem, diſtinctionem tollen-
tes; nec rurſus per tria, Arij inſtar, vnũ oppugnan
tes, ac per improbam diuiſionem, vnum euertẽ-
tes. Neque enim id à nobis quæritur, vt malum
malo permutemus, ſed vt à bono minime aberre-
mus. Nam profecto diaboli ludi hæc ſunt, pernì-
cioſe res noſtras ponderantis. Nos vero media &
regia via incedentes, in qua virtutes quoque, vt *Arist. lib.*
harum peritis placet, ſitæ ſunt, credimus in Patrẽ *2. Eth. c. 6.*
& Filium & Spiritum ſanctũ, eiuſdẽ ſubſtantiæ &
gloriæ. In quibus & baptiſmus ſuã perfectionẽ habet, tam in nominibus, quàm in rebus (ſcis hęc, quiſquis *Matth. 28.*
eo initiatus es) quippe qui impietatis abiuratio, & diuinitatis confeſſio ſit: atque ita perficimur, vnum *c. 19.*
quidẽ quo ad eſſentiam, ac diuiſionis omnis expertẽ adorationem, credẽtes; tria autem quantum ad hy-

postaſes, ſiue perſonas, vt nonnulli malunt. Deſinant enim qui de his inter ſe contendunt, ineptire: perinde ac ſi fidei noſtræ pietas in nominibus, non in rebus conſiſtat. Quid enim dicitis, qui tres hypoſtaſes aſſertis? An hoc eo dicitis, quòd tres eſſentias exiſtimetis? Non eſt apud me dubium, quin aduerſus eos qui ita exiſtimant, ingentem clamorem excitaturi ſitis. Vnam enim & eamdē horum trium eſſentiam profitemini. Quid vos, qui perſonas dicitis, num vnum velut quiddam compoſitum animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Abſit: ipſi quoque inclamabitis, Ne faciem quidem Dei, quæcumque tandem illa eſt, vmquam ille videat qui ita ſentit. Quid igitur, vt interrogare pergam, vobis hypoſtaſes volunt, aut vobis perſonæ? Nimirū tria eſſe, quæ diſtinguantur, non naturis, ſed proprietatibus. Optime. An fieri poteſt, vt quidam magis inter ſe concordent, atque idem dicant, quàm cum ita ſentiunt, tametſi alioqui ſyllabis diſcrepent? Videte qualem vobis pacificatorem me præbeam, à littera ad mentem traducens; quemadmodum ſi quis vetus Teſtamentum & nouum componat & conciliet. Sed eò, vnde digreſſi ſumus, redeundum eſt. Ingenitus quidem, & genitus, & procedens, dicantur ſane & intelligantur, ſi cui nomina fingere libeat. non enim verebimur, ne ea quæ corpore carent, corporeo modo intelligantur; quemadmodum ijs placet, qui deitati calumniam inferunt. At creatura, Dei quidem dicatur (nam id quoque nobis amplum & honorificum eſt) Deus autem nequaquam. Alioqui tum Deum creaturā eſſe admittam, cum ipſe quoque proprie Deus fuero. Sic enim res ſe habet: Si Deus eſt, creatura non eſt. creatura enim nobiſcum eſt, qui dij non ſumus. Si autem creatura eſt, vtique Deus non eſt. temporis enim ratione ortum habuit. quod autem ortum habuit, aliquando non erat. Quod vero eiuſmodi eſt, vt non fuiſſe, eo antiquius ſit; hoc certe proprie non eſt. Quod autem proprie non eſt, quo tandem modo Deus eſſe queat? Ergo nec quidquam horum trium creatura eſt, nec (quod eo eſſet deterius) propter me creatum eſt. alioqui non modo creatura eſſet, ſed etiam nobis abiectior atque contemptior. Nam ſi ego ad Dei gloriam conditus ſum, hoc autem propter me; forceps vtique propter currum efficitur, aut ſerra propter ianuam: ſequitur profecto, vt cauſæ reſpectu ſim ſuperior. Quanto enim Deus rebus creatis eſt ſublimior, tanto id quod mea cauſa creatum eſt, me, qui propter Deum effectus ſum, vilius atque ignobilius eſt. Aduerſus hæc Moabitis quidem & Ammonitis nec aditus ad Eccleſiam Dei pateat, hoc eſt, dialecticis & male curioſis ſermonibus, qui Dei generationem ac proceſſionem, quæ nullis verbis explicari poteſt, inquirentes, aduerſus diuinitatem temere inſurgunt: perinde ſcilicet ac ſi ea, quæ vim omnem & facultatem verborum ſuperant, ab ipſis ſolis percipi poſſe oporteat; vel omnino percipi nō poſſe, quia ipſi ea intellectu aſſequi nequeant. Nos autem Scripturæ diuinæ veſtigijs hęrentes, atque offendicula ea, quę cæcutientibus moleſtiā exhibent, ſubmouētes, ſalutem retinebimus, priusq. in omnē audaciam prorumpemus, quàm vt aduerſus Deum temere atque arroganter aliquid aggrediamur. Et quidem Scripturæ teſtimonia alijs relinquemus, cum à multis iam ſępe litteris mādata, tum

Deut. 23. a. 3.

A προσώπους, ὅ, τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ τούτων ζυγομαχοῦντες ἀφημονήτωσαν, ὡς περὶ ἐνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ὄντι ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατε, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα δ' οἶδ', ὅτι βοήσετε κ' τῶν οὕτως ὑπειληφότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν ὁμολογεῖτε. τὶ δαί, οἱ τὰ πρόσωπα, μὴ ἓν, οἷόν τι σύνθετον, ἀναπλάσετε, καὶ τρισπρόσωπον ἢ πανθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε· καὶ ὑμεῖς αὐτὰ βοήσετε. μηδὲ πρόσωπον ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἴδοι θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί οὖν ὑμῖν αἱ ὑποστάσεις βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; πρεσβεύομαι γὰρ. τὸ τρία εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν. ὑπέρθεσθε. πῶς ἂν μᾶλλον συμφωνοῖεν μᾶλλον, καὶ τὰ αὐτὰ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν τῇ συλλαβῇ διαφέρωσιν; ὑφῶ οἷος ἐγὼ διαλλακτὴς ὑμῖν πρὸς τὸν νοῦν ἄγων ἀπὸ τοῦ γράμματος, ὡς περὶ τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν; ἀλλ' ἐπανίτιόν μοι πάλιν πρὸς τὸν αὐτὸν λόγον. τὸ μὲν οὖν ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, λεγέσθω τε καὶ νοείσθω, εἰ τῷ θεῷ, δημιουργεῖν ὀνόματα. οὐ γὰρ δεισόμεθ', μή ποτε νοῇται ζωμφυϊκῶς τὰ ἀσώματα. ὅπερ δοκεῖ τοῖς ἐπηρεασταῖς τῆς θεότητος. κτίσμα δὲ, θεοῦ μὲν λεγέσθω, μέγα γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο, θεὸς δὲ μηδαμῶς, ἢ τέπι δεξόμεθ κτίσμα εἶναι θεὸν, ὅταν καγὼ γένωμαι κυρίως θεός. ἔχει γὰρ οὕτως· εἰ μὲν θεὸς, οὐ κτίσμα. μεθ' ἡμῶν γὰρ τὸ κτίσμα, τῶν οὐ θεῶν· εἰ κτίσμα δέ, οὐ θεός. ἤρξατο γὰρ χρονικῶς. ὃ δὲ ἤρξατο, ἓν ὅτι οὐκ ἦν. οὐ δὲ πεισθύτερον τὸ οὐκ ἦν, τοῦτο οὐ κυρίως ὄν. τὸ δὲ μὴ κυρίως ὂν, πῶς θεός; εὖτε οὖν κτίσμα τῶν τριῶν, οὐδὲ ἓν. οὔτε ὃ, πούτου χεῖρον, δι' ἐμὲ γενόμενον· ἵνα μὴ κτίσμα.

B

C

D ἢ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἀτιμότερον. εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν εἰς δόξαν θεοῦ, τοῦτο δὲ δι' ἐμέ, ἡ πυρὰξ μὲν τὴν ἅμαξαν, ἢ ὁ πρίων μὲν τὴν θύραν, νικῶ τῇ αἰτίᾳ. ὅσῳ γὰρ κτισμάτων θεὸς ὑψηλότερος, τοσούτῳ πολὺ μᾶλλον θεὸν ὑποστάντος ἐμοῦ, τὸ δι' ἐμὲ γενόμενον, ἀτιμότερον. πρὸς τοῦτο Μοαβίτης μὲν καὶ Ἀμμανίτης, μηδὲ εἰσιτήτων εἰς ἐκκλησίαν ἔτι θεοῦ, λόγοις διαλεκτικοῖς τε καὶ κακοπράγμοσιν· οἱ γένησιν θεοῦ πλυπραγμονοῦντες, καὶ πρόθυρον ἅρπαν, καταξαίσητον τολμηρῶς θεότητος· ὡς δέον, ἢ ἀφικτὰ μένειν εἶναι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς λόγον, ἢ μηδὲ εἶναι, ὅτι μὴ αὐτὰ καταλάφασιν. ἡμεῖς δὲ τῆς θείας γραφῆς ἐπόμενοι, καὶ τὰ ἐγκείμενα σκῶλα τοῖς τυφλώττουσι λύοντες, τὴν ζωτηρίας ἐξόμεθα, πᾶν τολμῶντες πρότερον, ἢ κατὰ θεοῦ τι νεανιεύσασθαι. τὰς μὲν δὴ μάστευε, ἄλλοις παρέσομεν· πολλοῖς τε λογογραφήσαμεν ἤδη πλάκας, καὶ ἡμῖν οὐ περίεργως, καὶ ἅμαλίαν

E

ta, tum

λίαν αἰσχρὸν ἐμοὶ γοῦν, νῦν τὰς πίστεις συλλέγειν τῶν A
πάλαι πεπραγμένων. πόσις γὰρ ἂν εἴη, διδάσκειν
πρότερον, εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅπου τὰ θεῖα καὶ τηλι-
καῦτα τὸ μέγεθος, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλοτι τῶν μικρῶν καὶ
leſtinus dedit, manifeſto declarat, quanta cum eius voluntate, aut voluptate potius ad eam Synodum celebrandam conuentum fuerit. Non immerito igitur Firmus [a] Cæſareæ Cappadociæ, & Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopi palam in Epheſina Synodo Legatis Apoſtolicis profitentur, ipſam Synodum ſecutam id quod præſcripſerat Cæleſtinus, eiusq. auctoritate compulſam de Neſtorij dogmate & abdicatione exercuiſſe iudicium.

[a] Act. 2. in fin.

His expoſitis planum fit, Orientalibus Epiſcopis ſatis perſpectum compertumq. fuiſſe, iuſſiſſe Cæleſtinum, vt quod ipſe de Neſtorio decreuerat, id rurſus ipſi ſancirent & exequerentur in Synodo. Verum quoniam plurima, quæ ad Synodum tam auſpicandam, quàm ad optatos exitus promouendam pertinebant, vix perfici poterant ſine Imperatoris auctoritate; quocirca moris erat his in rebus Imperatoriæ maieſtatis implorare præſidium; ideo [b] Cyrillus Iuuenalem Hieroſolymorum epiſcopum monet, ſerio cum Imperatore agendum eſſe, vt ad Neſtorianos fluctus, quibus agitabatur orbis terrarum, ſedandos ſuam opem poteſtatemq. conferret. Scribit & [γ] Conſtantinopolitanis, qui cum ipſo ſentiebant, ſi Neſtorius amicorum monitis non acquieſcat, rem ad Concilij tribunal oportere deduci. Quibus litteris, & quotidianis, quibus à Neſtorio vexabantur iniurijs, commoti Baſilius diaconus & vniuerſus monachorũ ordo, qui degebant Conſtantinopoli, enixe Theodoſio [δ] ſupplicarunt, vt ad reſtituendum eccleſiarum, quas Neſtorius diſcindebat, nexum & pacem, ad Synodum Epiſcopos conuocaret. Quibus rebus adductus Imperator Theodoſius, ipſomet XIII. & Valentiniano III. Coſs. xiij. Kal. Decemb. per litteras Cyrillo [ε] ceterisq. Metropolitanis generale Concilium, ad ſequentis anni Pentecoſten Epheſi celebrandum denuntiat.

[b] Par. 1. cap. 24.
[γ] Par. 1. cap. 12.
[δ] Par. 1. cap. 29.
[ε] Par. 1. c. 30. & 31.

Eò ſtatim poſt Paſchales feriæ conuolat Neſtorius, magna populi frequentia ſtipatus. Paulo poſt, cum inſtaret ſolemnitas Pentecoſtes, adfuit & Cyrillus cultu apparatuq. [ζ] pontificio, quippe Cæleſtini iuſſu, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate Synodo præfuturus. Quarto poſt Pentecoſten die Iuuenalis [η] Hieroſolymorum epiſcopus aduenit cum Epiſcopis Paleſtinis. Capreolus [θ] vero Carthaginienſis epiſcopus Beſulam diaconum miſit, qui Synodum doceret, ob Vuandalicam feritatem ac barbariem, quæ tota graſſabatur Africa, Africanis Epiſcopis integrum non fuiſſe vt Epheſum proficiſcerentur: Auguſtinum autem Hipponenſem epiſcopum, priuſquam Imperatoris epiſtolam, qua vocabatur ad Synodum, accepiſſet, è viuis exceſſiſſe: quare non eſſe quòd Antiſtites vlli expectarentur ex Africa. Solum itaque opperiebantur Ioannem Antiochenum cum eius Epiſcopis: qui non ob internalla locorum, ſed vt Neſtorio (id enim ipſa Epheſina [ι] Synodus ſcripſit Cæleſtino) morem gereret, pluſquam hebdomadas duas vltra conditam diem moratus, tandem per duos Metropolitanos ſuos, Apameenſem & Hierapolitanum Epheſinis patribus ſignificauit, non eſſe diutius expectandum ipſum, nec Synodum differendam.

[ζ] Balſam. tit. 8. c. 1. Niceph. lib. 14. c. 34.
[η] Liberat. cap. 5.
[θ] Act. 1. circa med. in epiſt. Capreoli ad Synodum.
[ι] Act. 5. aliquanto poſt princ.

Quapropter cum ea cunctatio eſſet Epiſcopis, qui ducenti & [κ] eo amplius iam conuenerant, moleſtiſſima, quòd alij ſumptuum premerentur inopia, alij grauibus ac periculoſis morbis conflictarentur, alij interpretarentur tantam moram contumelia & contemptu Synodi non carere; magna conſenſione decreuerunt Synodum auſpicari, idq. in ede B. Mariæ, decimo Kalendas [λ] Iulias, Baſſo & Antiocho Coſs. cum iam Epheſum adueniſſent illuſtres Comites [μ] duo, Irenæus & Candidianus, nihil ſane de Fidei cauſis cognituri; ſed Irenæus quidem amicitia tantum ſtudio Neſtorium ſecutus, nulla publica poteſtate; Candidianus autem cum Theodoſij mandatis, vt Synodi tuendæ promouendæq. ſollicitudinem curamq. pro imperio ſuſtineret. Itaque perlectis in Concilio Auguſtalibus litteris, quibus ad Synodum Epiſcopos inuitauerat, antequam diſceptationis initium fieret, Neſtorium, qui ſcelerum conſcientia perterritus in medium prodire auſus non fuerat, accerſendum curarunt, vt in Synodo ſacrilegia, quorum poſtulabatur, audiret, coramq. dilueret. Abnuit [ν] accerſitus, ſpretoq. Concilij iuſſu omnem diſputationem, conteſtataq. litem in Ioannis [ξ] Epiſcopi extrahebat aduentum. Poſtera die ſecundo [ο] ac tertio mittuntur Epiſcopi, qui illum Synodi nomine conuenirent: totam opperiuntur diem pro foribus, nihil præter conuicia reportant: ſed & à ſatellitibus, qui Neſtorianam domum cinxerant, petulanter accepti pulſatiq. diſcedunt.

[κ] Act. 1. poſt med. & Act. 5. paulo poſt princ.
[λ] Vinc. Lirinen. cap. 42.
[μ] Par. 1. cap. 24.
[ν] Act. 1. paulo poſt princ.
[ξ] Socr. lib. 7. c. 33.
[ο] Act. 1. non longe à princ.

Fruſtra tentatis [π] omnibus, quæ inſanienti Neſtorio mederi potuiſſent, itum eſt ad ſynodicam cauſæ diiudicationem. Itaque publice pronuntiantur Nicænæ fidei Symbolum, & Cyrilli ad Neſtorium, & Neſtorij ad Cyrillum littera: tum conciones, epiſtolæ, libelli ac tractatus Neſtorij: quæ omnia à Nicæna fide, ſanctorumq. Patrum ſententijs, quæ tunc quamplurimæ prolatæ ſunt in medium, abhorrere iudicata ſunt: poſtremo producti nonnulli viri graues, qui de Neſtorij

[π] Ibidem.

aduerſus Chriſtum ac Deiparam Virginem blaſphemijs teſtimonium dixere. Quibus omnibus graniter & accurate perpenſis, ab epiſcopatu, ſacerdotumq. conſortio Neſtorius deijcitur conſtantiſſima totius Synodi [a] ſententia, Epiſcoporum omnium ſubſcriptionibus munita; quam ſtatim ſolemni pompa præcones tota vrbe circumtulere; nec voce tantum, ſed affixis etiam publice ſyngraphis promulgarunt. Quin & [c] populus, qui ab ortu ſolis ad veſperam Synodi iudicium expectauerat auide, incredibili gratulatione perfuſus, collucentibus tædis ac funalibus domum deduxit Epiſcopos; præcedentibus thura & odores incendit; impijq. hominis condemnationem acclamatione ac plauſu fauſtiſſimo celebrauit. Perſcriptum [7] eſt continuo quidquid actum geſtumq. fuerat, Imperatori: qua Synodi littera, licet eas intercipere terra mariq. conaretur Candidianus Comes Neſtorio obſequens, perlatæ tamen ſunt. Quod vbi cognouit beatus [8] Dalmatius, admirabili vir ſanctitate, diuina vocis admonitu egreſſus monaſterium, in quo totos quadraginta octo annos ab omni hominum conſuetudine ſemotus delituerat, longo Archimandritarum, monachorumq. ordine inter gratulantium cantus & pſalmos ad palatium contendit, vt quid in ſacroſancta Synodo decretum eſſet, ab Imperatore perdiſceret. Accurrerunt etiam anachoretæ cum facibus & hymnis, magnaq. populi frequentia. Quibus omnibus audientibus Epheſiorum Patrum litteræ in S. Mocij baſilica perlectæ ſunt, ſingulari omnium voluptate, conclamante populo, Anathema Neſtorio.

[a] Act. 1. circa med.
[c] Ibidem.
[7] Ibidem.
[8] Ibid. paulo poſt.

[e] Act. 2. in fin. Hanc Neſtorij condemnationem Apoſtolicæ Sedis [e] Legati, qui poſt latam ſententiam aduenere, cum acta Synodi recognouiſſent diligenter, ſuo etiam ſuffragio & chirographo munierunt. At vero Ioannes [ζ] Antiochenus, qui cum Epiſcopis ſuis, poſt damnatum eumdem Neſtorium, ante Legatorum aduentum Epheſum acceſſerat, Candidiani [u] Comitis ſuaſu doloq. deceptus, indigniſſime ſe ferre palam profeſſus eſt, non habita abſentis ratione, ſeq. inconſulto damnatum Neſtorium, & Cyrilli anathematiſmos, de quibus perperam ſentiebat, omnium ſententijs fuiſſe approbatos. Itaque velut vlturus iniuriam, ſeceſſione facta, coniunctisq. cum Neſtorio viribus, quoddam ſeorſim conciliabulum, cui & œcumenicæ Synodi nomen arrogabat, coegit ex [θ] triginta circiter Epiſcopis, ſeu potius perditiſſima atque infima Epiſcoporum fece; quippe quorum alij exterres erant ac vagi; alios grauibus de cauſis ipſorum Metropolitani abdicarant epiſcopatu; alios ob hæreſes ſuis è finibus eiecerant Theſſali; alij demum Pelagij errores ſequebantur. Hac hominum collunie fretus Ioannes, primum Theodoreti Cyrenſis opera duodecim [ι] Cyrilli anathematiſmos ſeu capita confutauit: deinde Cyrillo ac Memnoni Epheſino epiſcopo, viris ætate ac morum integritate graniſſimis, falſo ipſos cum Apollinare ſentire obijciens, indicta cauſa epiſcopatum, honorem ac nomen abſtulit: reliquos autem, qui Synodo interfuerant, iniuſte piorum communione priuauit: ſtatimq. ſcripſis imperatori, Cyrillo ac Memnoni epiſcopalem dignitatem legitimis iudicum ſuffragijs ademptam fuiſſe. Quarum rerum indignitate commoti Patres Epheſinæ Synodi, acceptis ſupplicibus [κ] libellis, quos pro ſe Cyrillus ac Memnon obtulerant, trium Epiſcoporum legatione Ioannem monent, vt in Synodum veniat, rationem eorum quæ in Cyrillum, in Memnonem, & reliquos per ſummam iniuriam conſtituerat, redditurus. Hærere Ioannes, auerſari, trepidare: & militum potius corona, quàm cauſa confiſus, abnuit quò iubebatur, accedere. Quocirca ſacroſancta Synodus illum [λ] cum ſocijs, qui peſſime Celeſtinum ac Pelagium olebant, anathemate atque epiſcopatus abdicatione multat: Cyrillum, Memnonem, ac reliquos contra fas ac ius omne damnatos eſſe pronuntiat: Celeſtinumq. per litteras de his omnibus certiorem facit; & Ioannis exauctorationem Apoſtolicæ Sedis reſeruat arbitrio. Verum Theodoſius, Ioannis atque Orientalium deceptus litteris, Neſtorium, Cyrillum, & Memnonem legitime damnatos credidit; ac Ioannem Comitem ad Synodum miſit, qui eoſdem in [μ] cuſtodiam tradi iuſſit. Mirum eſt quantum mœroris calamitas Cyrilli & Memnonis attulerit cùm Conſtantinopolitano Clero, tum ſacroſanctæ Synodo: quæ continuo Epiſcopos [ν] octo Legatos Conſtantinopolim miſit, qui rerum geſtarum omnium ordinem coram exponerent Imperatori. Is vero auditis [ξ] Concilij actis, ea recipit venerabundus: Cyrillum ac Memnonem liberat: exilium [ο] imperat Neſtorio; ac pro eo alium in Conſtantinopolitana ſede [π] iubet ſuffici per Epiſcopos, qui Conſtantinopolim conuenerant. Qui difficilem ſane ingreſſi deliberationem, Maximianum [ρ] denique creant Epiſcopum, notiſſimæ pietatis virum: cuius electionem cum Celeſtinus [σ] à Synodo & Theodoſio per Legatos & litteras accepiſſet, ſumma lætitia comprobauit.

[e] Act. 2. in fin.
[ζ] Euagr. lib. 1. cap. 5.
[u] Act. 1. non longe à fin.
[θ] Act. 4. in princ. & Act. 5. in epiſt. Synodi ad Cæleſtin.
[ι] Act. 1. non longe à fin. & Act. 5. poſt med.
[κ] Act. 4. in prin. & Liberat. cap. 6.
[λ] Act. 5. in epiſt. Synodi ad Cæleſtin.
[μ] Act. 5. in epiſt. Ioan. Comitis.
[ν] Act. 5. prope fin. in relat. Synodi ad Impp.
[ξ] Liberat. cap. 6.
[ο] Euagr. lib. 1. cap. 7.
[π] Liberat. cap. 7.
[ρ] Socrat. lib. 7. c. 34. Liberat. c. 7.
[σ] Par. 3. cap. 17. & ſeqq.

Verum quia Ioannes ſimultatem, quam cum Cyrillo exercuerat Epheſi, nondum abiecerat animo, Antiochena & Alexandrina eccleſia ſuos Antiſtites ſecuta inter ſe vehementer diſſidebant,

bant,non ſine magno piorum dolore,offenſione populorum, & Neſtorianorum voluptate; idq. ſeto pene triennio poſt ſolutam Synodum: latiusq. manaſſet hoc malum,niſi Imperatoris ſingulari vigilantia,incenſoq. recta Fidei ſtudio repreſſum fuiſſet. Quare per Ariſtolaum [a]Tribunum ac notarium religioſiſſimis monitis ac ſeueriſſimo iuſſu Ioannem adegit,vt poſitis diſſidijs reconciliaretur Cyrillo, & acta Epheſina Synodi ſua ſuarumq. ſubſcriptionibus comprobaret. Cuius rei gratia Paulus Emiſenus [c] epiſcopus à Ioanne miſſus Alexãdriam,venit ad Cyrillum,accurateq. recognito Neſtoriana controuerſiæ ſtatu, cum omnia recte atque ordine geſta fuiſſe comperiſſet,Ioannis & Antiochena eccleſiæ nomine,Neſtorij & damnas hereſim,& approbat exactorationem; Maximiani confirmat electionem, duorumq. illuſtrium Antiſtitum & eccleſiarum communionem ac pacem redintegrat. atque horum omnium ratio reddita eſt Xyſto [d] tertio, qui eo tempore,mortuo Celeſtino, Romanam Eccleſiam adminiſtrabat. Neque his contenta pietas Imperatoris,ad maiorem adhuc tam infandæ hereſeos execrationem, Neſtorij nomen Auguſtali lege [e] damnauit;ſanxitque,vt eius ſectatores non Neſtoriani,ſed Simoniani [ζ]nominarentur.Bonorum adhuc publicatione propoſita,à Neſtorij libris ſiue legendis,ſiue habendis,ſiue deſcribendis deterruit vniuerſos. Illum vero deportari iuſſit [n] Oaſim,quæ & Ibis dicitur,oppidum in Libya deſertis: quod cum Nomadum, ſeu Blemmyum incurſione vaſtatum eſſet, dimiſſus à barbaris Neſtorius Thebaidem venit ad ciuitatem Panos: inde migrare iuſſus eſt ad Elephantinam, quæ vltra Thebæorum fines erat: & licet varijs huc illuc exilijs circumactus,nihilo tamen melior in tot ærumnis effectus, in Chriſtum Dominum & Deiparam Virginem, quocumque iret, maledicta vomere non deſinebat. Sed magno diuinæ vltionis oſtento, vermes, qui ex ore [θ] impuri hominis eruperant,blaſphemantis linguam depaſcebantur, donec ad longe graniora ſupplicia migraturus funeſtum diem obijt vel ad terram [ι] eliſus,vel abſumptus [κ] amentia,vel ſpecu terræ [λ] debiſcentis abſorptus.

a Par.3.cap.21.

c Par. 3. cap. 24. & 25.

e Liberat. cap.8.

d Par. 3. cap.37. & 38.

e l.damnato. C. de hæret.
ζ l.67. tit.5. lib. 16. in C. Theod. & l. 3. de ſum. Trin. & fid. cath.

n Euagr.lib.1.cap.7.

θ Euagr. ibid. Cedren. in Theodoſio iun. Niceph.lib.14. cap.36.

ι Euagr.vbi ſ.

κ Theod lib.4.hær. fabul.c.de Neſtorio.

λ Niceph.vbi ſ.

Epheſinum autem Concilium iure optimo inter œcumenicas Synodos legitime indictas approbatasq. numeratum ſemper eſt. Nam primùm fuit Epiſcoporum ex omnibus [μ] regnis conuentu celebratum, & Celeſtini Romani Pontificis auctoritate coactum. Deinde quæ de recta Fide aduerſus Neſtorium ſanxit,ab eodem Celeſtino non approbata modo, ſed præſcripta etiam fuere. Nam poſtquam Cyrilli Neſtoriiq. litteras ac libellos accepit, Romanam Synodum habuit, vt Cyrillus [ρ] & Alexandrini Patres teſtantur in epiſtola ad Neſtorium,& iterum Cyrillus in epiſtola [ξ] ad Ioannem Antiochenum: in qua Synodo (vt ſupra breuiter indicatum eſt) cum Fidei quæſtionem,quæ inter Cyrillum & Neſtorium vertebatur,ad Apoſtolici iudicij normam Celeſtinus exegiſſet,aduerſus impium Neſtorij dogma,vt Eccleſia, Apoſtolicis traditionibus, diuinisq. Scripturis aduerſum,pontificiam tulit ſententiam, quam Cyrillo mandauit exequendam, vt ipſemet Pontifex auctor eſt in epiſtolis ſuis ad eundem [ο] Cyrillum, ad Neſtorium, ad populum clerumq. Conſtantinopolitanum,& ad Ioannem Antiochenum. Id quod etiam Iuuenalis Hieroſolymorum,clarius vero Firmus Ceſarea Cappadociæ epiſcopus tota audiente Synodo affirmat his [π] verbis:Sacra & Apoſtolica Celeſtini ſanctiſſimi ſacratiſſimiq. Sedes litteras,quas pridem ad Cyrillum Alexandrinum, & Iuuenalem Hieroſolymitanum, & Ruſum Theſſalonicenſem, ſanctiſſimos ſacratiſſimosq. Epiſcopos,nec non ad ſanctas Conſtantinopolis & Antiochiæ eccleſias miſit, certam de præſenti negotio ſententiam regulamq. præſcripſit; quam nos proinde ſecuti, forma Canonum diligenter vbique obſeruata, canonicum Apoſtolicumq. iudicium in illum exercuimus.] In epiſtola [ρ] quoque,qua Epheſina Synodus Imperatoribus exponit quæcumque contra Neſtorium geſſerat,ita ſcribit: Huius rei cauſa ipſum à ſacerdotio, peruerſaq. doctrinæ cathedra ſemouimus,canoniceq. exauctorauimus; Celeſtinum ſanctiſſimum,Deoq. dilectiſſimum vrbis Romanæ Epiſcopum dignis præconijs extollentes, qui ante noſtram ſententiam hæretica illius dogmata condemnarat, nosq. in ferenda contra Neſtorium ſententia anteuerterat.] Et iterum in altera ad eoſdem Auguſtos [σ] epiſtola: Nam etſi (inquit) ingens itineris intercapedo vniuerſam illam ſanctorum Epiſcoporum multitudinem ad nos peruenire prohibuerit; attamen illis in locis ſimul coacti, Celeſtino ſanctiſſimo pijſſimoq. Romanæ vrbis Epiſcopo præſente & præſidente noſtram de Fide ſententiam ſummo conſenſu prædicarunt, eosq. qui diuerſa ſentiunt, ab omni prorſus ſacerdotij ſorte graduq. alienos cenſendos eſſe definiuerunt. Et hanc quidem ſuam,ſuorumq. ſententiam, antequam vlla omnino Synodus Epheſi conueniret, Celeſtinus ſanctiſſimus magnæ Romæ Epiſcopus per litteras ſuas indicauerat, Cyrilloq. ſanctiſſimo Deoq. dilectiſſimo Alexandrinorum epiſcopo,vt ſuas hac in parte vices ſubiens, Romæ definita

μ Act. 3. ante med. & Act. 5. in epiſt. Syn.ad Cœleſtin. & alibi.

ρ Par.1.cap.26.

ξ Par.1.cap.21.

ο Par.1. cap.15. 18. & ſeqq.

π Act.2.prope fin.

ρ Act. 1. longe poſt med.

σ Act.3. prope fin.

perficeret,commiserat. Verum his non contentus, eadem hæc alijs demo litteris sacræ Synodo, quam vestra dominatio in Ephesiorum metropoli convenire præcepit, nunc iterum inculcavit. Misit autem hasce litteras per Arcadium & Proiectum sanctissimos Episcopos, & Philippum religiosissimum presbyterum,qui Cælestini sanctissimi Deoq. dilectissimi magnæ urbis Romæ Episcopi personam hic sustinent. Quia ergo viri isti totius Occidentalis Ecclesiæ sententiam nostræ huic Synodo coram per litteras exposuerunt, indiciumq. de fide nostra & pietate,nostro per omnia consonum ediderunt,& eadem omnino tum per litteras, tum per ea quæ in mandatis acceperant (quæ maiorii lucis causa nobis quoque aperuere) quæ nos decreverunt, publiceq. deposuerunt; propterea non potuimus,quod res postulabat,hoc est,illum quem illi nobiscum communem habent Fidei sensum,ad maiestatem vestram non referre.] Id quod etiam manifesto apparet ex ipsius Synodi [a] aduersus Nestorium sententia. Quin & ipsi Apostolicæ Sedis Legati Synodum ingressi, sacrum Patrum consessum affati sunt [β] his verbis: Dudum ante sanctissimus beatissimusq. Pater noster Cælestinus Sedis Apostolicæ Episcopus, ea per epistolam ad Cyrillum pijssimum ecclesiæ Alexandrinæ episcopum de præsenti hac causa & controversia perscripsit, definiuitq. quæ par fuit; quæ littera sacro vestro cœtui haud dubie iam pridem sunt exhibitæ. Idem nunc alios rursum ad corroborandam Fidei catholicæ doctrinam ad vestram pietatem per litteras nos misit. Et paulo post,illos ad Synodum venisse, vt executores [γ] sententiæ contra Nestorium,quam à Cælestino acceperant in mandatis,non modo ipsimet Legati Arcadius, Proiectus & Philippus,sed etiam Cyrillus Alexandrinus Synodo declararunt. Quoniam igitur Pontifex Legatis suis diserte tradiderat quæ per Synodum cuperet definiri, idcirco in epistola ad Ephesinam Synodum [δ] profitetur cum plena se potestate misisse Legatos,qui suo nomine Concilij acta confirmarent; & ad extremum hæc subijcit: Quæ vero decreveritis, ea pro omnium ecclesiarum tranquillitate habeantur definita decretaque.] Tametsi Ephesij Patres, vt veterem Ecclesiæ consuetudinem retinerent, quidquid ab ipsis actum decretumq. fuerat, post modum per synodicam epistolam [ε] exposuere Cælestino,eiusq. arbitrio reservarunt vltimam aduersus Ioannem Antiochenum sententiam: addiderunt etiam, recipere se Romanæ Ecclesiæ decreta aduersus Cælestium & Pelagium,quæ Synodo miserat Cælestinus. His etiam addere possumus,eumdem Cælestinum cum ex Synodi & Theodosij litteris Nestorij depositionem & Maximiani electionem intellexisset,summa illâ lætitia & congratulatione confirmasse. Adhæc Xystus tertius,qui successerat Cælestino,omnia Ephesina Synodi gesta confirmauit,auctore Cyrillo in epistola ad Acacium [ζ] Melitenem episcopum. Generalia demum Concilia,quæ deinceps secuta sunt, præsertim Chalcedonense quartum,quintumq. Constantinopolitanum,approbationem venerationemque,quæ Ephesinam Synodum prosequebantur,varijs actionibus testatissimam reliquere: vt mirum non sit, si eamdem inter illas quattuor B. Gregorius [η] numerarit, quibus vt quattuor Euangelijs honorem censuit deferendum.

a Act. 1. circa med.
β Action. 2 initio.
γ Act. 3. circa med.
δ Action. 2.
ε Action. 5. longe post initium.
ζ Part. 3. cap. 20.
η Lib. 1. epist. 24.

Ο ΠΡΩΤΟΣ ΤΟΜΟΣ Ο ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

PARS PRIMA CONTINENS EA QVAE SYNODVM ANTECESSERVNT.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΟΚΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Κυζίκου, λεχθεῖσα καθεζομένου Νεστορίου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος Μαρία, καὶ ὅτι ἀ τεχθεὶς οὔτε θεὸς γυμνὸς, οὔτε ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλ' Ἐμμανουὴλ συγχυτῶς, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἀσυγχύτως καὶ ἀμεταβλήτως ὑπάρχων.

HOMILIA PROCLI EPISCOPI CYZICI habita sedente Nestorio in magna ecclesia Constantinopolis, in Incarnationem Domini nostri IESV *Christi, quòd Deipara sit beata virgo Maria, & ex ea natus neque Deus tantum, neque purus homo, sed Emmanuel, inconfuse & incommutabiliter Deus & homo.*

Κεφ. α'.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ πανήγυρις ἅμεσον τὴν γλῶτταν, ἀδελφοὶ, κατὰ δίψημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τῆς συνελθούσης ὠφελείας χάριν παρέχεται· καὶ μάλα εἰκότως. ἀγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ χάους τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ πλούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεος, διὰ τὴν ἐν κόρῃ μητέρα καὶ παρθένον· ἐπέφασις αὕτη καὶ ἐξαίσιος ἡ σύνοδος· ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα δορυφορεῖ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν, τὰ νῶτα τῆς ὁλκαίοις χαλκόπλοις ἐφαπλώσασα· ἡ δὲ τὰ ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως ὑποπέμπουσα. σεμνυνέσθω ἡ φύσις, καὶ γυναῖκες ἡμῶν χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, καὶ παρθένοι δοξάζονται. ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερπερισσεύσασεν ἡ χάρις. συνεκάλεσε μὲν ἡμᾶς ἐπὶ τοῦτο ἡ ἁγία καὶ Θεοτόκος παρθένος Μαρία, τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, τὸ ἐξαίσιον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων, ἡ πανήγυρις τοῦ ζωτικοῦ συναλλάγματος, ἡ πηγὴ, ἐν ᾗ ὁ λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα, ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας αὐτὴν πῦρ οὐ κατέκαυσεν, ἡ ἔνυλος νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ χερουβὶμ μὴ ζώμασιν βαστάσασα, ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ προβατεῖον ἐνεδύσατο· ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος καὶ οὐρανὸς, ἡ μόνη γεφύρα πρὸς ἀνθρώπους μείνασα, ὁ φέλικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη τῆς ἑνώσεως χιτών. οὗ πρῶτος μὲν ἦν ὁ πνεύμα τὸ ἅγιον· ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις. ἔκλον δὲ, τὸ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ κώδιον· κερκὶς δὲ, ἡ ἐκ παρθένου ἀμόλυντος σὰρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσηκοόμενος λόγος. τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν,

Ch. 1.

VIRGINEA panegyris, frequensq. ac celebris hic conuentus, fratres, festa hac luce linguam ad laudem prouocat; præsensq. solemnitas, præsenti cœtui vtilitatis rationem optimo iure conciliat. continet enim castimoniæ sanctitatisq. materiam, iustamq. feminei generis gloriationem. neque enim vulgaris muliebri sexui per virginem, & matrem in tempore accessit gloria. Desiderabilis sane, planeq. inaudita est hæc virginis & matris copula. Ecce enim & terra & mare Virginem honorant, & obsequij causa tamquam satellites stipantur; hoc quidem mitia nauigantibus dorsa substernens, illa vero viatorum vestigia inoffense dirigens. Exultet natura; honorantur feminæ: choros humana ducat natura, & carmina cantet; glorificantur virgines. Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia. Sacra Deipara Maria in vnum nos coëgit. Hæc illibatæ virginitatis purus ille thesaurus, decusq. & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami paradisus: hæc vnitarum inter se naturarum officina: hæc salutaris reconciliationis panegyris: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsauit: hæc animatus naturæ rubus, quem diuini partus ignis non combussit: hæc vere leuis illa nubes, quæ super Cherubim sedentem in corpore suo gestauit: hæc vellus mundissimum cælesti pluuia madens, ex quo pastor ouem induit: hæc ancilla est & mater, virgo, & cælum: hæc sola pons est, per quem Deus ad homines descendit: hæc admirandæ illius œconomiæ tela, in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius vnionis tunica confecta est. cuius quidem textor extitit Spiritus sanctus; nenetrix, virtus ex alto obumbrans; lana, vetusta Adami pellis; trama, impolluta Virginis caro; radius textorius, immensa gestantis gratia; artifex, Verbum per auditum illapsum. Quis vidit, quis

Rom. 5. d. 20.

Exod. 3. a

Esai. 19. a.

Iudic. 6 g.

Luc. 1. d. 35.

quis audiuit talia? Incircumſcriptus Deus vterũ inhabitat; quem cæli non capiunt, venter complexus eſt Virginis.

2 Attamen qui ex Virgine naſcitur, nec ſolus Deus eſt, nec purus rurſum homo: idemq. natus, mulierem, quæ peccati quondam ianua extiterat, ſalutis oſtium reddidit. Nam vbi ſerpens per inobedientiam virus ſuum infuderat, ibi Verbum per obedientiam ingreſſum, viuum ſibi templum exædificauit: vnde peccator Cain primus emerſit, inde generis noſtri aſſertor Chriſtus ſine ſemine prodijt. Clemens Deus ex muliere naſci non erubuit. quod enim agebatur, vitabatur. Nullam inde ille contrahit labem, quòd intra viſcera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat. Quòd ſi ea quæ genuit, virgo non permanſit; neque is qui natus eſt, aliud quàm purus homo extitit. atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quòd ſi illa etiam poſt partum virginitatem illæſam retinuit, is citra omnem controuerſiam arcano modo ex ea ortus eſt, quem, cum per clauſas ianuas ingreſſus eſſet, Apoſtolus Thomas in gemina natura ſubſiſtentem agnouit, agnitumq. non abſque ingenti ſtupore huiuſcemodi voce compellauit: Dominus meus, & Deus meus.

Gen. 3.
Gen. 4.
Ioan. 20. d.

3 Ne igitur, ò homo, partum hunc erubeſcendũ cenſeas. Hic enim ſolus ſalutis antidotum nobis attulit. Nam ſi ex muliere natus non eſſet, mortem vtique non oppetiuiſſet. Quòd ſi mortuus non eſſet, neque illum quoque per mortem deſtruxiſſet, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, diabolum. Porro autem, vt architecto nullam maculam aſpergit, ſi domum, quam forte extruxerat, incoluerit: neque lutum figulum inficit, dum vaſculum quod finxerat, ex eo refingit: ita ex vtero virgineo prodijſſe, puriſſimum illud numen nihil quidquam polluit. Quam enim citra vllam ſui labem formauerat, ex hac quoque, nulla macula contracta proceſſit. O venter, in quo communis libertatis ſyngrapha confecta eſt: ò vtere, in quo arma aduerſus mortem fabrefacta ſunt: ò aruũ, ex quo naturæ colonus ſine ſemine exortus eſt: ò templum, in quo Deus naturam non demutans, ſed eum, qui eſt ſacerdos ſecũdum ordinem Melchiſedec, induens, noſtri miſericordia Verbum caro factum eſt, etſi Iudæi Domino id aſſeueranti non credant: Deus hominis formam induit, tametſi Gentes miraculum hoc ſubſannent. Vnde Apoſtolus: Prædicamus Chriſtum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus vero ſtultitiam. quandoquidem myſterij huius vim, vt quod omnem humanam rationem excedat, non cognouerunt. Si enim cognouiſſent, numquam gloriæ Dominum crucifixiſſent. Si verbum vterum non inhabitaſſet, neque caro quoque illius ſacrum illũ thronum occupaſſet. Quod ſi ignominioſum eſt Deo in vterũ, quẽ ipſe formarat, illabi; erit ergo & Angelis quoque probroſũ homini miniſtrare.

Pſal. 109.
1. Cor. 1. a. 23.
2. Cor. 2. b. 8.

4 Qui itaque ſecundum propriam naturam impatibilis eſt, is propter meram erga nos miſericordiam pluribus perpeſſionibus obnoxius factus eſt. Neque Chriſtus per ſuccedentia virtutum incrementa factus eſt Deus, abſit: verum, vt Fides noſtra prædicat, Deus miſericordia permotus, factus eſt homo. Neque hominem rurſum deificatum prædicamus; ſed Deum incarnatum confitemur: ſiqui-

A οὖν, ἐπὶ μήτραν ὁ θεὸς ἀπεριχάρακτος ἦλθεν; καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ ἐσηκόχησεν; Ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη θεὸς οὐ γυμνὸς, καὶ αὐθρωπος οὐ ψιλὸς, καὶ πύλαι ζωτικίας ὁ πηχθεὶς, τὴν πύλαν τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς ἀπειθείας τὸν ἰὸν ἐσήχευεν, ἐκεῖ ὁ λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσῆλθεν, τὸν ναὸν ἑαυτῷ καθιδρύσατο. ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Κάϊν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τοῦ θεοῦ λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. οὐκ ἠχρειώθη ὁ φιλανθρωπος τὴν ἐκ γυναικὸς ὠδῖνα. ζωὴ γὰρ ἐν τῷ πραγματευόμενον· οὐκ ἐμιαίνθη οἰκήσεως μέρος, ἅπερ αὐτὸς ἀμιβεύτως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς αὐθρωπος ὁ πηχθεὶς, καὶ οὐ θεόδοξος ὁ τόκος. εἰ δὲ καὶ μὴ πάντα ἔμεινε παρθένος, ἐκεῖνος ἀφθάστως ἐγεννήθη, ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσῆλθεν, οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀνακεκραγὼς λέγων, ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου. Μὴ ἐπαισχυνθῇς τὴν ὠδῖνα ὦ αὐθρωπε. αὕτη γὰρ ἡμῖν μέγιστος ζωτικίας ἀφορμή. εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτέστι, τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρεις ἀρχιτέκτονι, μᾶναι ἐφ' οἷς φκοδόμησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀνακαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. διὰ καὶ πλείστων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν οὐκ ἐμιάνθη. ὦ γαστὴρ, ἐν ᾗ τὸ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας γραμματεῖον συνετέθη. ὦ κοιλία, ἐν ᾗ τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, ἐν ᾗ ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. ὦ ναὸς, ἐν ᾧ ὁ θεὸς γέγονεν ἱερεύς· οὐ τὴν φύσιν μεταβαλών, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, δι' οἰκτον ἐνδυσάμενος· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κἂν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν ἅπαντι τῷ κυρίῳ· ὁ θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσεν, κἂν οἱ Ἕλληνες χωμῳδῶσι τὸ θαῦμα· διὰ γὰρ τοῦτο, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν ὁ Παῦλος βοᾷ. τοῦ γὰρ μυστηρίου τὴν δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν· ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος σὰρξ ἦν ποτε χαρίεσσα, οὐκ ἂν ἐκαθέσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ ἀγίου θρόνου. εἰ τῷ θεῷ ὕβρεις εἰς μήτραν ἐδόκουν εἰσελθεῖν, ἄρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρεις ἀνθρώπῳ λειτουργεῖν. Ὁ ἐπὶ τῇ φύσιν ἀπαθὴς, γέγονε δι' οἰκτον παθητὸς· οὐκ ἂν σωτὴρ γέγονε θεὸς ὁ Χριστὸς, μὴ θνητὸς, ἀλλὰ δι' οἰκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀπαθῆ κηρύττομεν, ἀλλὰ θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τὴν

Tarquinius Superbus.

Tullia.

Lucius Tarquinius Superbus, qui regnum per scelus invaserat, ut omnia scelerum genera exsequeretur, Tullia, quæ Tarquinii Superbi uxor fuerat, ut ipsa quoque nihil non ausa relinqueret, Tullia, inquam, ubi primum virum regnare, non regem esse, vidit, ad scelus animum adjecit. Nec diu cum viro, quem ad facinus impulerat, gaudio regni fruitur. Nocturno enim tempore, cum ad curiam, ubi Servius Tullius jus dicebat, venisset, et in vestibulo curiæ patris sui cadaver jacere vidisset, ipsa quoque, ut ferunt, patris sanguine aspersa, furiis agitata, ad virum domum revertitur. Ibi, cum primum ei occurrisset, non ante ullum verbum fecit, quam ut eum nomine patris regem appellaret. Quo audito, cum ille, ut ferunt, gaudio exsultaret, ut ipsa quoque regina appellaretur, petiit. Quo audito, cum ille, ut ferunt, gaudio exsultaret, ut ipsa quoque regina appellaretur, petiit. Quo audito, cum ille, ut ferunt, gaudio exsultaret, ut ipsa quoque regina appellaretur, petiit.

ũmquam ſimile, nihil æquale in alio quopiam comperias. Conſidera immenſam illius benignitatem. vltro ad mortem condemnatus, mortem, quæ crucifixoribus debebatur, deſtruxit; occiſorumq. iniquitatem, in ſceleratorum ſalutem conuertit.

7 Poſſe itaque ſaluare, virium puri hominis non erat: nam ipſe quoque ſaluatore egebat, iuxta illud Pauli: Omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria Dei. Quia vero peccatum peccatorem diabolo obſtringebat, obſtrictumq. diabolus in mortem præcipitem agebat, res humanæ in ſummum diſcrimen adductæ cernebantur, nec vlla liberationis ſpes ſeſe offerebat. Quare Prophetæ, qui animarum medici deſtinati fuerant, concionabantur quidem, & incuſabant; verum vbi inflictũ vulnus humana induſtria maius eſſe animaduertebant, cæleſtis medici opem implorabant; & hic quidem aiebat: Inclina cælos, & deſcende: alius, Sana me Domine, & ſanabor. alius, Excita potentiam tuam, & veni ad ſaluandum nos. alius, Numquid vere Deus habitabit inter homines? alius, Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. alius, Heu me, perijt pius à terra, & non eſt inter homines qui æquitati ſtudeat. alius, Deus in adiutorium meum intẽde, Domine ad adiuuandum me feſtina. alius, Adhuc puſillum, & qui venturus eſt veniet, & non tardabit. alius, Erraui ſicut ouis quæ perijt; quære ſeruum tuum Domine ſperantem in te. alius, Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ille igitur, qui ſuapte natura rex eſt, humanam naturam tyrannide oppreſſam non deſpexit, neque permiſit miſericors Deus, vt perpetuo obligata diabolo teneretur: ſed venit ille, qui ſemper præſens adeſt; propriumq. ſanguinem noſtri cauſa in redemptionis pretium profundens, & carnem quam è Virgine ſuſceperat, in commutationem morti dedens, mundum à Legis maledicto redemit, morteq. mortem deſtruxit. Atque huc illud Pauli tendit: Chriſtus, ait, nos redemit de maledicto Legis.

Rom. 3. c. 23.
Pſal. 143. a. 5.
Hier. 17. c.
Pſ. 79. a. 3.
3. Reg. 8. d. 27.
Pſ. 72. b. 8.
Micha. 7. a. 2.
Pſal. 69. a.
Habac. 2. a. 3.
Pſal. 118.
Pſal. 49. a. 4.
Galat. 3. b. 13.

8 Qui itaque nos redemit, ò Iudæe, non purus eſt homo; humana enim natura peccati ſeruituti oppreſſa tenebatur: ſed neque tantum quoque Deus erat humana natura deſtitutus; corpus enim habebat, ò Manichæe. niſi enim me induiſſet, me non ſaluaſſet. verum qui ex Virgine prodijt, ille me condemnationi obnoxium aſſumpſit. Quo fit, vt admiranda quædam commutatio hic interuenerit. dato namque Spiritu accepit carnem; idem cum Virgine, & ex Virgine. Et hic quidem ipſam obumbranit, ille vero ex illa carnem induit. Si alius eſt Chriſtus, & alius item Dei Verbum, iam non Trinitas in diuinis erit, ſed quaternitas. nam & Chriſtus quoque Deitatis expers non eſt. Noli diſpenſationis tunicam deſuper contextam ſcindere: noli diſcipulus eſſe Arij. Ille enim impie eſſentiam ſecat: tu noli diuidere coniunctionem, ne diuidaris à Deo. Sed dic, obſecro; ecquis nam apparuit ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant? homo ne? at quomodo homo in tenebris diuerſans præualuit? nam iuxta Pauli do-

Luc. 1. d.
Zach. 13. a. 7.
Ioan. 19. d. 23.
Luc. 1. b. 79.

ρων· ὧν οὐδὲν ἄλλοι τις αὐτὶ εὑρεῖν ἔστιν, ἢ φιλανθρωπίαν πάντων. ἔρρηξε γὰρ αὐτὸς τὴν φιλανθρωπίαν, ἐκὼν καταδικασθεὶς, τὸν ἐξ ὧν συγγενομένων ἔλυσε θάνατον, καὶ ἀνέτρεψε τὴν τῶν δικαστηρίων ἀνομίαν, εἰς τὴν τῶν ἀνομηθέντων σωτηρίαν. ἀνθρώπου πόνων ψιλοῦ, τὸ ζῶσαι σὺν ἐμοὶ· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ ζῳώσοντος, ἐξ ὧν Παῦλον τὸν λέγοντα· ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπειδὴ οὖν ἡ ἁμαρτία τὸν τοῦτο ἐστὶ δέσμιον τῷ διαβόλῳ ποιοῦσα, ὁ διάβολος τοῦτον τῷ θανάτῳ παρέπεμπε· τοιγαροῦν ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς ποιοῦμεν, καὶ ἐν δεινοῖς ἦν ἡ λύσις τοῦ θανάτου· οἱ πεμφθέντες ἰατροὶ κατηγόρουν. τί οὖν; ὡς εἶδον οἱ προφῆται, μεῖζον τίχνης ἀνθρώπου τὸ τραῦμα, τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐπιβόων ἰατρόν. καὶ ὁ μὲν ἔλεγε, κύριε κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ καταβήθι. ἄλλος, ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἕτερος, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ ζῶσαι ἡμᾶς. ἄλλος, εἰ ὄντως οἰκήσει ὁ θεὸς μετ' ἀνθρώπων; ἄλλος, ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. ἕτερος, οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν ὅλως ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχει. ἄλλος, ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ἄλλος, ὅσον ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἄλλος, ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. ἄλλος, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ σιωπήσεται. οὐ περιδὲ πάντων τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην τυραννουμένην ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων· οὐκ ἀφῆκεν εἰς πλοῦτον εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπόδικον ὁ φιλοικτίρμων θεός. ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ παρὼν, καὶ καταβαλὼν λύτρον τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ, ὃ οὐκ ἐπρῆνεν ἔφθειρε ζῶμα. καὶ ἐξηγόρασεν τὸν κόσμον ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας. καὶ βοᾷ Παῦλος, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου. ὁ τίνων ἀγοράσας ἡμᾶς, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὢν Ιωσήφ. ἡ γὰρ ἀνθρώπων φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ δεδούλωτο· ἀλλ' οὔπω μὴν θεὸς γυμνὸς ἀνθρωπότητος. ζῶμα γὰρ εἶχεν ὁ Μανιχαῖε· εἰ μὴ γὰρ ἐνεδύσατο ἐμὲ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμὲ, ἀλλ' ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου ὁ ἀποφηνάμενος, τὸν καταδίκην ἐνεδύσατο. καὶ ἐπεὶ τὸ φεικτὸν γέγονε πανάλλαγμα· δοὺς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα, ὁ αὐτὸς μὲν τῆς παρθένου, καὶ ἐκ τῆς παρθένου. τὸ μὲν ἐπεσκίασεν, ὁ δὲ ἐπορκώθη ἐξ αὐτῆς· εἷς ἄλλος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄλλος ὁ θεὸς λόγος, οὐκ ἐπ' ἴσης, ἀλλὰ πρεσβύς· μὴ χώρισης τὴν τῆς οἰκονομίας χάριν, τὸν αὐτὸν ὑφαντόν. μὴ μαθητεύθης Ἀρείῳ. ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν, τὴν οὐσίαν τέμνει· σὺ τὴν συναφείαν μὴ μίσει, ἵνα μὴ μισηθῇς ἀπὸ τοῦ θεοῦ. τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; αὐθρώπος; καὶ πῶς; οὐ γὰρ ἐν

„ γὰρ ἐν σκότει ἦμεν; κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα, ὃς ἐρ-
„ ῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους. ἦμεν γὰρ
ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ. τίς οὖν ἐπέφανε; τῷ
„ Δαυὶδ σοὶ διδάσκει, λέγων· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμε-
„ νος ἐν ὀνόματι κυρίου. ἐπὶ φανερῶς ὦ Δαυὶδ, ἀνα-
βόησον τῇ ἰσχύι, καὶ μὴ φείσῃ, ὡς σάλπιγγα ὕψω-
„ σον τὴν φωνήν σου, εἰπὲ τίς οὗτος; κύριος ὁ θεὸς τῶν
δυνάμεων· θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ὁ γὰρ
λόγος σὰρξ ἐγένετο. σωθῆναι αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγ-
χυτος ἔμεινεν ἡ ἕνωσις. ἦλθε ζῶσαι, ἀλλ' ἐχρῆν καὶ
παθεῖν. πῶς γὰρ δυνατὸν ἀπαθὲς ἄνθρωπος ψυ-
χὰς ζῶσαι σὰρξ ἰσχύει· θεὸς γυμνὸς παθεῖν σὰρξ ἠδύ-
νατο· τί οὖν; αὐτὸς ὢν θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γίγονεν ἄν-
θρωπος· καὶ ὁ μὲν ἦν, ἔσωσεν, ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν.
Δι' ὃ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ ἐκκλησία σταυρούμενον αὐτὸν
τῆς ἀκανθίνης τὸν συναγωγὴν, θρόνωδόσαι τὸν
„ πόλεμον ἔλεγε· θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε καὶ
„ ἴδετε τὸν στέφανον, ὃν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ.
αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκάνθινον ἐφόρεσε στέφανον, καὶ τὸν
τῶν ἀκανθῶν ἔλυσεν ὀδυνῶν. ὁ αὐτὸς ἐν κόλποις
πατρὸς, καὶ ἐν μητρὶ παρῆν. ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις
μητρὸς, καὶ ὑπὲρ πτερύγων ἀνέμων. ὁ αὐτὸς ὑπ' ἀγ-
γέλων προσεκυνεῖτο, καὶ τελώναις συνανεκλίνετο.
τὰ σεραφὶμ οὐ προσέβλεπε, ἐ Πιλᾶτος ἠρώτα. ὁ
δοῦλος ἐρράπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἐφρίττεν. ὑπὸ σταυρῷ
ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης σὺν ἡγεμόνι ἦν. ἐν
τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ἀνοτὶ δὲ ἡ-
μῖν. ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, ἐ τὸν ἅιδου ἐσκύλευεν.
ὧδε πλανᾶσθαι ἐνομοθετεῖτο, ἐ ἐκεῖ ἅγιος ἐδοξολογεί-
το. ὦ τοῦ μυστηρίου! βλέπω τὰ θαύματα, ἐ ἀνακη-
ρύττω τὴν θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ σὺν αἱρέσεσι
τὴν ἀνθρωπότητα. ἀλλ' ὁ Ἐμμανουὴλ, φύσεως μὲν
πύλας ἀνέῳξεν ὡς ἄνθρωπος, παρθενίας δὲ κλεῖ-
θρα οὐ διέρρηξεν, ὡς θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας
ἐξῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως ἐτέχθη, ὡς
*ἐφέστως συνελήφθη· ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, ἀφθάρτως ἐξῆλθε,
„ κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ τὸν λέγοντα· ἐπέστρεψέ
„ με ὁ κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῶν ἁγίων τῆς
„ ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατ' ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν
„ κεκλεισμένη· καὶ εἶπε κύριος πρός με, ὁ ἄνθρω-
„ πος, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, οὐκ ἀνοιχθή-
„ σεται· καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ κύριος
„ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος αὐτὸς εἰσελεύσεται κ ἐξελεύ-
„ σεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. ἰδοὺ δεδειγμένη
ἐναργὴς τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας· λυέσθω
τοίνυν ἀπιστία πᾶσα, καὶ τῇ τῶν γραφῶν κατα-
φωτιζώμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν
τύχωμεν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

li doctrinam, de poteſtate tenebrarum nos eripuit: Eramus enim aliquando tenebræ, ſicut ſcriptum eſt. Ecquis ergo ille, qui apparuit nobis? Dauid ad hoc tibi reſponder. Scribit autem: Benedictus qui venit in nomine Domini. At clarius dic Dauid, quis nam ſit ille; exclama quantum viribus potes, nec ceſſes: exalta quaſi tuba vocem tuam, & edicito, quis nam ille ſit: Dominus Deus (inquit) virtutum, Deus Dominus, & illuxit nobis. Verbum enim caro factum eſt, duæq. in vnum ſimul coierunt naturæ: at id citra vllam omnino confuſionem.

Venit quidem ad ſaluãdum, ſed & pati quoque illum oportuit. At quomodo vtraque hæc fieri potuerunt? Homo purus ſaluare non poterat, Deus ſolus pati nequibat. Quid igitur? ipſe Emmanuel Deus factus eſt homo; & id quidem quod erat, ſaluauit; quod vero factum eſt, paſſiones ſubijt. Vnde cum Eccleſia Synagogam cerneret ſpinis illum coronantem, lugens tantum facinus aiebat: Filiæ Hieruſalem exite, & videte coronã, qua coronauit eum mater ſua. Ipſe etenim ſpineam coronam portauit, & ſpinarum ſententiam euertit. Idem erat in ſinu Patris, & in vtero Virginis. Idem detinebatur inter matris brachia, & ferebatur ſuper ventorum pennas. Idem ab Angelis adorabatur, & cum publicanis menſæ accumbebat. Vix Cherubim aſpicere audebant, & Pilatus interrogabat. Seruus colaphis cædebat, & ipſa creatura horrebat. Crucifigebatur, & thronus gloriæ non deſerebatur. In ſepulchro concludebatur, & cælum vti pellem extendebat. Inter mortuos reputabatur, & infernum deſpoliabat. Hic vt deceptor calumnijs afficiebatur, ibi vt ſanctus glorificabatur. O myſterij magnitudinem! miracula video, & diuinitatem prædico: cerno paſſiones, & humanitatem non nego. Naturæ portas reſerauit Emmanuel vt homo; ſed virginitatis clauſtra non violauit neque perrupit, vt Deus. Ita enim ex vtero eſt egreſſus, ſicut per aurem ingreſſus: ita natus, ſicut conceptus: qui impatibiliter fuerat illapſus, incorruptibiliter eſt elapſus. Hinc propheta Ezechiel aiebat: Conuertit me Dominus ad viam portæ Sanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam: ſed Dominus Deus Iſrael ſolus ipſe ingredietur & egredietur, & erit porta clauſa. En euidens demonſtratio ſacræ Deiparæ virginis Mariæ. Dirimatur proinde omnis contradictio, Scripturarumq. illuminemur ſcientia, quò regnum cælorum conſequamur in ſæcula ſæculorum, Amen.

Caloſ. 1. b. 13. Epheſ. 5. b. 8. Pſal. 117. d. 26. Eſa. 58. a. Pſal. 117. d. 27. Ioan. 1. c.

Luc. 24. c.

Cant. 3. b. 11. Ioan. 19. a. Gen. 3. c. Ioan. 1. c. Pſ. 103. a. Matth. 9. b. Ezech. 10. Ioan. 18. Matth. 27. Pſ. 103. a. Matth. 27.

Ezech. 44. a.

EPI-

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI ad Monachos Aegypti.

CYRILLVS PRESBYTERIS, DIAconis, Patribus, Monachis, ceterisq. solitariam vitam vobiscum excolentibus, & in fide Dei constanter perseuerantibus, dilectis & desideratissimis in Domino Sal.

CAP. II. EX ijs qui vna vobiscum ætatem degunt, quidam de more Alexandriam venere. Cum autem rogarem, ac studiose admodum percontarer, ecquid honestis patrũ vestigijs insistentes, recta inculpataq. fide excellere eniteremini, spectataeq. vitæ studijs gnauiter incumberetis, necnon monasticæ exercitationis labores in præcipuis voluptatibus haberetis, eas demũ veras rati delicias, si quid officij causa forti animo tolerandum offerretur; responderunt illi, ita vos comparatos esse; addideruntq. cum præclaris maiorũ virtutibus impigre vos decertare. Itaque non potui non gaudere, & apud animum meum lætitia exultare; vt qui filiorum meorum gloriam, meã esse existimarem; idq. optimo iure. Absurdum enim foret, pædotribas adolescentum, quos in palæstra exercendos susceperunt, alacritate & robore voluptatem capere; ac si quid forte commendatione dignum, artis industria præstiterint, hoc ipsum veluti coronam quãdam capitibus suis adiungere, atque adeo quæ illis propter fortitudinem laus tribuitur, eam suum decus arbitrari; nos autem patres spiritales, qui doctrinis quę ad animi cultus viresq. comparandas haud parum faciunt, vos imbuimus (quò nimirum carnis tumultibus sedatis, vitatisq. peccatis, quantumcumque laboret satanas vt suis vos molitionibus prosternat, glorioſum triumphum reportetis) non magis quàm illos pia quadam mentis iucunditate perfundi.

3 Igitur, vt Christi Saluatoris nostri discipulus monet, curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. hæc autem vobis cùm adsint, & superent; non vacuos, neque sine fructu constituent vos in Domini nostri IESV Christi cognitione. Ceterum qui internam spiritalemq. in Christo vitam laude æmulationeq. dignam serio inire volunt, illos fide in primis sincera atque integra ornatos esse decet: Fidei porro integritati, virtutis quoque studium adiungant oportet. Hoc autem iacto fundamento, mysteriorum Christi cognitione se locupletent, & ad absolutam eorumdem intelligentiam contendant, necessum est. Quam vitæ rationem tenere, est, vt puto, in virum perfectum occurrere, & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi peruenire. Sobrietate proinde, & castimonia, qua solitariam vitam agentes excultos esse conuenit,

2 Petri 1. a. 5.

Ephes. 4. b. 13.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ πρὸς μοναχοὺς Αἰγυπτίους.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ, ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣ ΚΑΙ ΔΙΑΚΟΝΟΙΣ, πατράσι μοναχοῖς, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει θεοῦ ἱδρυμένοις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Κεφ. β. ΑΦίκοντο μέν τινες καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῶν σὺν ὑμῖν. ἐρομένῳ δέ μοι, καὶ φιλοπευστοῦντι λίαν, εἰ τῆς τῶν πατέρων ἀκριβείας ἴσχυε καθ' ἑαυτοὺς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, πίστει μὲν ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ διαπρέπειν ἐπίστευσθε, πολιτείᾳ δὲ τῇ καλλίστῃ κατασεμνύεσθε, καὶ τοῖς τῆς ἀσκήσεως ἐναβρύνεσθε πόνοις, πεφυκὼς ἀληθῶς ἡγεῖσθαι τὸ ὑπὲρ γε τὰ ἀγαθοῦ τληπαθεῖν ἐλέσθαι γενναίως. ἀπήγγελλον μὲν ἐκεῖνοι, πῶπό γε ὑμῖν οὕτως ἔχειν. πεφύκαμεν δὲ, ὅτι τοῖς τῶν προλαβόντων ἀνδραγαθήμασιν ἀμιλλᾶσθε φιλοτιμότερον. ἔχαιρον ἂν ἀναγκαίως ἐγὼ, καί μοι διεχεῖτο πρὸς ἡδυμίαν ὁ νοῦς, τοὺς τῶν ἐμῶν πόνων ἀδοκιμήτους οἰκειούμενον. καὶ σφόδρα εἰκότως. καὶ γὰρ ἔστι τῶν ἀτόπων, παιδοτρίβας μὲν, τῆς τῶν νέων ἀπαλότητος ῥώμης, κἂν εἴ τι χρήσιμον περὶ αὐτὴν τῶν εἰς ἐπαίνους συντελούντων τῇ πόνῃ, τότε τῆς σφῶν αὐτῶν, οἷά τινα στέφανον ἀνάπλεων περιφαλαῖς, καὶ τῆς ἐκείνων ἀνδρείας μεγίζεσθαι τὸ αὐχήμαλα· ἡμᾶς δὲ πατέρας πνευματικοὺς ὄντας, καὶ λόγοις ὑμᾶς ἐπαλείφοντας τοῖς εἰς ἀρετὴν διυλμίοις, ἵνα καθαρθέντες μὲν τῶν τῆς σαρκὸς κινημάτων, περαιτέρω δὲ τὸ πίπτειν εἰς ἁμαρτίαν, καὶ μὴν καὶ πτῆναι περὶ ζοντι τῷ σώματι, κομίσησθε τὸ βεβαιότερον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον, ἢ ἐκείνους θεοφιλεῖς ἀναπεπαλαικέναι δυνησθῆναι. Οὐκοῦν, καθὰ φησὶ τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητὴς, „ ἀσυλλήπτως περιοπτεύοντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν „ τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ, τὴν γνῶ- „ σιν· ἐν δὲ τῇ γνώσει, τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρα- „ τείᾳ, τὴν ὑπομονὴν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ, τὴν εὐσε- „ βειαν. ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ, τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ „ φιλαδελφίᾳ, τὴν ἀγάπην. ταῦτα γὰρ ὑμῖν παρόντα, „ καὶ πλεονάζοντα ἐν δέχεται, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι, ἵνα οἱ περ αὖ ἔλοιντο τὸ ἐν Χριστῷ νοερμένης ζωῆς, τὴν εὐκλεᾶ τε ἀξιέρεσιν διὰ γῆν ὁδὸν, πρῶτον μὲν ἀπλῆτε καὶ ἀλωβήτῳ καθαιρμένην πίστει· πρόσπαιγμον ὄντως αὐτῇ τὴν ἀρετὴν· οὐ δὴ γενόντες, τελεῖσθαι καταπλαστὴν τὸ κτῆσιν Χριστοῦ μυστήριον τὴν γνῶσιν, τε καὶ φοιτᾶν δὲ μάλα πρὸς τελειοτάτην πίστιν. Ἔστι γὰρ οἷμαί τι, εἰς ἄνδρα τέλειον καταντῆσαι, τε εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθεῖν τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. νήφει δὴ οὖν τῇ σεμνύσῃ μοναστὰς, τοὺς ἑαυτῶν σοφίας δὲ μάλα διεζωσμένους, καταδρί-

παρθρίζεσθε τῶν παθῶν, ψυχικῶν τε ἄμα καὶ σωματικῶν. ἔστεσθε γὰρ οὕτω λαμπροὶ καὶ δόκιμοι, καὶ ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος τοῖς ἁγίοις ὑπερεπισμένης. ἔσω ὑμῖν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ἡ πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαπήλευτος, καὶ τὸ εἰλικρινὲς ἔχουσα παντελῶς. οὕτω γὰρ οὕτω καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, τῶν ἁγίων πατέρων ἰχνηλατοῦντες εὐσέβειαν, εὐαυλισθήσεσθε σὺν αὐτοῖς τοῖς πάλαι μοναῖς· καὶ σκηναὶς οἰκήσετε τοῖς ἐν οὐρανοῖς. ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Ησαΐας ἐμέμνητο λέγων· οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ιερουσαλὴμ πόλις πλουσίαν, σκηνὰς αἳ οὐ μὴ σαλευθῶσιν. λαμπρὸς μὲν οὖν, ὅτι καὶ ἀξιάγαστος ὑμῖν ὁ βίος, ὀρθή τε καὶ ἀκαπήλευτος εὐσέβεια πίστις, οὐκ ἠγνόηκά σοι. πεπόηκα μὴ δὲ οὐ μετρίως, ἀκηκοὼς, ὅτι θρύλλοι τινὲς εἰς ὑμᾶς ἀφίκοντο χαλεποί· καὶ σφενδονοῦσί τινες, τὴν ἀπλῆν ὑμῶν ἀδιαλύτους πίστιν· καὶ ῥημάτων εἰκαίων ἐπισπείροντες ὄχλον, ἀναπολογήτους ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες, τὴν ἀγαθὴν παρθένον Μαρίαν, πατρόθεν θεοτόκον, ἢ μὴ καὶ νομάζεσθαι χρή. καὶ ἐγὼ μὲν ἄμεινον τῶν τοιούτων ὑμᾶς ζητημάτων εἰς ἅπαν ἀποφοιτᾶν· καὶ ἀμόλις ἐστὶν ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγμασι θεωρούμενα τοῖς ἀρτίοις τὴν φρένα, καὶ βεβηκόσι τὸν νοῦν, μηδὲ ἀπορύπτειν ὅλως. τὰ γὰρ ἰσχνότερα τῶν θεωρημάτων τὸν τῶν ἀκεραιοτέρων ἐπεισέρχεται νοῦν. ἐπεὶ δὲ ἄπειρος οὐκ αὐτοῖς τῶν τοιούτων μεμενήκατε λόγων, καὶ φιλονεικῶν ἐλέσθαι γνώμας εἶναι, καὶ τοῖς τὸν νοῦν οὐκ ἐρρωσμένοις, οἷά τινα σκόλοπα, τὸ ἐπ' αὐτοῖς δηλητήριον ἐμπερονῆσαι βλάβος, δεῖν ἐφάνθην ἀναγκαίως, ὀλίγα γράψαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τούτων εἰπεῖν. οὐχ ἵνα λογομαχῆτε μᾶλλον, ἀλλ' ἵνα εἴ τινες ὑμῖν ἐπιφύοιντο, τοῖς ἐκείνων ἀκαιρολογίαις τὸ ἀληθὲς ἀντιξάγοντες, αὐτοί τε διαδιδράσκητε τὸν ἐκ τοῦ πλανᾶσθαι ζημίαν. πρόσωφελὲς δ' οὖν ἐστί, τοῖς καθ' ἡσυχίαν λογισμοῖς ὡς ἀδελφοὺς ἀναπείθοντες, τὸν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραδοθεῖσαν πίστιν, καθάπερ τινὰ πολυτίμητον μαργαρίτην ἐν ἰδίαις ἔχειν ψυχαῖς. τεθαύμακα πάντως, εἴ πέρ ὅλως ἐνδοιάζουσί τινες, πότερον θεοτόκος, ἢ μή, λέγειν αὐτὴν ἡ ἁγία παρθένος. εἰ γὰρ ἔστι θεὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, πῶς οὐ θεοτόκος ἡ τεκοῦσα ἡ ἁγία παρθένος; ταύτην ἡμῖν τὴν πίστιν παρέδοσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, κἂν εἰ μὴ τῆς λέξεως πεποίηνται μνήμην. οὕτω φρονεῖν δεδιδάγμεθα καὶ τῶν ἁγίων πατέρων. καὶ γοῦν ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης πατὴρ ἡμῶν Αθανάσιος τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας καθεκόσμησεν τὸν θρόνον ἐπ' ὅλοις ἔτεσι πεντήκοντα καὶ ἓξ τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν ἀσεβοῦς λογίας, ἄμαχόν τινα καὶ ἀπροσκλινῆ ἀντιτάξεων σώσειν, καὶ οἷον ἀσμυρνάτῳ τινὶ μύρῳ τῇ ἰδίοις συγγράμμασι καθαφράναν τὸν ὅλον ἀέρα, καὶ ἐπ' ὀρθότητι καὶ ἀσεβείᾳ δογμάτων ἁπάντων μαρτυρούμενος, τὸ σεβάσιμον τῆς ἁγίας ἡμῶν καὶ ὁμοουσίου Τριάδος πρωτηγὲς βιβλίον, ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ, αὖθις

a ἀπὸ

b πόλις πλουσία.

c ἐπεσπείρον τες

d ἀντιξάγοντες

e ἀκεραιοτέρων

f ῥημάτων

g ἀληθείᾳ

tenit, lumbos veſtros pulchre præcincti, virile contra animorum corporumq. perturbationes certamen ſuſcipite. ſic enim clari, & in bono ſpei, quæ ſanctis parata eſt, illuſtres euadetis. Ante omnia, recta in vobis & ſincera, nulliq. prorſus reprehenſioni obnoxia fides exiſtat. ita nāque, ita inquam, & vos quoque ſanctorum Patrum pietatē ijſdem veſtigijs proſequentes, in ſupernas illas beatorum ſedes olim immigrabitis, cæleſtiaq. tabernacula vnà cum illis incoletis. Qua de re diuinus propheta Eſaias ita ſcribit: Oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam; tabernacula quæ non concutientur. Eſa.33.d. 20.

interdum eſt neceſſaria; attamen acerbum dolorem reliquo corpori affert. Si quid enim (ait beatus Paulus) patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Verumtamen inutilium noxiorumq. membrorum reſectio à medicis eſt adhibenda. Etenim prudens ac ſapiens corporũ curator, reliquorum membrorum ſanitatem ob oculos ponens, illud quod putredine cõſumptum erat, negligit, ad totius corporis curam & conſeruationem omne conſilium & ſtudium conferens. Hoc ipſum in præſentia & nos quoque fecimus. Comperimus enim Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, & Memnonem Epheſiorum, ſexcẽta grauiſſima & detrimentoſa contra ſanctam Dei Eccleſiam geſſiſſe; & ciuitatem, ſanctamq. Synodum turbis tumultibusq. compleſſe; atque ex nautis Aegyptijs, Aſiaticisq. ruſticis ſatellitio collecto, tyrannidi ſuæ miniſtros quæſiuiſſe; neque ſanctiſſimos pijſſimosq. Epiſcopos vndecunque conuocatos expectaſſe; neque litterarum pijſſimorum, Chriſtiq. amantium Imperatorum noſtrorum vllam rationem duxiſſe; neque magnificentiſſimi ac celeberrimi Comitis Candidiani admonitiones & præcepta quidquam omnino curaſſe: ſed omnia religionis ornamenta late permiſcuiſſe, omnia inique & illegitime perpetraſſe; ſacram ſanctæ Pentecoſtes ſolemnitatẽ celebrari vetuiſſe; ſacra templa, inuictiſſimorumq. Martyrum ædes præcluſiſſe, ita vt ne orare quidem volentibus licuerit; neque è locis vſque adeo remotis venientibus, ſanctorumq. ac triumphatorum Martyrũ, maxime vero beatiſſimi Ioannis Theologi ac Euangeliſtæ (quem ſummam apud Dominum noſtrum fiduciam familiaritatemq. obtinuiſſe conſtat) monumenta complectendi deſiderio flagrantibus, id facere integrum fuerit. Quapropter prædictos Cyrillum & Memnonem deponere, & epiſcopali munere exuere compulſi ſumus: reliquos vero tyrannidis ac temeritatis illorum fautores & adminiſtros, ſiue metu adacti, ſiue fraude quoque allecti fuerint, excommunicationi ſubiecimus, correctionis modum voluntaria illorum pœnitentia definientes. Nam ſi eos pœnituerit, & hæreticam illã doctrinam deſeruerint, ſanctorumq. Patrum qui Nicææ Bithyniæ conuenerunt, Fidem receperint, & noſtro confeſſui iuxta religioſiſſimorum, ac Chriſti amantium Imperatorum noſtrorũ litteras ſeſe adiunxerint, eaq. modeſtia, quæ ſacerdotes decet, quæ diſputantur perueſtigarint; excommunicationis vinculo abſoluentur, & in ſacerdotalis miniſterij locum reſtituentur.

1. Cor. 12. d. 26.

Atqui Cyrillus & Memnon, non putrida, ſed viua membra amant.

Omnia hæc impudentiſſima ſunt mendacia.

Compulſi ne vestra malitia & vafritia, nulla iuſta ratione hoc fecimus.

μελῶν, ἀλλ' ὅμως ὀδυνᾶται πικρὰν τῷ λοιπῷ σώματι καταχέαντα· εἰ πάσχει γὰρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. ἀλλ' ὅμως οὐ παραιτεῖται τῆς ἰατρικῆς τῶν ἀχρήστων, καὶ σηπεδόνι βλαβῶν, μελῶν ἡ τομή· ὁ γὰρ ἐχέφρων, καὶ σοφὸς, τῶν σωμάτων θεραπευτὴς, εἰς τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν ἀφορᾷ ὑγίειαν, καταφρονεῖ τοῦ σαπέντος, πάντα τῷ σώματι τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. τοῦτο δὲ ἡμεῖς δὴ τοῦ παρόντος πεποιήκαμεν· εὕρομεν γὰρ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας δεσπότην, καὶ Μέμνονα τὸν Ἐφέσου, μυρία ἄτοπα κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐργαζομένους δεινὰ, καὶ θορύβῳ, καὶ ταραχῇ, τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον, ἐμπλήσαντας, ναύτας τε Αἰγυπτίους, καὶ ἀγροίκοις Ἀσιανοῖς, στρατηγοῖς τῆς τυραννίδος χρησαμένους, καὶ μήτε τοὺς συγκληθέντας ἀγαπητοὺς, καὶ θεοφιλεστάτους, δεσπότους ἀναμείναντας, μήτε τῶν γραμμάτων τῶν θεοφιλεστάτων, καὶ φιλοχρίστων, ἡμῶν βασιλέων αἰσχομένους, μήτε τῆς εἰσηγήσεως, καὶ εὐαγγελίας, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου, καὶ ἐνδοξοτάτου, Κόμητος Καντιδιανοῦ παθόντας, ἀλλὰ πάντα φύρδην συγχέαντας τὰ τῆς εὐσεβείας σεμνὰ, ἀθέσμως τε, καὶ παρανόμως, πάντα ἐργαζομένους, καὶ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν δεσπλείστην κωλύσαντας, τούς τε θείους ναοὺς, καὶ τοὺς τῶν καλλινίκων μαρτύρων οἴκους, ἀποκλείσαντας· ἵνα μηδὲ εὔξασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῇ, τοῖς μακρὰν μὲν πορρωτάτω πεπαιδευμένοις, ἐφιεμένοις δὲ πάσης τῶν ἁγίων, καὶ καλλινίκων, μαρτύρων θεοπροβλήτου λάρνακος, ἧς ἧκται ὁ τοῦ τρισμακαρίου Ἰωάννου, τοῦ θεολόγου, καὶ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ πολλὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον δεσπότην παῤῥησίαν κτησαμένου. διὸ τοὺς πεφυκότας, Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἀποστασίας ἀλλοτρίας πεποιήκαμεν, τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτοῖς τῇ αὐθαδείᾳ, καὶ τυραννίδι, ἢ δι' ἀπάτην, ἢ διὰ φόβον, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, συμμετρήσαντες τὴν παιδείαν τῇ τοῦ πταίσματος μεταμελείᾳ· ἐὰν γὰρ μεταμεληθῶσι τῆς πλημμελείας, καὶ τῆς αἱρετικῆς πάσωσι κακοδοξίας, τὴν τε τῶν ἁγίων πατέρων πίστιν, τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀσπάσωνται, καὶ σὺν ἡμῖν καὶ τοῖς γράμμασι τοῦ θεοσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου, ἡμῶν βασιλέως εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, μεθ' ἡσυχίας ἱερᾶς πεπύσῃ τὰ ζητούμενα ἐρεύνησον, τό τε δεσμοῦ τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγήσονται, καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀποληψόνται λειτουργίαν.

EORVMDEM AD POPVLVM Conſtantinopolitanum epiſtola.

Synodus pijſſimo, fideliſſimoq. ac Chriſti amanti populo ſanctæ Dei eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

LEx eſt ſine ſcripto tradita paſtoribus, nempe vt ſedulam operam nauent, ne gregem aut fures rapiant, aut feræ deuorent, aut morbi qualeſcum-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Κωνσταντινουπόλεως λαόν.

Τῷ θεοσεβεστάτῳ, καὶ πιστοτάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ, λαῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἡ σύνοδος.

ΝΟμος ἐστὶν ἄγραφος τοῖς ποιμέσι, πολλὴν τὴν περὶ βάτων ποιεῖσθαι κηδεμονίαν· ἵνα μήτε κλέπται τοῦτο

ων λητδη, μήτε θηρία καταφάγη, μήτε νόσος λυ- A
μήνηται. εἰ δὲ οἱ τῶν ἀλόγων ποιμάτων κηδεμο-
νίαν πᾶσι δυμένοι, τοσαύτην αὐτῶν πεποιῶνται προμή-
θειαν, ὡς βοᾶν τὸν μακάριον Ιακὼβ πρὸς τὸν Λά-
βαν· ἤμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας,
καὶ τῷ πάγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ
τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ θηρίαλωτον σὺκ ἐνήνοχά
σοι· ὅσῳ χρὴ πεπεῖσθαι πρόνοιαν τῶν λογικῶν τοῦ
Σωτῆρος ἡμῶν ποιμάτων, ἃ τοῖς θείοις σφίκεται
χαρακτῆρας, βαπτισθέντα μὲν εἰς Χριστὸν, ἐνδυ-
σάμενα δὲ Χριστὸν, καὶ σημανθέντα τῷ φωτὶ τοῦ προ-
σώπου κυρίου; τούτου χάριν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα, τὰς B
ὑμετέρας διὰ γραμμάτων προθεραπεῦσαι ψυχάς·
ἵνα μὴ τῆς ματαίας φήμης ἐπαχθέντες ἀθυμήσητε, ἢ ταραχὴν τῇ ἀληθείᾳ εἰσδέξησθε. ἀφικό-
μεθα γὰρ εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, τοῦ κηδεμόνος τῶν
ὅλων θεοῦ τῶν διεσβεσμένων, καὶ φιλοχρίστων βα-
σιλέων ἡμῶν τὴν ἀθρόαν εἰς πόθον κινήσοντες· καὶ
εὕρομεν τὴν πόλιν θορύβῳ παντὶ πεπληρωμένην,
καὶ τὴν ἅπασαν σύνοδον οὐ μετρίως ταραττομένην,
καὶ κλύδωνα θαλάττιον τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν μι-
μουμένην, κυρίλλου τοῦ πρὶν Αλεξανδρείας ἐπισκό-
που, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίων, ὀλίγου καταγάδων, C
τὸν χαλεπὸν πόντον ἐμφύτων χειμῶνα. δείσαντες
γὰρ, ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ἵνα μὴ τὰ κεφάλαια τῆς αἱρετι-
κῆς αὐτοῦ κακοδοξίας, τῇ Απολιναρίου δυσσεβείᾳ
συμβαίνοντα, ἐρευνήσωσιν, αἱρετικὸν αὐτὸν καταχρί-
σωμεν, ὁ δὲ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ῥᾳθυμίας τὰ ἐν τῇ πό-
λει θρυλούμενα, συμφορήσαντες, ἐκ μίσους τοσαυτι-
κοῦ αὐαδεξάμενοι χολῆς, καὶ ὁ μὲν πεντήκοντα
Αἰγυπτίους ἐπισκόπους, ὁ δὲ Ασιανοὺς πλείους, ἢ τρια-
κοντα, συναγαγών, καὶ ἄλλους ἅμα, τοὺς μὲν ἀπάτῃ,
τοὺς δὲ φόβῳ, προσλαβόμενοι, οὐκ ἠβουλήθησαν D
μὲν ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν τῶν πανταχόθεν ἀφικνου-
μένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον· καταφρονή-
σαντες δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, καὶ πάντα
ἀτόπως, καὶ ἀθεσμότατα, διαπραξάμενοι, οἷς ἐξ ἀ-
κριβείας μὲν δυσσεβεῖν ἅπασι θεμιτὸν ἦν, τοιού-
τοις δὲ, καὶ πλεονεκτοῦσι Αἰγυπτίοις, καὶ ἀχρείους
Ασιανοὺς, οἷς τοῖς τῶν ἐπισκόπων οἰκίαις διασείλου-
σι, καὶ τὰ αὐτῶν ἁρπάζουσι, καὶ φόβον τοῖς ἀ-
θρόοις ἐπιφερομένοις, καὶ τὰς οἰκίας ἔξωθεν ἐπι-
γράφουσι, ὡς ἐπισήμους εἶναι τοὺς πολιορκηθέντας
ὀφείλοντες, ἀναγκάζουσι συντίθεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτοῖς E
θεομάχοις γεγενημένοις. τοῦτο καταλαβόντες, καὶ
πεῖραν τῆς τοιαυτικῆς αὐτῶν ἀπονοίας μεμαθηκότες,
ὥστε μὴ ἡσυχάσειν, τοὺς οἷς ποιοῦσι κακοῖς ἑλκύσα-
κοῦσι, ἐν τῇ θείᾳ, καὶ μεγάλῃ, ἱερωσύνῃ καταλιπεῖν.
διὸ τούτους μὲν, ὡς τῶν κακῶν ἡγεμόνας, καθελεῖν
ἀναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίας πε-
ποιήκαμεν, τοὺς δὲ τούτοις συνεργήσαντας τῷ τὰ ἀκοι-
νωνήτως ἐπιβάλλομεν δεσμῷ· σὺν ἀπαραδόξοις τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τὴν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῖς ὑπε-
ροίξαντες θύραν· ἵνα γὰρ ἐθέλωσιν, οἷς πάσχειν ἀναθεματίσαι μὲν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου δυσσεβῶς πεφάλαια,
τὰ δὲ δυσσεβείας, καὶ ἀναγκαίας ἀλλοτριότητα, εἰς ἣν τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων ἐπανελθεῖν, τὸν ἐν

leſcumque lædant. Quòd ſi illi qui pecudum curam ſuſceperunt, tantam prouidentiam, tãtamq. ſollicitudinem illis impendunt, vt beatus Iacob ad Laban clamet: Diei æſtu vrebar, & noctis gelu, fugiebatq. ſomnus ab oculis meis; captum à beſtia tibi non attuli: quantam ratione præditis Saluatoris noſtri gregibus curam impẽdere par erit, qui greges diuinis characteribus inſigniti ſunt, in Chriſtũ quidẽ baptizati, & Chriſtum induti, & Dominici vultus lumine ſignati? Quamobrem, ne vanis rumoribus ſeducti, mœrore tabeſcatis, turbarumve fluctibus exagitemini; operæpretium duximus, his noſtris litteris animas veſtras præmunire. Nos enim, vniuerſorum curatore Deo mentes religioſiſſimorum, Chriſtiq. amantium Imperatorum noſtrorum ad hoc inſtigante, Epheſum aduenimus, ac ciuitatem quidem omni tumultuationis genere plenam, vniuerſam vero Synodum non mediocriter turbis agitatam, ſanctam autem eccleſiam, velut mare, ſæua quadã tempeſtate iactatam reperimus, Cyrillo Alexãdriæ antea Epiſcopo, & Memnone Epheſino, inſtar procellæ tetram hanc tempeſtatem concitantibus. Ambo enim metuentes; Aegyptius quidem, ne in hæreticę doctrinæ ipſius capita, cum Apollinarij impietate conuenientia, inquireremus, ipſumq. hæreſeos condemnaremus; alter vero cauſa alterius ignauæ ſuæ adminiſtrationis, quæ tota ciuitate percrebuerat, inter ſe conſpirantes, & vnam tyrannicã mentem præ ſe ferentes; & ille quidem quinquaginta Epiſcopos Aegyptios; alter vero pluſquam triginta Aſiaticos, & aliquos alios, hos quidem aſtu circumuentos, illos vero metu inductos, congregãs, noluerunt quidem commune ſanctiſſimorum Epiſcoporum vndecunque aduentantium expectare concilium; contemptis autem Eccleſiaſticis legibus, omniaq. abſurde & ſcelerate gerentes, tamquam ex arce omnes ad impietatem adhortabantur: nautas vero, clericosq. Aegyptios, & agreſtes Aſianos ad Epiſcoporum domos mittentes, extremaq. interminantes, ac infirmiores perterrefacientes, & domos forinſecus inſcribentes; quò nimirum oppugnandi conſpicui eſſent; iniquis ipſorum actis aſſentiri compellebant. Hæc autem cum animaduertiſſemus, experientiaq. tyrannidem illorum comperiſſemus, indignum iudicauimus, ſi eos, qui in tantum progreſſi ſunt improbitatis, in diuina & magna illa ſacerdotali functione relinqueremus. Quare hos quidem tamquam malorum auctores deponere coacti fuimus, & ab epiſcopatu omnino amouimus; ceteros autem, qui horum adiutores & adminiſtri fuerunt, excommunicationis vinculo ſubiecimus, pœnitentiam non denegantes; quin potius clementiæ oſtiũ ſubapertum eis reliquimus. Nam ſi capita à Cyrillo emiſſa, quæ ab Apoſtolica & Euangelica doctrina aliena ſunt, quàmprimum anathematizare voluerint, & ad ſanctorum Patrum, qui in Nicæa Bithyniæ

Aut nulla per id tempus erant turbæ, aut ea ſolum, quæ Neſtoriani conciebant.

Omnia hæc vana, commentitia, & calumnioſa ſui ſe parti ex alio Concilio.

Quàm impudenter iſti mentiantur!

Sed hæc omnia occidet, iniqui, & temerarii.

thyniæ conuenerunt, Fidem redire, & iuxta pientissimorum ac Christi amantium Imperatorum nostrorum litteras, ea quæ proposita sunt, sine tumultu ac exacte nobiscum disquirere, piumq. dogma confirmare; mox illos, veluti propria membra, suscipiemus, sedesq. sacerdotales ipsis restituemus.

A Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, καὶ τὸ γράμμα τῶν θεοσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων, ἡμῶν βασιλέων, ἀθρόως, καὶ ἀκριβῶς, τὰ τε προκείμενα συζητῆσαι, καὶ τὸ θεοσεβὲς δόγμα κυρῶσαι, περαυτὰ αὐτοὺς, ὡς οἰκεῖα μέλη, δεξόμεθα, καὶ τοὺς ἱερατικοὺς αὐτοῖς ἀποδώσομεν θρόνους.

EORVMDEM AD REGINAS relatio.

Animo vestro in Cyrillum furenti ei adiutor extiterunt & intelligamus.

B COntraria ijs quæ sperabamus, vestræ pietati significare compulsi sumus; tyrannica Cyrilli Alexandrini, & Memnonis Ephesini petulantia ad eam necessitatem nos perurgente. Nam cum propter Ecclesiasticarum sanctionum ordinem, piaq. Christi amantium Imperatorum nostrorum decreta, religiosissimorum Episcoporum aduentantium præsentiam cos opperiri, communiterq. quæ sanctæ Fidei sunt, expendere, & controuersias in medium propositas simul examinare, atque Apostolicum dogma exacte discussum confirmare oporteret; nobis se nostrum aduentum præstolari cum scripsissent, didicissentq. tridui itinere nos abesse; tyrannico inter se consessu constituto, res flagitiosas, illegitimas, omniq. absurditate plenas ausi sunt: cum tamen magnificentissimus Comes Candidianus, ordinis seruandi causa à religiosissimis, Christiq. amantibus Imperatoribus nostris missus, & verbo & scripto illis denuntiasset, vt pijssimorum Episcoporũ qui cõuocati fuerãt, aduentum expectarent, neque quidquã circa piam Fidem innouarent; sed illis quæ à piæ mentis Imperatoribus nostris decreta essent, insisterent. Verum tum litteris Imperialibus, tum etiã magnificentissimi Comitis Candidiani consilijs auditis, ordinem & decorum paruipendentes, aspidum oua fregerunt, & telam, sicuti Propheta loquitur, aranæ texunt. Sed qui de ouis eorum comedere voluerit, conterens inueniet putridum, & in ipso regulus. Proinde confidenter clamamus: Tela eorum non erit in vestimentum, neque operientur à manuum suarum operibus. Cum ergo illorum temeritates, & ineptias multas aduertissemus, (nam & sanctas ecclesias, & Martyrum ædes occluserunt; & ne sanctæ Pentecostes solemnitatem celebraremus, impedimento fuerunt; & tyrannicæ præterea insolentiæ suæ ministros ad Episcoporum domos mittentes, ac extrema quæque minantes, iniquis suis studijs conatibusq. illos subscribere compulerũt) prædictos Cyrillum & Memnonem deposuimus, & ab episcopali munere amouimus; reliquos autem insolentiæ illorum socios, vel metu, vel adulatione adactos, excommunicationi subdidimus, donec vulnera sua sentientes, ex animo resipiscant, & hæretica Cyrilli capita, Apollinarij, & Arij, & Eunomij impietati consentanea, anathe-

Omnia nouissime falsa sunt.

Esa. 59. 4. 5.

Omnia hæc in illorum capita conuenientissime retorqueri possunt, vt postea fraude comperta, ne ipsa recusasse sunt.

Eandem cum insolentiam impudenter vbique exercent, eademq. mendacia semper ingeminant.

ΕΤερα γνωρίζειν τῇ ὑμετέρᾳ προσδοκήσεως θεοσεβείᾳ, τὰ ἐναντία δηλῶσαι ἠναγκάσθημεν, τῆς τυραννικῆς ἀπαξίας Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, πάσῃ παῤῥησίᾳ βιαζομένης· δέον γὰρ, ἀφ' ὧν τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἀκολουθῆσαι, καὶ ἀφ' ὧν τὰ θεσπίσματα τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα, ἀναμεῖναι μὲν τῶν ἀφικνουμένων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν παρουσίαν, κοινῇ τε διασκέψασθαι τὰ περὶ τῆς θεσβοδς πίστεως, καὶ τὰ προκείμενα ζητήματα σαφῶς, καὶ ἀκριβῶς τὸ δόξαν ἡμῖν ἐρευνήσαντας βεβαιῶσαι δόγμα, γράψαντες ἡμῖν, ὡς τὴν ἡμετέραν ἀναμένουσι παρουσίαν, καὶ μαθόντες, ὡς δὶς τρισὶν μησὶν ὑπολειπόμεθα, καθ' ἑαυτοὺς τυραννικὸν συνέδριον συγκροτήσαντες, ἄθεσμα, καὶ παράνομα, καὶ πάσης ἀτοπίας γέμοντα, ἐτόλμησαν πράγματα· καὶ τῶν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ ἀπαξίας χάριν ἐκτὸς τῶν θεοσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων, ἡμῶν βασιλέων ἀποσταλέντος, καὶ ἀγράφως αὐτοῖς, ἐγγράφως, παρεγγυήσαντος, ἀναμεῖναι τοὺς συγκληθέντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καὶ μηδὲν νεωτερίσαι περὶ τὴν θεσβῆ πίστιν, ἀλλὰ ἐμμεῖναι τοῖς θεσπισθεῖσι παρὰ τῶν θείων φρονούντων βασιλέων ἡμῶν. ἀλλ' ὅμως γε τοῦ βασιλικοῦ γράμματος ἐπιλαθόμενοι, καὶ τῶν συμβουλιῶν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κόμητος Κανδιδιανοῦ, σμικρὸν τὴν ἀπαξίας φροντίσαντες, ὰ ἀπαιδεύτως ἐθρήξαν, καὶ ἰὸν δρέπανης, κατὰ τὸν Προφήτην, ὑφήνασιν· ἀλλ' ὁ μέλλων τῶν ὠῶν αὐτῶν φαγεῖν, συντρίψας, εὕρεσιν εὑρε, καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκος. διὸ θαῤῥαλέως βοῶμεν· ὁ ἰὸς αὐτῶν οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον, οὐδὲ μὴ περιβάλωνται ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν. Τὸ πῦ χάριν τὰς πολλὰς ἀτοπίας αὐτῶν θεασάμενοι, πῶς τε δὲ ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀπέκλεισαν, τῆς τε ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν σεπτὴν ἑορτὴν ἀπολέσαι σὺν ἔσασαν, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τῆς τυραννικῆς αὐτῶν ἀπαξίας ὑπηρέτας εἰς τοὺς τῶν θεσπεσίων οἰκίους ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀπαλλάττειν ἀπειλοῦντες, ὑποχείριά τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως πολεμηθεῖσιν ἠναγκάσαν· οὐ χάριν τοὺς πρωτεργάτους Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθείλομεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ ἀπαξίᾳ, καὶ ἔτι χολικείᾳ, ἔτι φόβῳ ὑποστρέψαντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν εἰς ἄῤῥησιν τὰ οἰκεῖα ἐλθόντες πταίσματα, καὶ μεταμεληθῶσι γνησίως, καὶ τὰ αἱρετικὰ Κυρίλλου κεφάλαια, τὰ τῷ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμ-

ΑΝΑΦΟΡΑ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ, πρὸς τὰς βασιλίδας.

συμβαίνοντα, ἀναθεματίσαντες, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, ἀνακτήσωνται πίστιν, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα, ἡσύχως, καὶ δίχα θορύβου τινὸς, εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, ἀκριβῶς τά τε ζητούμενα συνιδεῖν ἐθελήσωσι, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τὸ εἰλικρινὲς ἀδόλως φυλάξωσι.

A matizent, & sanctorum Patrum Nicænorum Fidem recipiant, & iuxta pia Christi amantium Imperatorum nostrorum edicta, quiete & absque omni tumultuatione in concilium conueniant, propositasq. quæstiones accurate simul dispicere velint, & Euangelicæ Fidei sinceritatem sine fuco custodiant.

ΠΡΑΞΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

ΙΣΟΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΟΣ πραχθέντος ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων.

ΤΟΙΣ μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυίου Θεοδοσίου, τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυίου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ ἓξ εἰδῶν Ἰουλίων, ἥ τις ἐστὶ κατ' Αἰγυπτίους Επιφὶ ιϛ'. συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, καὶ καθεσθέντων ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Αλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου, ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῆς Εφεσίων, καὶ Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Θεοδότου Αγκύρας Γαλατίας πρώτης, καὶ Φίρμου Καισαρείας Καππαδοκίας πρώτης, καὶ πάντων τῶν προταγέντων ἐπισκόπων ἐν τῇ στάσει τῶν ὑπομνημάτων, καὶ Βεσουλᾶ διακόνου Καρθαγένης, εἰσελθόντων τε, καὶ συνεδρευσάντων ἀπὸ τῆς ἑσπέρας θεοφιλεστάτων, καὶ θεοσεβεστάτων, ἐπισκόπων, καὶ πρεσβευτῶν, Αρκαδίου, καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, καὶ λεγάτου.

Λωπῶν ἐπισκόπων, καὶ Βεσουλᾶ

Ερμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος, τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς, εἶπεν· Εὐχαριστοῦμεν τῇ ἁγίᾳ, καὶ σεπτῇ τριάδι, ὅτι ἡμᾶς, τοὺς εὐτελεῖς, τοῦ ἁγίου ὑμῶν συλλόγου ἠξίωσε. πάλαι μὲν οὖν ὁ ἁγιώτατος, καὶ μακαριώτατος, Πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος, ὁ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπίσκοπος, περὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως, δι' ἐπιστολῶν ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἅγιον καὶ εὐλαβέστατον ἄνδρα, τῆς Αλεξανδρέων ἐπίσκοπον ἐκκλησίας, Κύριλλον ὥρισεν· ἅ τινα γράμματα τῷ ἁγίῳ ὑμῶν συλλόγῳ πεπόρισται· καὶ νῦν δὲ πρὸς βεβαίωσιν τῆς καθολικῆς πίστεως πρὸς τὴν πάντων ὑμῶν εὐλάβειαν δι' ἡμῶν γράμματα ἐξέπεμψεν· ἅ τινα παρ' ἡμῶν ὑποδειχθέντα πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀναγνωσθῆναι κελεύσατε, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπομνήμασιν ἐνταγῆναι.

ACTIO SECVNDA.

EXEMPLVM COMMENTARij rerum, quæ actæ sunt in præsentia Episcoporum & presbyterorum, qui ex vrbe Roma venerant.

POST Consulatum Dominorum nostrorum semper Augustorum, Flauij quidem Theodosij XIII. Valentiniani vero III. sexto Idus Iulij, qui dies iuxta Aegyptios est Epiphi sextusdecimus, Synodo congregata in Ephesiorũ metropoli ex decreto religiosissimorum Christianissimorumq. Imperatorum, ac sedentibus in religiosissimi Episcopi Memnonis episcopali æde pijssimis Episcopis, Cyrillo Alexandrino, qui & Cælestini quoque sanctissimi ac beatissimi Romanorum Ecclesiæ Archiepiscopi locum regebat; & Iuuenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flauiano Philippensiũ, qui & Rufi quoque reuerendissimi Thessalonicensium Episcopi locum tenebat, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, ac omnibus qui in commentariorum ordine supra recensiti sunt, & Besula diacono Carthaginis; ingressisq. ac considentibus qui ex Occidente venerant, Arcadio & Proiecto, pijssimis, Deoq. dilectissimis Episcopis & Legatis, necnon Dei amantissimo Philippo, Apostolicæ Sedis presbytero & Legato.

Interpretatio depositionis.

Philippus Apostolicæ Sedis presbyter & Legatus dixit: Gratias agimus sanctæ & adorandæ Trinitati, quòd nos humiles sancto vestro conuentu dignata est. Dudum quidem sanctissimus beatissimusq. Papa noster Cælestinus, Sedis Apostolicæ Episcopus, per suas epistolas ad Cyrillum sanctum virum, ac pijssimum ecclesiæ Alexandrinæ Episcopum, de præsenti hac causa & negotio definiuit; quæ litteræ sacro vestro cœtui sunt exhibitæ. Et nunc alias rursum ad corroborationem Fidei catholicæ, ad vestram omnium pietatem per nos misit litteras, quas à nobis exhibitas decenter sanctæ Synodo iubete legi, ac inter Ecclesiasticos commentarios referri.

Inter-

Interpretatio depoſitionis.

Arcadius Epiſcopus, & Romanæ Eccleſiæ Legatus dixit: Præcipiat veſtra beatitudo, ſancti, & omni cum veneratione nominandi, Papæ Cæleſtini Apoſtolicæ Sedis Epiſcopi litteras vobis allatas recitari, ex quibus veſtra beatitudo agnoſcere poterit, qualem omnium eccleſiarum curam gerat.

Interpretatio depoſitionis.

Proiectus Epiſcopus, & Romanæ Eccleſiæ Legatus dixit: Præcipiat veſtra beatitudo, ſancti, & omni cum veneratione nominandi, Papæ Cæleſtini Apoſtolicæ Sedis Epiſcopi litteras vobis allatas recitari, ex quibus veſtra beatitudo agnoſcere poterit, qualem omnium eccleſiarum curam gerat.

Et poſtquam ſanctiſſimus, ac Deo amabiliſſimus eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus Cyrillus interlocutus eſt, ſicut deinceps continetur; Siricius notarius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ vrbis Romæ recitauit.

Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus dixit: Suſcepta epiſtola ſanctiſſimi, & per omnia beatiſſimi ſanctæ Apoſtolicæ Sedis Romanæ Epiſcopi Cæleſtini, ſanctæ Synodo cum congruo honore recitetur.

Siricius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ vrbis Romæ notarius recitauit.

Et poſtquam Latine lecta eſt, Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Cum litteræ Cæleſtini ſanctiſſimi beatiſſimiq. magnæ Romæ Epiſcopi iam lectæ, piam orthodoxamq. ſententiam complectantur, referantur in actorum commentarios.

Vniuerſi reuerendiſſimi Epiſcopi petiuerunt, vt litteræ Græce reddantur, & recitentur.

Interpretatio depoſitionis.

Philippus presbyter Apoſtolicæ Sedis, & Legatus dixit: Veteri conſuetudini ſatisfactum eſt, vt Apoſtolicæ Sedis litteræ Latine in primis legantur. Nunc vero itidem, quoniam beatitudo veſtra efflagitat, vt Græce etiam legantur, neceſſarium eſt, vt ſanctitatis veſtræ deſiderio ſatisfiat: id quod faciendum curauimus, vt Romana oratio in Græcam conuerteretur. Iubete igitur ſuſcipi, & ſanctis veſtris auribus inſinuari.

Interpretatio depoſitionis.

Arcadius & Proiectus Epiſcopi & Legati dixerunt: Sicut iuſſit beatitudo veſtra, vt allatæ litteræ in omnium notitiam veniant; quia ſanctorum fratrum Epiſcoporum noſtrorum non pauci ſunt, qui Latine neſciunt, propterea allata epiſtola, Græce quoque reddita eſt, &, ſi iuſſeritis, legetur.

Fla-

A

Ερμηνεία της καθαιρέσεως.

Αρκάδιος ἐπίσκοπος, ὁ πρεσβευτὴς της Ρωμαίων ἐκκλησίας, εἶπε· Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ παρεσταλμένα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσηνείας ὀνομαζομένου, Πάπα Κελεστίνου, της ἀποστολικης καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, οἵαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Ερμηνεία της καθαιρέσεως.

Προίεκτος ἐπίσκοπος, ὁ πρεσβευτὴς τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας, εἶπε· Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ παρεσταλμένα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, ὁ μετὰ πάσης προσηνείας ὀνομαζομένου, Πάπα Κελεστίνου, τοῦ ἀποστολικης καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, οἵαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Καὶ μετὰ τὸ διαλαλῆσαι τὸν ἁγιώτατον, καὶ θεοφιλέστατον, ἀρχιεπίσκοπον τῶν Αλεξανδρέων ἐκκλησίας, Κύριλλον, καθὼς ἐξῆς περιέχει, Σιρίκιος, notarius τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ρωμαίων, ἀνέγνω. [x Συείσης]

Κύριλλος, ἐπίσκοπος Αλεξανδρείας, εἶπεν· Τὸ δεχθὲν τὸ γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ [x τὰ πάντα ὅσιωτάτου, τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς [x καθέδρας ἐπισκόπου [x ἰδιώτου τῆς Ρωμαίων Κελεστίνου, μετὰ τοῦ θεοφόρου ἡμῶν αἱρεσιαρχοσεβάσθω τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. [x τὰ πάντα ὅσιωτάτου] [x καθέδρας ἐπισκόπου] [x ἰδιώτου]

[x Σιρίκιος, notarius τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ρωμαίων, ἀνέγνω. [x Συείσης]

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι Ρωμαϊστὶ, Ιουβενάλιος ἐπίσκοπος Ιεροσολύμων, εἶπε· Τὰ ἀναγνωσθέντα τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου, ἐπισκόπου της μεγάλης Ρώμης Κελεστίνου γράμματα, δίκαιά, καὶ ὀρθοδόξως ἔχοντα, ἐμφερέσθω τοῖς [x ὑπομνήμασι. [x ὑπομνήμασι]

Πάντες οἱ διαβέβαιοι ἐπίσκοποι ἤτησαν ἑρμηνευθῆναι τὸν ἐπιστολὴν, καὶ ἀναγνωσθῆναι.

Ερμηνεία της καθαιρέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος τῆς ἀποστολικης καθέδρας, καὶ πρεσβευτὴς, εἶπε· Τὸ ἱκανὸν ἐχώρει τῇ συνηθείᾳ, ἵνα τὰ γράμματα τῆς ἀποστολικης καθέδρας ἐν πρώτοις Ρωμαϊστὶ ἀναγνωσθῶσι, νυνὶ δὲ ὁμοίως, ἐπειδὴ ἡ ὑμετέρα ἁπάντων μακαριότης, ὅπως καὶ ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθῶσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ πάθῳ της ὑμετέρας ἁγιότητος χωρεῖν τὸ ἱκανὸν· ὅπερ πρᾶξαι ἐφροντίσαμεν· ἵνα ἡ Ρωμαϊκὴ ὁμιλία ἑλληνιστὶ μεταβληθεῖσα, καλῶς ὑπὸ συνοδεχθῆναι, καὶ της ἁγίας ὑμῶν ἀκοαῖς ἐγκαταθῆται.

Ερμηνεία της καθαιρέσεως.

Αρκάδιος, καὶ Προίεκτος, οἱ διαβέβαιοι ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβευταὶ, εἶπον· Καθὼς ἐκέλευσεν ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ἵνα εἰς τὸν πάντων γνῶσιν ἔλθῃ τὰ γράμματα, τὰ παρεσταλμένα, ἐπειδὴ πολλοί εἰσι τῶν ἀγίων ἀδελφῶν, καὶ ἐπισκόπων ἡμῶν, οἵτινες Ρωμαϊστὶ οὐκ οἴδασι, [x διὰ τὸ ἐμπειρον] Ἑλληνιστὶ δὲ μεταβέβληται· καὶ ἐκέλευσεν, ἀναγνωσθῆναι.

Fla-

Φλαυιανὸς, ἐπίσκοπος Φιλίππων, εἶπεν· Ἡ τοσουτοσθεῖσα ἑρμηνεία τῆς ἐπιστολῆς τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ρωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ἐπιδεχθείσα, ἀναγινωσκέσθω.

Πέτρος, πρεσβύτερος Ἀλεξανδρέων, καὶ πρωτοκήρυξ ἐπελεγεν.

ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΣ ΤΗ ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΩ, τῇ ἐν Ἐφέσῳ συναχθείσῃ, ἀγαπητοῖς, καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐμφανίζει τὴν παρουσίαν τῶν ἱερέων ἡ σύνοδος· ἀληθὲς γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον· ἐπεὶ δὴ καὶ οὐ δύναται ἡ ἀλήθεια ψεύσασθαι· ὅτι δὲ ἐν εὐαγγελίῳ τοιαύτη ἐγκειται φωνή· ὅπου δύο, ἢ τρεῖς εἰσὶ συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. τούτου οὕτως ἔχοντος, εἰ μικροῦ τοῦ οὕτω βραχέος ἀριθμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπει, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ νῦν μεστοῦσιν πεφύκαμεν, ὅπου οὐκ ἐν συνόχῃ τοσούτου πλήθους ἁγίων ἐσμέν, καὶ γὰρ ἅγιόν ἐστι τὸ οἰκεῖον σέβας συνέδριον· ἐν ᾧ, καθάπερ ἐκείνης τῆς μεγάλης τῶν ἀποστόλων συνόδου, ὡς αὐτάγγωμεν, ἔστιν ὁρᾶν τὴν ἀλλάβειαν. οὐδεπώποτε πύτων ἀπολείπει ὁ παρ' αὐτῶν κηρυχθεὶς διδάσκαλος. παρῶν αὐτοῖς αἰεὶ ὁ κύριος ὁ διδάσκαλος. ἀλλ' οὐδὲ διδασκόμενοι πρὸ τοῦ παρ' οἰκείῳ διδασκάλῳ πώποτε κατελείφθησαν. ὁ πέμψας, ἐδίδασκεν· ὁ εἰπών, τί διδάξουσιν, ἐδίδασκεν, ὁ τοῖς οἰκείοις ἀποστόλοις ἑαυτὸν ἐμφανίζων. ἀκουέσθω πᾶσι καὶ πρὸ πάντων εἰς τὸ κοινὸν, κύριοι ἀδελφοί· ἃ τῆς παραπρεπείας διδασκαλίας ἡ φροντὶς παρέπεμψε δικαίως κληρονομίαν εἰς ἡμᾶς. ἐν ταύτῃ τῇ φροντίδι σφιγγόμεθα οἱ παντάχοθ', καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τῇ ἐκείνων διαδοχῇ τὸ ὄνομα κυρίου κηρύττοντες, ὡς ἐκείνοις παρεπόμενοι παραδόντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. παρέχειν ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης ὀφείλει· ὅπερ παραδέξασθε χαρᾷ ἑκουσίῳ· καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς πάντας τοῦτο πράττειν ἠξίωσεν, ὅς τις πᾶσιν ἐκείνοις περὶ τὴν κοινὴν ἐπιτέλεσε πίστεως, καὶ λειτουργίας. ἀναγκαῖον ἐστιν, ὅπως παρεσκευάσθαι τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν ἀκολουθήσωμεν, ὑπεισελθόντες πάντες αὐτῶν τὰ κάμματα· καὶ οἱ τῶν τούτων διαδεξάμενοι τιμὴν, χορηγήσωμεν τῷ ὑπομένειαν τοῖς τούτων διδάγμασιν· μεθ' ἃ, ὑπομιμνήσκοντες τοῦ ἀποστόλου, οὐδεμίαν διδασκαλίαν παραδίδοναι κελεύομεν. οὐκ ἔστιν ἐλάττων τιμὴ τῆς ὑπηρεσίας τῷ διδάσκοντι ἢ τῆ τῶν διδασκομένων φυλακή. ἐκεῖνοι ἑαυτοῖς ἐφ' ὧν τὴν πίστεως τὰ ἀσέρματα· οὕτω ἡ ὑμετέρα φροντὶς ἀσφαλιζέσθω, ὅπως ἀδιάφθορον, καὶ πολυωφελεστάτην εὕρῃ· ᾧ μόνῳ ἡ ὡραιότης τῶν ἀποστόλων ἐμφανίζεται· καὶ γὰρ λαλῶν τοῖς ἑαυτοῦ ἐκλεκτοῖς Παῦλος, ἑαυτὸν φυτεύειν, καὶ ποτίζειν, οὐκ ἐπαρκεῖν, ἔφη, εἰ μὴ θεὸς τὸ αὐξάνειν, καὶ πληθύνειν, ἐχαρίσατο. πιστεύω σεβασμιώτατοι ἐστι, καὶ πρακτὸν, ὅπως καθ' ἑκάστῳ κοινῷ τὸ ἐμπεσθέντα, καὶ διὰ τῆς ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἕως ἐμοῦ συνεχθέντα, φυλάξωμεν· ἐκεῖνο γὰρ παρ' ἡμῶν αἰτοῦμεν, ἵνα τοὺς ἀποστόλους ἐπακολουθήσωμεν· οὕτω γὰρ ἐμοῦ πρόσωπόν τι, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα πίστις καλεῖται πρὸς δίκην. ὅσα πράγματα θορυβῆσαι δεῖ, ἐπὶ δὲ πάλε-

A Flauianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Allata interpretatio litterarum ſanctiſſimi, Deoq. dilectiſſimi Epiſcopi ſanctiſſimæ Eccleſiæ Romanæ ſuſcepta legatur.

Petrus presbyter Alexandrinus, & notariorum primicerius legit.

CAELESTINVS EPISCOPVS SANCTæ Synodo apud Epheſum congregatæ, dilectis & deſideratiſsimis fratribus, in Domino ſalutẽ.

B Spiritus ſancti teſtatur præſentiam congregatio ſacerdotum. Verum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas mentiri, cuius in Euangelio iſta ſententia eſt: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cum ita ſit, ſi nec huic tam breui numero Spiritus ſanctus deeſt, quanto magis eum nunc intereſſe credimus, quando in vnum conuenit tanta turba ſanctorum? Sanctũ namque eſt pro debita ſibi veneratione conciliũ; in quo vtique nunc Apoſtolorum frequentiſſimæ illius, quam legimus, congregationis aſpicienda reuerentia eſt. Numquam his defuit magiſter, quem receperant prædicandum. adfuit his ſemper Dominus & magiſter: ſed nec docentes à ſuo doctore deſerti ſunt vnquã. Docebat ille qui miſerat; docebat qui dixerat quid docerent; docebat qui in Apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri, Hæc ad omnes in commune, Domini ſacerdotes, mandatæ prædicationis cura peruenit: hereditario iu hanc ſollicitudinem iure conſtringimur, quicumque per diuerſa terrarum, eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: Ite, docete omnes gentes. Aduertere debet vęſtra fraternitas, quia accepimus generale mãdatum: omnes etiã nos id agere voluit, qui illis ſic omnibus in commune mandauit officiũ. neceſſe eſt vt competenter noſtros ſequamur auctores. Subeamus omnes eorum labores, quibus omnes ſucceſſimus in honore. Præſtemus eorum diligentiam prædicatis, poſt quæ, monente Apoſtolo, nullam prædicationẽ iubemur adijcere. Non eſt minor tradentis officio cuſtodia traditorum. Illi iecerunt fidei ſemen; noſtra hæc ſollicitudo cuſtodiat, vt incorruptum & multiplicem fructum noſtri patrisfamilias aduentus inueniat, cui ſoli vtique Apoſtolorum aſſignatur vbertas. Loquente namque electionis vaſe, plantare & rigare non ſufficit, niſi Deus dederit incrementum. Agendum igitur eſt labore communi, vt credita, & per Apoſtolicam ſucceſſionem hucuſque detenta ſeruemus. Illud enim à nobis petitur, vt ſecundum Apoſtolũ ambulemus. Non enim nũc ſpecies, ſed fides noſtra vocatur ad cauſam. Spiritalia arma ſumenda ſunt, quia bella ſunt mentium, & tela ver-

Matth.18. c.20.

Act.15.

Matth.18.

Luc.10. c. 16.

Matth.28. d.19.

Galat.1.a

Ioan.15.

1.Cor.3.b.

Rom.8. a. 4.

verborũ; vt in noſtri regis fide perduremus. Omnes nunc ibi poſitos beatus Paulus Apoſtolus mo
1.Tim.1. net, vbi Timotheum remanere mandauit. Idem
6.3. igitur locus, eadem cauſa etiam modo ipſum requirit officium. Nos quoque nunc agamus & ſtudeamus illud, quod agendum tunc ille ſuſcepit.
1.Tim.1. ne quis aliter ſentiat, & quæſtiones præſtanti-
& 4. bus maxime fabulis ne quis intendat, vt ipſe
Philip.2.2 præcepit: ſimus vnanimes, vnum, quia ſic expedit, ſentientes: nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere geſtiamus: vna anima cum vno corde ſit cunctis, quandoquidem fides, quæ eſt vna, pulſatur. Doleat, immo & lugeat hoc nobiſcum in commune omne collegium. Vocatur in iudicium, qui iudicaturus eſt mundum; diſcutitur, qui diſcuſſurus eſt omnes; & calumniam patitur, qui redemit. Accingatur armis Dei veſtra fraternitas. Scitis quæ galea ca-
Epheſ.6. put noſtrum muniat, quæ lorica pectus includat. Non vos nunc demum Eccleſiaſtica rectores caſtra ceperunt. Nemo dubitet fauente Domino,
Epheſ.2.v. qui facit vtraque vnum, depoſitis armis pacem
14. futuram, quando ſe cauſa ipſa defendit. Reſpiciamus rurſus etiam illa noſtri verba doctoris, quibus proprie apud Epiſcopos vtitur, iſta prædicens: Attendite, inquit, vobis & vniuerſo gre-
Act.20.v. 28. gi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam adquiſiuit ſanguine ſuo. Inde aduocatos hos legimus, qui iſtud audirent, quò nunc ſanctitas veſtra conuenit. Epheſijs ergo, quibus eſt nota fidei prædicatio,
* veſtra ſit nunc erga hanc etiam * noſtra nota defenſio. Exhibeamus his noſtræ mentis illa veneratione conſtantiam, qua ſunt digna quæ magna ſunt; quæ pio ſenſu tranquillitas diuturna ſeruauit. Annuntientur vobis quæ ab Apoſtolis intemerata regnarunt: quia numquam contra regem regum verba tyrannicę dominationis admiſſa ſunt, nec opprimi per falſitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres beatiſſimi, reſpicia-
Ioan.15.b tur illa ſola dilectio, in qua vtique, ſecundum vo-
1.Ioan.4.c cem Ioannis Apoſtoli, cuius reliquias præſentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad Dominum. Scimus quæ vis diuinæ illius præſentiæ ſit futura ſupplicante concorditer tanta multitudine ſacerdotum, quando locus ille
Act.4.f mouerí potuit, in quo vnanimiter duodecim legimus ſupplicaſſe. Quæ tamen fuit Apoſtolorum petitio deprecantum? Nempe vt acciperẽt, verbum Dei loqui cum fiducia, & per eius virtutem agere, quorum præſtante Chriſto Deo noſtro acceperant poteſtatem. Et veſtro nunc ſancto conuentui quid eſt aliud poſtulandum, quàm vt cum fiducia loquamini verbum Domini? quàm ea ſeruare, quæ & prædicare conceſſit? vt repleti ſanIbid. cto Spiritu, ſicut ſcriptum eſt, licet ore diuerſo, vnum tamen quod ipſe Spiritus docuit, proferatis.

A μει κινοῦντα ψυχῶν, καὶ βέλη ῥημάτων ὅπως ἐν τῇ πίστει τοῦ βασιλέως ἡμῶν ὑπομείνωμεν. πάντας νῦν τοὺς ἐκεῖσε ὁ μακάριος Παῦλος ὑπομιμήσκει, ἔνθα * Τιμόθεον μένειν ἐκελεύσατο. ὁ αὐτὸς παραιτεῖται σκοπός, ἡ αὐτὴ ὑποθήκη, τὴν αὐτὴν ἀγωνίαν καὶ νῦν ἀπαιτεῖ· ἡμᾶς τι νῦν πράξωμεν, καὶ σπουδάσωμεν εἰς τοῦτο, ὃ * ἐκεῖνος πρᾶξαι προσετάξατο· ἵνα μὴ * ἄλλο τις φρονῇ, καὶ ζητήσῃ * ἐκ τῆς παρούσης μάλιστα μακρολογίας μηδεὶς ὑστερέτω· ὡς αὐτὸς προέτρεψε· μένωμεν ὁμόψυχοι, ἓν, καὶ τὸ αὐτὸ, φρονοῦντες· ἐπιδὴ τοῦτο συμφέρει· μηδὲν διὰ φιλονεικίαν, μηδὲν πράττειν διὰ ματαίαν κενοδοξίαν, διὰ χόμενοι μία ψυχὴ, καὶ καρδία μία, ἴσα τῆς πᾶσιν, ὅτι ἡ πίστις, ἣ τις μία ἐστὶ, συνεχαράξατο. συνέστω, μᾶλλον δὲ θρηνείτω τοῦτο μεθ' ἡμῶν ἡσυχῇ πᾶν τὸ σωτήριον. εἰς * κεντήριον καλεῖται ὁ κείμενος πᾶσιν τὴν οἰκουμένην· δύνεται ὁ σταυρὸς πᾶσιν τὴν γῆν· καὶ ὁ λυτρωτὴς συνοφαντίαν ὑπομένει. θωρηχάσθω τὴν παντοκράτορα τοῦ θεοῦ ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης· οἶδατε τὴν περικεφαλαίαν, ἣ τις τὴν ἡμετέραν ἀσφαλίζεται κεφαλὴν, πῶς θώραξ τὸ ἡμέτερον σῶμα τηρεῖ. ὑπὲρ νῦν πρῶτον ὑμᾶς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ διδασκάλους ἐδέξαντο. ἴδοις ἂν μὲν βάλοι, τοῦ θεοῦ σωτηρικῶς, ὃς πρὸ τῶν ἀμφοτέρων ἦν· ὅπλον, δοκησίσοφον ἐκκλίνει· ἐπιδὴ αὐτὴ ἡ ὑποθήκη ἑαυτὴν ἐκδικεῖ. ἀναπληρώσωμεν πάλιν κἀκεῖνα τὰ ῥήματα ἃ ἡμέτερον διατόπου, εἰς ἰδικῶς ἐχρήσατο διὰ τῶν οἰκείων ὑπηκόων, τοῦτο προσέχειν φησὶν ἑαυτοῖς, καὶ πάσῃ τῇ ἀγέλῃ, ἧς ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξεν ἐπισκόπους, διοικεῖν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι· ὅθεν * πιστοὺς κληρικοὺς ἀνέγνωμεν τοὺς παρὰ ἀκούσαντας ἐν Ἐφέσου ἐκείνου ἡμῶν ὑμετέρα ἀγαπητὸς συνελήλυθε. παραινῶ οἷς ἔστι γνώσεως καὶ διδασκαλίας τῆς πίστεως, ἔστω γνῶσις καὶ ὑμετέρα ἐκδίκησις ἀναζωπυρεῖν αὐτοῖς διὰ τὴν ἡμετέραν διανοίας ἐκείνης τῆς προσκυνήσεως τὴν ἰσχύν, ἧς εἶσιν ἄξιοι· * καὶ μείνῃ καθαλαλιᾶς ὑψηλότερα, ἃ δύσβατα διανοίας ἡ διανεκὴς ἐφύλαξεν αἰρέσις. ἀπαγγελλέσθω παρ' ὑμῶν τὰ φθάσαντα τῶν ἀποστόλων προκηρυχθέντα· ὅτι ἐδέσποσε τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων ῥήματα τυραννικῆς ὑπερηφάνου ἠλάττωται· οὐδὲ καμνειν ἠδυνήθη διὰ * πλασταλογίαν. ἡ δύναμις τῆς ἀληθείας ὑμᾶς * προπεμπέτω ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· ἐκείνη μόνη * εὐεκκοπιάσθω ἡ γνώμη καὶ τὴν φωνὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὗ τὰ λείψανα παρόντα τετιμήκατε. ἔστω καινὴ δύχη πρὸς τὸν κύριον· εἴδομεν πία δυνάμις τῆς θείας αὐτοῦ, καὶ ἐπιμένῃς παρουσίας ἔσαι, προκαλούσης ἐμοψύχως τῆς τοσούτου τῶν ἱερέων πληθύος· ἐπιδὴ τούτους ἐκεῖνος κινεῖν δύναται, ἐν ᾧ ὁμογνωμόνως τοὺς δώδεκα ἀνέγνωμεν. τίς τὸ * ἀποστόλων δώδεκα ἡ αἴτησις δεομένων ἐγένετο; δηλαδὴ, ἵνα δέξωνται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ λαλεῖν μετὰ παῤῥησίας, καὶ διὰ τοῦ αὐτοῦ δυνάμεως ἐνεργεῖν· ὧν, διόντος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, εἰλήφασιν τὴν ἐξουσίαν. καὶ τῇ ἡμετέρᾳ νεῦ ἀγέλῃ συνόδῳ τί ἐστιν ἄλλο αἰτεῖν; ἢ γὰρ ὅπως μετὰ παῤῥησίας λαλήσωσι τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ· καὶ πᾶσι δέδωκε φυλάττειν, ὧντινες καὶ κηρύττειν ἐκλέξαιτο. καὶ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου, καθὰ μάλιστα, εἰ καὶ διαφόρῳ τόπῳ, ἐν ὅμως, ὅπερ αὐτὸ

* Τιμοθέῳ
* ἐκείνος
* ἄλλος
* τῆς μάλιστα παρούσης μακρολογίας
* ἐχόμενοι μιᾷ ψυχῇ
* πλασταλογίας.
* εὐεκκοπιάσθω
* ἱστορικὸν σύστημα
* ἀποστόλων

αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐδίδαξε, καὶ [x] προσέσπευ. πάντες πάσι συντόνως [x] ἐνδυομένοις, ἐπιδὴ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, οἶδα λαλῶ, καὶ λαλῶ σοφίαν ἐν τοῖς τελείοις, ἐπαγωνίσασθε καθολικῇ πίστει, καὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ, σπουδάσατε, ἐπιδὴ οὕτως εἴρηται ἐκ τοῖς πάλαι, καὶ τοῖς νῦν, καὶ τοῖς μέλλουσι· ἀγαπῶντες, καὶ σώζοντες, τὰ περὶ εἰρήνης τῆ Ἱερουσαλήμ. ἀπεστείλαμεν, τὸν ἡμέτερον ἀναδεχόμενοι Φρουτίδα, τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς, καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν, ὁμοψύχους ἡμῖν, καὶ δεδοκιμασμένους, Ἀρκάδιον, καὶ Πρόκλον, ἐπισκόπους, καὶ Φίλιππον, τὸν ἡμέτερον πρεσβύτερον, οἷς τοῖς παραπομένοις παρέσονται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν [x] πάλαι ὁρισθέντα, ἐκβιβάσουσιν· οἷς ἀναχθῆναι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος οὐκ ἀμφιβάλλομεν συγκαταθέσιν· ἐπιδὴ τοῦτο, ὅπερ [x] ἀπὸ γνώμης, δοκεῖ [x] ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἐκκλησιῶν ἀμεμψίας κεκρίκασι.

Πάντες οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· Αὕτη δικαία κρίσις· νέῳ Παύλῳ Κελεστίνῳ, νέῳ Παύλῳ Κυρίλλῳ, Κελεστίνῳ τῷ Φύλακι τῆς πίστεως, Κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου, Κελεστίνῳ δικαίως πᾶσα ἡ σύνοδος· εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου· μία πίστις τῆς οἰκουμένης.

Ερμηνεία τῆς καθαιρέσεως.

Προέκτος, ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβύτης εἶπε· Καταγινώσκοι ἡ ὑμετέρα ἁγιότης τὸν τύπον τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου, καὶ οἰκουμενικοῦ, Πάπα Κελεστίνου, τοῦ ἐπισκόπου, ὃς προτρέψατο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, οὐχ ὡς ἀγνοοῦσαν διδάσκων, ἀλλ' ὡς γινώσκουσαν ὑπομιμνήσκων· ἵνα τοῦτο, ἃ καὶ πάλαι ὥρισε, καὶ νῦν ὑπομνήσας κατέχωσιν, εἰς πᾶσαν κατὰ πάντα πληρέστατον ἄγνοιαν, καὶ τὸ κανόνα τῆς κοινῆς πίστεως, καὶ τὸ χρήσιμον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Φίρμος, ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας, εἶπε· Καὶ πρότερον ψῆφον ἐπέχε, καὶ τύπον τῷ πράγματι ὁ ἀποστολικὸς, καὶ ἅγιος, θρόνος ὁ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, διὰ γραμμάτων, τῶν πρὸς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, ἡμᾶς δὴ Κύριλλον, τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβεναλίον, τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ Ῥῆφον, τὸν τῆς Θεσσαλονικέων, καὶ πρὸς τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, τήν τε Κωνσταντινοπόλεως, καὶ τὴν Ἀντιοχέων· ἃ ἀναλαβόντες καὶ ἡμεῖς, πάλαι τῆς προθεσμίας, τῆς δεδομένης Νεστορίῳ εἰς διόρθωσιν, παρελθούσης, καὶ πολλῶν διαχρόνων γρόνων, ἐπιδὴ τὴν Ἐφεσίων πόλιν κατέβημεν, πρὸ τοῦ δευτέρου βασιλέως προσελθεῖν, καὶ ἐντεῦθεν διατρίψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον, ὥστε τὴν προθεσμίαν τοῦ βασιλέως παρελθεῖν προθεσμίαν, ἐπιδὴ προσκαλεσαμένων ἡμῶν Νεστόριον, οὐκ ὑπήκουσε, τὸν τύπον ἐκβιβάσαμεν, κανονικῶν, καὶ ἀποστολικῶν, αὐτοῦ καταγνόντες κρίσιν.

Ερμηνεία τῆς καθαιρέσεως.

Ἀρκάδιος, ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβύτης εἶπεν· Εἰ δὲ τὸ μᾶλλον ἡμᾶς τὸ βεβαίως τοῦ [x] πόλεως, καὶ τοῦ χειμῶνος ἡ ἀναγκαιότης, κατέσχεν, ἵνα εἰς τὸν τεταγμένον τόπον, ὅπερ ἠλπίζομεν, ἀφίχθωμεν, ὅρους κυβερνῶντος θεοῦ, καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος,

A tis. His omnibus breuiter animati, (quia, sicut ait Apostolus, scientibus legem loquor, & loquor sapientiam inter perfectos) adestote catholicæ Fidei, & ecclesiarum quieti: defendite, quia sic dictum est & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque seruantes quæ ad pacem sunt Hierusalem. Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros, vnanimes nobis, & probatissimos viros, Arcadium & Proiectum Episcopos, & Philippum presbyterũ nostrum, qui ijs quæ aguntur, intersint, & quæ à nobis antea statuta sunt exequantur. Quibus præstandum à vestra sanctitate non dubitamus B assensum, quando id quod agitur, videatur pro vniuersalis Ecclesiæ securitate decretum.
Data viij. Idus Maij, Basso & Antiocho Conss.

Rom. 7. a. 1. Cor. 2. a. Psal. 121. b

Omnes reuerendissimi Episcopi simul acclamauerunt: Hoc iustum iudicium. Nouo Paulo Cælestino, nouo Paulo Cyrillo, Cælestino custodi Fidei, Cælestino cum Synodo concordi, Cælestino vniuersa Synodus gratias agit. Vnus Cælestinus, vnus Cyrillus, vna Fides Synodi, vna Fides orbis terrarum.

Interpretatio depositionis.

C Proiectus reuerendissimus Episcopus & Legatus dixit: Litterarum sancti venerandiq. Papæ Cælestini Episcopi formam vestra sanctitas consideret: qui sanctitatem vestram hortatus est, non quasi ignorantem docens, sed tamquam gnaram commonefaciens, vt ea quæ & dudum ante definire, & nunc in memoriam reuocare dignatus est, iuxta communis Fidei regulam, catholicæq. Ecclesiæ vtilitatem, ad finem numeris omnibus absolutum deduci iubeatis.

D Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus dixit: Apostolica & sancta Sedes Cælestini sanctissimi Episcopi, per litteras, quas ad religiosissimos Episcopos, ad Cyrillum, inquam, Alexandrinum, & Iuuenalem Hierosolymitanum, & Rufum Thessalonicensem, necnon ad sanctas Constantinopolis & Antiochiæ ecclesias misit, etiam ante de præsenti negotio sententiam regulamq. præscripsit, quam nos quoque sequuti (cum terminus Nestorio ad emendationem datus dudum iam præterijsset, multumq. præterea temporis post nostrum, iuxta religiosissimi Imperatoris decretũ, in Ephesiorum ciuitatem aduentum fluxisset, atque hic non parum temporis commorati essemus, vt dies ab Imperatore præfinitus, elapsus iam esset; quoniam Nestorius à nobis citatus E non paruit) formam illam executioni mandauimus, canonicum Apostolicumq. iudicium in illum proferentes.

Interpretatio depositionis.

Arcadius reuerendissimus Episcopus & Legatus dixit: Etsi tardus nauigationis progressus, aduersaq. tempestas nos maxime detinuerit, ita vt, sicuti spes erat, ad destinatum locum venire nequiuerimus; attamen Dei gubernatione, ve-

stræq.

ſtræq. beatitudinis, noſtra mediocritas huc applicuit; ipſiq. gratias agimus, quòd beatitudinem veſtram vno in loco, & vna in fide manentem, & pro Eccleſia Dei, quam Dominus noſter
Act.20.f. IESVS Chriſtus ſanguine ſuo acquiſiuit, ſollicitam inuenerimus. Quapropter veſtram beatitudinem rogatam cupimus, vt quæ à veſtra ſanctitate decreta ſunt, ea nobis exponi iubeatis.

Interpretatio depoſitionis.

Philippus presbyter, & Apoſtolicæ Sedis Legatus dixit: Gratias agimus ſanctæ venerandæq. Synodo, quòd litteris ſancti beatiq. Papæ noſtri vobis recitatis, ſanctos cantus ſanctis veſtris vocibus, ſancto capiti veſtro, ſanctis etiam veſtris exclamationibus, exhibueritis. Non enim ignorat veſtra beatitudo, totius Fidei, vel etiam Apoſtolorum caput eſſe beatum Apoſtolum Petrum. Proinde cum noſtra mediocritas multis tempeſtatibus iactata & vexata, ſerius acceſſerit, rogamus vt ea nobis patefieri mandetis, quæ ante aduentum noſtrum in ſancta hac Synodo acta ſunt; quò iuxta beati Papæ noſtri, præſentisq. huius ſancti cœtus ſententiam, nos quoque confirmemus, conformiter eorum depoſitioni.

Theodotus Ancyræ Epiſcopus dixit: Iuſtam eſſe ſanctæ Synodi ſententiam demonſtrauit vniuerſorum Deus per litteras Cæleſtini religioſiſſimi Epiſcopi huc allatas, & per veſtræ pietatis aduentum. Nam Cæleſtini Epiſcopi ſanctiſſimi & beatiſſimi zelum, & in piam Fidem ſtudium demonſtraſtis. Quoniam vero iuſta ratione permota veſtra beatitudo, ex ipſis actorum commentarijs intelligere quæſiuit de Neſtorij depoſitione; iuſtam ſententiam, ſanctæq. Synodi zelum & conſenſum in Fide, quam pijſſimus & ſanctiſſimus Epiſcopus Cæleſtinus magna voce deprædicat, veſtra reuerentia plane certoq. cognoſcet tum è plena fide, quam nos faciemus, tum è reliquis, quæ præſenti adduntur Actioni.

Α τητος, ἐνταῦθα τὸ ἡμῶν μέτριον [a] παρεζήτει· καὶ διὰ τοῦτο [a] ἐζητήσαμεν
χαριζόμεθα αὐτῷ· ἐπειδὴ τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν εἰς ἕνα τόπον, καὶ εἰς μίαν πίστιν, μένουσαν εὕρομεν, μεριμνῶντάς τε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ ἰδίῳ αἵματι [b] περιεποιήσατο. Διὰ τοῦτο αἰτούμεθα τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν, ὅπως τὰ πεπραγμένα ὑφὸ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἡμᾶς διδάσκεσθαι κελεύητε.

[a] ζητήσαμεν
[b] περιεποιήσατο

Ερμηνεία τῆς καθαιρέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἁγιωτάτης καθέδρας, εἶπε· Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ἁγίᾳ, καὶ σεβασμίᾳ συνόδῳ, ὅτι ἀναγινωσκομένων ὑμῖν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου, καὶ μακαρίου Πάπα ἡμῶν, τὰ ἅγια μέλη τῆς ἁγίας [a] ἡμῶν φωναῖς τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ καὶ τῆς ἁγίας ὑμῶν ἐκβοήσατε συνεχάρητε· ἐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἡ ἐ τῶν ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ ἀπόστολος. καὶ ἐπειδὴ νῦν τὸ μέτριον, τὸ ἡμέτερον, πολλοῖς χειμῶσι, καὶ [a] σκυλμῷ βεβαρύτερον περιῆν, διὰ τοῦτο ἐζητήσαμεν, τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ὑπὲρ τῶν ἡμῶν ἀφίξεως πεπραγμένα ἡμῖν φανερωθῆναι, κελεύσατε· ἵνα καὶ τῷ γνησίῳ ἐ μακαρίῳ Πάπα ἡμῶν, ἔτι γε μᾶλλον ἐ ὃ πρόντος ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τῇ αὐτῶν καθέδρᾳ βεβαιώσωμεν.

[a] ἠζητήσαμεν
[a] σκύλμῳ

Θεόδοτος, ἐπίσκοπος Ἀγκύρας, εἶπε· Δικαίαν τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ψῆφον [a] ἔδειξεν ὁ τῶν ὅλων θεὸς, τῇ ἀπροφυτεύτῳ τῶν γραμμάτων ἐ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, ἐ τῇ παρουσίᾳ τῶν ὑμῶν θεοσεβείας· τόν τε γὰρ ζῆλον τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου, Κελεστίνου ἐπισκόπου ἐδείξατε, καὶ τὸν περὶ τὴν ἁγίαν πίστιν αὐτοῦ ζῆλον. ἐπειδὴ οὖν τὰ πεπραγμένα ἐπιζητήσαι ἐλόγως καθαιρεθῆναι ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ὅτι τῷ καθημένῳ Νεστορίῳ πληροφορηθήσεται ὑμῶν ἡ ἐλλάβεια τῆς ψήφου τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τὸν περὶ ζῆλον, καὶ τὴν συμφωνίαν τῆς πίστεως, διὰ καὶ ὁ θεοσεβέστατος ἐ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κελεστῖνος μεγάλῃ κηρύσσει τῇ φωνῇ, δηλαδὴ μὴ [a] τῶν ὑμῶν πληροφορίαν, [a] ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν τῇ πρᾴξει τῇ νῦν ἀποσταλέντων.

[a] ἔδειξε
[a] ἵνα καὶ τὴν

EPISTOLA CAELESTINI Papæ ad Theodoſium Imperatorem.

Cæleſtinus Epiſcopus Theodoſio Aug.

SVfficiat licet, quòd ſollicitudo veſtræ clementiæ circa Fidei catholicæ defenſionem, cui pro Chriſti Dei noſtri amore, qui veſtri Imperij rector eſt, adeſſe modis omnibus feſtinatis, integram immaculatamq. eã, prauorum dogmatum damnato errore, ſeruatis; in hoc ſemper munimen veſtri conſtituentes Imperij, ſcientes regnũ veſtrum ſanctæ religionis obſeruantia communitum firmius duraturum: ſed huic cæleſti curæ vel gloriæ vnuſquiſque noſtrum pro ſacerdotali officio operam noſtram, in quantum valemus, impendimus, & huic Synodo, quam eſſe iuſſiſtis, noſtrã præſentiam in his quos miſimus, exhibemus, pietatem veſtram ſub diuini obſecrantes obteſtatione iudicij, nequid turbidæ nouitati licere veſtra manſuetudo permittat, neve facultas aliqua his qui diuinæ maieſtatis potentiam in humanæ diſputationis rationem artare contendunt, quo perturbetur pax Eccleſiaſtica, tribuatur. Maior vobis Fidei cauſa debet eſſe, quàm regni: ampliusq. pro pace eccleſiarum clementia veſtra debet eſſe ſollicita, quàm pro omnium ſecuritate terrarum. Subſequuntur enim omnia proſpera, ſi primitus quæ Deo ſunt cariora ſeruentur. Abraham fide floruit, omnemq. orbem gloria ſuæ proſperitatis impleuit. Moyſes populi liberator,

rator,zelo*Domini contra eos,si quos à Dei cultu receſſiſſe probarat, armauit. Dauid regem ſua præcepta ſeruantem, in regno, vt ille inimicos ſuos ſubderet, Dominus cuſtodiuit. His rogo exemplorum vallati præſidio, fide, obſeruatione, virtute, vniuerſalis Eccleſiæ in Deum noſtrum piiſſimum cultum, ne ſibi aliquid diſſenſio vindicet,cuſtodite. Pro veſtri enim Imperij *geritur,quidquid pro quiete Eccleſię,vel ſanctæ religionis reuerentia laboratur. Hæc glorioſiſſime & trãquilliſſime Imperator Auguſte, *quæ in veſtro corde eſſe nouimus, Deum illic ineſſe non dubij, auguſtis etiã auribus per fratres & coëpiſcopos meos Arcadiũ & Proiectum, & compreſbyterum meum Philippum, quos miſimus, intimamus; hoc à pietate veſtra ſuppliciter depoſcentes, quod vos habere credamus in votis; vt quod à Deo petitis, hoc in fide ipſius cauſa præſtetis. Data Idibus Maiarum,Baſſo & Antiocho Conss.

f. ſalute

*f. quia

EIVSDEM CAELESTINI Papæ ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum epiſtola.

Celeſtinus Epiſcopus,Cyrillo Epiſcopo Alexãdrino.

INtelligo ſententiam ſapientiſſimi Salomonis impletam. Non enim aliter quàm ſitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per litteras tuæ dilectionis accepi, quæ nos inuicem noſtri conſilij participatione coniungunt. Indifficulter eſt eccleſiarum & catholicæ Fidei ſperanda tranquillitas, quando pro hac elaborare Chriſtianiſſimos Principes ſic videmus. Non eſt inefficax in diuinis maxime cauſis cura regalis,quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breuiter reſpon-

Prouer.25 d.25.

Prouer.21 d.1.

Simili etiam modo si qui inuenti fuerint, vel Episcopi, vel Clerici, vel laici, siue sentire, siue docere ea quæ continentur in oblata expositione à Charisio presbytero de vnigeniti Filij Dei incarnatione, siue scelerata & peruersa Nestorij B dogmata, quæ & subnexa sunt; subiaceant sententiæ sanctæ huius & vniuersalis Synodi:vt videlicet Episcopus quidem remoueatur ab episcopatu, & sit depositus; Clericus vero similiter excidat à clericatu: si vero laicus quis sit, & ipse anathematizetur,sicut superius dictum est.

Timotheum presbyterum.

Seuerus Episcopus Synnadorum subscripsi.

Rheginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.

** Herennianus Episcopus Myron subscripsi.* *Serenianus Episc. Myrenliũ

Valerianus Episcopus Iconij subscripsi.

C *Tius Episcopus Pisinuntorum metropolis subscripsi.*

Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiadis subscripsi.

Meonius Episcopus ecclesiæ quæ est Sardibus Lydiæ,subscripsi.

Hellanicus Episcopus Rhodi subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.

Aristonicus Episcopus Laodiciæ subscripsi.

Paralius Episcopus Andraporum subscripsi.

Olympius Episcopus Claudiopolis subscripsi per Episcopum Epiphanium & Theosebium.

** Dinatus Episcopus Nicopolis Epiri subscripsi.* * Donatus

Domninus Episcopus ciuitatis Cotiæ subscripsi.

Eustathius Episcopus ciuitatis Docimi subscripsi.

D *Epiphanius Episcopus ciuitatis Cratiæ subscripsi.*

Gregorius Episcopus ciuitatis Cerasuntis subscripsi.

Helladius Episcopus Adramyti subscripsi.

Anysius Episcopus ciuitatis Thebarum Græciæ subscripsi.

Domninus Episcopus ciuitatis Opuntis subscripsi.

Callicrates Episcopus ciuitatis Naupacti subscripsi.

Nicias Episcopus ciuitatis Megarensium subscripsi.

Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.

*Petrus Episcopus minimus ciuitatis * Pruseos subscripsi.* *Cruſæ

** Eutrepius Episcopus Vizes subscripsi.* * Eupreprius Episc. Bizyæ

Dion Episcopus ciuitatis Thebarum subscripsi.

E *Perrebius Episcopus Saltuum Thessalonicensium subscripsi.*

Paulus Episcopus ciuitatis Anthedonis subscripsi.

Theodorus Episcopus ciuitatis Aninysiorum subscripsi.

Eusebius Episcopus Heracleæ subscripsi.

Ioannes Episcopus Lesboselenensis subscripsi.

Senecion Episcopus Codrinæ ciuitatis subscripsi.

Tribonianus Episcopus ecclesiæ quæ est Primopolis, subscripsi.

Martyrius Episcopus ciuitatis Helystrorum subscripsi.

Nestus Episcopus Corybrassi subscripsi.

Acacius Episcopus Cotenorum subscripsi.

Ablauius Episcopus ciuitatis Amorij subscripsi.

Hera-

Athanasius Episcopus ciuitatis Scotiscorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Cinnæ subscripsi.
Felix Episcopus ciuitatis Apolloniæ subscripsi.
Timotheus Episcopus prouinciæ Scythiæ ciuitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus ciuitatis Gnossi subscripsi.
Paulianus Episcopus Maiumæ subscripsi.
Phœbammon Episcopus Copti subscripsi.
Pabiscus Episcopus Apollonis subscripsi.
Andreas Episcopus Hermopolis subscripsi.
Phaniæ minimus Episcopus ciuitatis Arpasorum subscripsi.
Theosebius Episcopus ciuitatis Prienes subscripsi.
Maximus Episcopus Assi Asiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Phocæorum subscripsi.
[a] Sattudēsis *Hermolaus minimus Episcopus [a] Attudæorum subscr.*

Theodorus Episcopus Gadarorum subscripsi manu Actherij Archidiaconi.
Athanasius Episcopus [a] Pari insulæ subscripsi. [a] Parosiethi
Paulus Episcopus [a] Orymnorum subscripsi. [a] Thrymnis
Timotheus Episcopus Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezopolitarum subscripsi.
Theodorus Episcopus ciuitatis Echinæi subscripsi.
Cæsarius Episcopus ciuitatis Sartæ subscripsi.
Stephanus Episcopus Gaiopoleos Asiæ subscripsi.
Theodulus Episcopus Heluſæ subscripsi.
Theodorus Episcopus Aribdilæ subscripsi.
Letoius Episcopus Libyadis subscripsi.
Aristocrates Episcopus Olympi subscripsi.
Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginiensis subscripsi.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕξανδρείας ὁμιλία, λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ, πρὶν συνεχθῆναι ὑπὸ τοῦ κόμητος, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν φυλαχθῆναι.

CYRILLI EPISCOPI ALExandrini homilia Ephesi habita priusquam à Comite comprehenderetur, militibusq. asseruandus traderetur.

Ὁ μακάριος προφήτης Δαυὶδ τοὺς ἐπὶ θεῷ πεποιθότας, [a] διπλοκάρδιους ὀνομάζει, λέγων· ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ κύριον. τὰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀγαθείοις φυτὰ τῆς ἀφθονωτάτης τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοαῖς αὔξεται, καὶ τίθηλε, καὶ εἰς ὕψος αἴρεται μέγα· ψυχὴ δὲ ἀνδρὸς τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀγαθαῖς παρακλήσεσιν [a] ἀνδρίζεται πρὸς ἀρετὴν· βεβαιοῦται πρὸς πίστιν· ἄθραυστον δέχεται τὴν ὑπομονήν· διὸ δὴ μάλιστα πασῶν τῶν ἄλλων ἀρετῶν ὁ μακάριος Παῦλος πρωτεύειν αὐτὴν φησίν· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. ἔστι τοίνυν ἡ ὑπομονὴ πάντας ἡμῖν ἀγαθοῦ παρέχεσθαι, καὶ παρασκευάζειν, ὁδὸς οὖσα εἰς δοκίμησιν, τροφὸς ἐλπίδος, τῆς εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. κατορθώσωμεν δὲ τὴν ὑπομονὴν τίνα τρόπον; ἡ θεία διδάσκει λέγουσα γραφή· τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν τῷ κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν· εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως δοκιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον; οὐκ ἦν δίχα πόνου κατορθοῦν δυνατὸν τὸ ἀγαθόν; οὐδαμῶς, φησὶ· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; πολλοὶ γὰρ λῃσταὶ οἱ τῆς ἁγίους ἐπιβουλεύοντες, καὶ δεινὸς ὠρὲ αὐτοὺς ὁ πόλεμος. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔλεγεν ὁ σωτήρ· θλῖψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. οὕτως, ἐπειδήπερ πολὺς πανταχόθεν τῶν ἁγίων ὁ πόλεμος, ἀντιφέρεσθαι γενναίως ἀναγκαῖον αὐτοὺς ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐφόδοις, διαμεμνῆσθαι δὲ τοῦ λέγοντος μακαρίου· μακάριος ἀνήρ, ὃς ὑπομένει θλῖψιν, ἐν πειρασμῷ· ὅτι δόκιμος γενόμενος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. βάλλομαι

[a] διπλοκάρδιους

BEatus propheta Dauid eos qui spem suam in Deum defixam habent, animosissimos ostendit, dicens: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes sperantes in Dominum. Etenim plãtæ, quæ in amœnissimis hortis sunt, vberrimis aquarum fluentis irrigatæ crescunt, ac virescunt, & in magnam proceritatem erigũtur: animus autem humanus Spiritus sancti consolationibus augescit ad pietatem, cõfirmatur ad fidem, & infractam acquirit patientiam, quam beatus Paulus inter omnes alias virtutes potissimum demiratur, ita dicens: Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus; scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Omne itaque bonum patientia nobis suppeditat atque conciliat; via est ad probationem, speiq. futuræ vitæ nutrix. At quibus rationibus comparetur, id diuina nos Scriptura edocet. Fili (inquit illa) accedens ad seruitutem Dei, prępara animam tuam ad tentationem; dirige cor tuum; & constans esto. Sed dixerit forte quispiam: Poterat ne homo alia via ad vitam probatam peruenire? poterat ne absque labore bonum consequi? Nequaquam, ait. Cur ita? Nam sancti quàmplurimorum patent insidijs, & atrox vbique bellum eos infestat. Hinc & Saluator quoque aiebat: In mundo tribulationem habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Quia ergo multa vndecunque bella aduersus sanctos insurgunt, operæpretium est vt viriliter tentationum insultibus resistant, & discipuli dictum in memoria semper habeant: Beatus, ait, vir qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromisit Deus diligentibus se. Lubet autem ex

Psal.30.d. 25.
Rom.5.a. 3.
Eccli.2.a.
Ioan.16. d.33.
Iacob.1.b. 12.

ex antiquorum geſtis aliquod vobis exemplum recenſere, vt ſpiritalis fortitudinis finem pernoſcatis. Babyloniorum tyranni, & qui apud illam gentem regni adminiſtrationem obtinebant, ſemper quodammodo ad crudelitatem, atque ad faſtum & ſuperbiam propenſiores extiterunt: quare humanæ condicionis limites egreſſi, dignitatem, quæ ſummo ſoliq. Deo debetur, ad ſeipſos rapere non dubitabant. Itaque deteſtandus ille Nabuchodonoſor auream ſtatuam erexit: hæc autem cum bene ſonantium inſtrumentorũ clangore celebraretur, mandauit ſubditis populis vt illam proni adorarent. Illi vero (quippe quibus vſitatum eſſet creaturam potius quàm creatorem Deum colere) promptiſſime ad id proruerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Poſteaquam vero Babylonij Hebræorum filios, Ananiam videlicet, Azariam & Miſaëlem, in medium produxiſſent, auream ſtatuam adorare iuſſerunt; genusq. illud nobiliſſimum, ac Deo amabile ad eamdem impietatem, qua ipſi tenebantur, delabi compellebant, nempe ad aureæ ſtatuæ adorationem. Sed nihil quidem promouerunt. At vero illorum pietate victi ac ſuperati, incendij cruciatum illis intulerunt. Crimen autem, quod violenter circumuentis imponebatur, erat firmitas in fide, conſtantia in pietate, humanæ culturæ deteſtatio, denique ea nolle ſapere, quæ diuinam naturam iniuria afficerent. At poſteaquam in caminum ignis proiecti ſunt, tunc ſane, tunc magna ineffabilis potentiæ accidit demonſtratio. Etenim elementi vis demutata eſt in id quod præter ſuam naturam erat; ignisq. creatoris nutui ceſſit, & flamma in ventum roris ſibilantem conuerſa eſt. Cum autem adoleſcentuli illi cæleſtis auxilij præſentiam animaduertiſſent, in ignis camino pſallebant, diuinisq. laudibus flammarum æſtum ſedabant. Caminus ille figura erat Eccleſiæ, quæ ſanctos habet choris tripudijsq. exultantes; nec homines tantum, verum etiam Angelos. Virorum iſtorum obſtupuiſti virtutem, laudaſti patientiam, pietatis magnitudinem commendaſti: ſpectemus nunc quo loco res noſtræ ſint conſtitutæ. Illi quidem ſub tyrannis barbaris degebant: nos vero ſub pij imperij ſceptris, illos pijſſime affectos habentes, qui omnium rerum obtinent principatum; quomodo inimicis noſtris cedemus? Nam etſi illi inſidiarum caminum accendunt, peruerſitatisq. flammas exſuſcitant, hominis culturam nobis inducentes: attamen Deum habemus in cælo; ipſum colemus, proniq. adorabimus. etenim cum Deus natura ſit, factus eſt homo nobis ſimilis; non quidem diuinitatem amittens, ſed humanam naturam honore eucheus; potens eſt eripere nos. Nos enim pijſſimorum Imperatorum noſtrorum fidem ſequuti, ingentiq. ipſorum manſuetudine freti, aduerſariorum improbitatem non feremus, & Emmanuelem Deum eſſe natura profitebimur. Quandoquidem ſi id prædicauerimus, enumq. in modum affecti fuerimus, plurimam conſequemur remunerationem. Et qualis hæc eſt? Ipſemet Chriſtus nos edocet. Ait enim: Omnis ergo quicum-

Daniel 3.

Rom. 1. d. 23.

Ibid. c. 25.

Matth. 10 d. 32.

A δέ τι τῶν ἀρχαιοτέρων ἀφηγήσασθαι πραγμάτων· ἵνα μάθητε τῆς πνευματικῆς ἀνδρείας τὸ τέλος. οἱ Βαβυλωνίων τύραννοι, ὃ τοὺς τῆς παρ' αὐτοῖς βασιλείας διέποντες θρόνους, ἐπιμόνῳ πως αἰεὶ γεγένηντο πρὸς ὠμότητα, καὶ ὑπερηφάνειαν· καὶ τοὺς τῆς ἀνθρωπότητος ὑπερβαίνοντες ὅρους, τὸ μόνῳ πρέπον ἀξίωμα τῷ ὄντι πάντων θεῷ, εἰς ἑαυτοὺς ἁρπάζειν ἤθελον. καὶ σαφῶς ὁ ἐπάρατος Ναβυχοδονόσορ εἰκόνα μὲν εἰκόνα χρυσῆν· ὑπηχούντων ᾗ αὐτῇ τῶν δι' ὅλου πάντων ὀργάνων, προσκυνεῖν ἐκέλευε τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς· οἱ ᾗ οὐκ ἀμελέτητον ἔχοντες τὸ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα θεόν, ἐπιμόνως μὲν πρὸς ἅπαν ἐβάδιζον. ἤλλαξαν ᾗ τὴν δόξαν ἃ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου. ἐπειδὴ ᾗ τοὺς Ἑβραίων παῖδας ἤγαγον εἰς μέσον οἱ Βαβυλώνιοι· Ἀνανίαν ᾗ λέγω, καὶ Ἀζαρίαν, καὶ Μισαήλ, προσκυνεῖν ἐκέλευον τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ· ἃ δὴ παρανόμως ἠνάγκαζον, καὶ φιλόθεον καταβιάζοντο θεὸς εἰς τὴν ἴσην αὐτοῖς καταλιθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ προσκυνῆσαι τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ. ἀλλ' ἦνυον οὐδέν· ἡττώμενοι δὲ τῆς ἐκείνων φιλοθεΐας, τῷ δεῖν πυρὸς αὐτοῖς ἐπήγαγον κόλασιν. ἔγκλημα δὲ ἦν τοῖς περιεστοιχισμένοις τὸ βέβαιον εἰς πίστιν, τὸ πεπηγὸς εἰς εὐσέβειαν, ἀνθρωπαρεσκείας παραίτησις, καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι φρονεῖν, ἅπερ τῷ θείῳ προσβλάπτει φύσιν. ἐπειδὴ δὲ ἐνεβλήθησαν εἰς τὸν κάμινον τοῦ πυρὸς, τότε δὴ, τότε τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως μεγάλη γέγονεν ἡ ἐπίδειξις. μετεσκευάζετο γὰρ τῶν στοιχείων ἡ δύναμις εἰς τὸ παρὰ φύσιν· καὶ τῆς τοῦ κτίσαντος νεύμασι παρεχώρει τὸ πῦρ· καὶ εἰς πνεῦμα θρόου διασυρίζον ἡ φλὸξ μετεπλάττετο. αἰσθόμενοι δὲ τῆς ἀνωθεν ἐπικουρίας οἱ νεανίαι, ἦδον ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, τῆς εἰς θεὸν ὑμνῳδίας ἐξημερεῦντες τὸ πῦρ. ἐκκλησίας τύπος ἡ κάμινος ἦν, ἀγίους ἔχουσα χορεύτας, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλους. πεφώνακας τῶν ἀνδρῶν τὴν ἀρετὴν· ἐστήνεσας τὴν ὑπομονὴν, τῆς φιλοθεΐας τὸ μέγεθος. ἴδωμεν, ἐν τίσι τὰ καθ' ἡμᾶς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑπὸ τυράννοις ἦσαν βαρβάροις· ἡμᾶς ᾗ ὑπὸ σκήπτροις ἔχουσι βίοις, ἐυσεβεστάτους ἔχοντας τοὺς τῶν ὅλων κρατοῦντας πραγμάτων, πῶς ἐνδώσομεν τοῖς ἐχθροῖς; εἰ γὰρ καὶ κάμινον αἰθάπτουσιν ἐπιβουλοὶ, ἀλλὰ φλόγας ἐμέρισαι δυσεροπίας, ἀνθρωπαρεσκείαν ἡμῖν εἰσφέροντες· ἀλλ' ἡμεῖς ἔχομεν θεὸν ἐν οὐρανῷ, οὗπερ προσκυνήσομεν. θεὸς γὰρ ὢν φύσει, γέγονε καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι θεὸς· πρόσεστι ᾗ τῷ τῶν ἀνθρώπων φύσει· δυνατὸς ἐστιν ἐξελέσθαι ἡμᾶς. ἡμεῖς γὰρ τῇ πίστει τῶν εὐσεβεστάτων ἐσμὲν βασιλέων, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἡμερότητος εἰδότες τὸ μέγεθος, τῆς τῶν ἐναντίων σκαιότητα οὐκ αἰτιώμεθα. ὁμολογοῦμεν ᾗ, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Ἐμμανουὴλ· καὶ τοῦτο λέγοντες, οὕτω τι ᾠκειωμένοι, τελείαν ἔσαν ἀπεκδεχόμεθα τὴν ἀντιμισθίαν· καὶ πόθεν τοῦτο; αὐτὸς ἡμᾶς διδάσκει λέγων· πᾶς οὖν ὅς τις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ

κ. ἴσως, μεταλήψεται.

κ. ἀνθρωπαρεσκείαν

κ. ἀφιστᾶσα

κ. ἀφιστάνομεν.

κ. ἀλλοῖον

ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸν ὁ λέγων, ὅτι θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐπιτιμᾷ· ἀρνεῖται δὲ πάλιν ὁ μὴ λέγων, ὅτι θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁμολογοῦσι μαχόμενος. οὐκοῦν ἀρνήσεται μὲν ἐκείνους, ὁμολογήσει δὲ ἡμᾶς ὁ πάντων σωτήρ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A cumque me confitebitur corã hominibus, & ego cõfitebor eum coram Patre meo, qui est in cælis. Quicumque autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Ille autem Christum confitetur, qui verũ illum Deum esse dicit; eosq. qui non credunt, reprehendit. Christum rursum negat, qui ipsum verum esse Deum non affirmat, sed & eos quoque qui id confitentur, impugnat. Itaque negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium Saluator: per quem, & cum quo Deo & Patri cum Spiritu sancto est gloria & potestas in sæcula. Amen.

ΤΑ ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΑΤΙΚΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ.

ACTA CONCILIABVLI.

ΑΝΑΦΟΡΑ ΤΩΝ ΑΝΑΤΟΛΙΚΩΝ πρὸς τὸν βασιλέα· ἧς προέταξαν τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων, ἀναγαγόντες τὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τυπωθέντα ἐπὶ τοῖς προδοθεῖσιν αὐτῇ λιβέλλοις παρὰ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος, τῶν ἁγιωτάτων· ἥτις ἐστάλη Εἰρηναίῳ κόμητι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀπεδόθη.

RELATIO ORIENTALIVM ad Imperatorem, cui Symbolum sanctorum Nicænorum Patrum præposuerunt, referentes de sanctæ & œcumenicæ Synodi decretis super libellis, quos sanctissimi Cyrillus & Memnon ipsi obtulerunt. Fuit autem relatio hæc ad Irenæum Comitem missa, & per ipsum Imperatori exhibita.

Ὀρήνων ὡς ἀληθῶς, καὶ δακρύων, καὶ ὀδυρμῶν ἄξια τὰ ὑπὸ τῶν λεγομένων ἐπισκόπων τολμώμενα· ὡς ἐν σκηνῇ καὶ θεάτρῳ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ ἄρρητα τῆς ἐκκλησίας μυστήρια παίζουσι. καθαιρεθέντες γὰρ ὑφ' ἡμῶν, διὰ τὰς πολλὰς αὐτῶν παρανομίας, Κύριλλος, καὶ Μέμνων, καὶ διὰ τὸ δυσσεβὲς Απολιναρίου φρόνημα, ὃ ἐν τοῖς κεφαλαίοις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν εὑρήκαμεν, λιβέλλους, ὡς ἔγνωμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἔδοσαν τοῖς λοιποῖς, τὰ ἄθεσμα ἐκεῖνα πεποιηκόσι, καὶ τοῖς κεφαλαίοις ἐκείνοις τοῖς αἱρετικοῖς, καθυπογράψασιν, καὶ διὰ τοῦτο παρ' ἡμῶν τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὑποβληθέντες ἐπιτιμίῳ, ὡς παρ' ἡμῶν ἀδικηθέντες, καὶ δικαστᾶις χρησάμενοι τοῖς ὑπευθύνοις οὖσι, καὶ τοῖς ἴσοις ἐγκλήμασιν ὑποκειμένοις, ἐκάλεσαν ἡμᾶς εἰς κριτήριον, τοὺς ἀκήρατον τῆς ὀρθοδοξίας τὴν πίστιν διαφυλάττειν προαιρουμένους. εἶτα ἡμῶν ἀκολούθως ἀποκριναμένων, ὡς χρὴ ἀναμεῖναι τὰ παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τυπούμενα,

NAE temerarij eorum conatus qui Episcopi dicuntur, lamentatione, lacrymis & luctu sunt digni: siquidem etiam magna illa, secretaq. Ecclesiæ mysteria, tamquam in scena ac theatro, ludibrio exponunt. Etenim Cyrillus & Memnon propter multa scelera, impiumq. Apollinarismum, quem ex capitibus, quæ ipse [Cyrillus] emisit, deprehendimus, à nobis exauctorati, libellos quosdã, vt in præsentia accepimus, reliquis qui illa scelera perpetrauerant, & illis hæreticis capitibus subscripserant, exhibuerunt, atque ob id excõmunicationis censuræ à nobis subiecti, tamquã iniuria fuissent à nobis affecti, iudicibusq. vsi præuaricatę legis reis, ijsdemq. criminibus implicatis, nos, quibus propositum fuit orthodoxam Fidem integram conseruare, in iudicium vocauerunt. Postea vero, cum competenter respondissemus, pietatis vestræ placitum hac de re expectari oportere, atque hæc etiam bis

Innocentium absolutionem id fuisse indicare videntur.

Omnia hæc mera mendacia sunt, & calumniosa impostura.

Schismatici ad Synodum citati, comparere non sunt ausi, vt ipsimet fatentur.

bis & ter dixiſſemus; pietatis ſanctiones pro nihilo ducentes, functionem ſacerdotalem, vt ſibi perſuadent, illis reſtituerunt: idem moliti, ac ſi quis, cum ipſe ſit ligatus, neque ſemetipſum à vinculis expedire valeat, alium tamen ſoluere conetur. Nam ſi Memnonis & Cyrilli depoſitio à nobis facta, valida non fuiſſet; nec libellos exhiberi, nec depoſitos abſolui, quod ipſi putant, oportebat. Sin autem ea exauctoratio vere iuſta legitimaq. fuit, vt revera fuit; horum quoque excommunicatio, perinde ac depoſitio, iuſta validaq. exiſtet. ab ijſdem enim hæc & illa manauit. Hæc cum ita ſe habeant, quomodo excommunicationis vinculis innodati, & omni ſacerdotali functione priuati, depoſitis ſacerdotij miniſterium reſtituere potuerunt? idq. maioribus quoque ſeſe inuoluentes criminibus? Quippe excommunicati cum eſſent, communionem temere attentarunt, & cum depoſitis, etiam ante ridiculam illam abſolutionem, contra iura communicauerunt. Rogamus itaque Maieſtatem veſtram, ne Eccleſiaſticas leges proculcatas neglectui habeat; ſed vt Fidem impugnatã, quàm celerrime vindicet; nobisq. inſidijs appetitis (nã ſexcenta mala, eaq. extrema, minantur) ſuccurrat, & hinc liberatos ad regiam ciuitatem euocet; vt corã pietate veſtra illorum iniquitatem & impietatem redarguamus. Perſuaſum enim habemus, fieri non poſſe, vt legitimo ordine, quæ propoſita ſunt, conſtituantur, niſi veſtræ Maieſtatis auctoritas intercedat. Quòd ſi hoc ſerenitati veſtræ non probatur, ſupplicamus Nicomediam accerſiri, vt expedite, quæ acta ſunt, dominationi veſtræ ſignificemus, veſtræq. pietatis ſanctiones accipiamus. Obſecramus etiam celſitudinem veſtram Chriſto dilectã, vt cum quolibet Metropolitano duo dumtaxat religioſiſſimi Epiſcopi conuocentur. Nam multitudo ad dogmatum quidem inquiſitionem ſuperflua eſt, ſolum vero nouit excitare tumultus. Quamobrem & ſupra memorati multitudine ſtipati venerunt, hac ſola cõfidentes, non autem veritate, aut dogmatum rectitudine: atque hoc vnum ſtudẽt, vt hominum turba quod volunt efficiant, ſubſcriptionumq. multitudine animos fallaciter occupent. Nos vero veſtro edicto obſequentes, & paucos quoſdam ad dogmatũ examinationem plus ſatis futuros arbitrantes, tres tantũ ex qualibet prouincia huc acceſſimus, veſtræq. pietatis decreta perpetuo obſeruantes, pijſſimos Epiſcopos iſtuc non amandauimus, vt fecerũt illi, qui omnia facile audẽt; ſed quæ oportuit, per litteras ſignificauimus: hoc vnum ob oculos verſantes, ne pijs veſtris decretis obſiſtamus. Ad hæc pietatem veſtram obnixe obteſtamur, vt omnibus præcipiat, vt Fidei in ciuitate Nicæna expoſitæ (quam huic quoque epiſtolæ noſtræ præpoſuimus) ſubſcribant; nihilq. peregrinum ipſi adſuant, neque Dominũ noſtrum IESVM Chriſtum purum hominem eſſe dicant: nam & Deus perfectus eſt, & homo perfectus: neque Chriſti Deitatem patibilem inducant: vtrumque enim æque temerarium eſt.

Schiſmatici Synodũ Conſtantinopolim aut Nicomediam dolo ſe transferri effingunt.

Schiſmatici damnatorum ſuam vbi obſe ex ſimulatione, orthodoxorum multitudinem in contemptum adducere ſtudent.

Sed tamen alios ſubornaſſe, qui multo plus poterant, quàm veri ſchiſmatici Epiſcopi.

A καὶ δὶς, καὶ τρὶς τῶν αὐτῶν ἱερηχότων, παιδιὰν ἡγησάμενοι τοὺς τῆς ἀσεβείας δεσμοὺς, ἀπέδοσαν αὐτοῖς, ὡς μὲ νομίζοντι, τὴν ἱερωσύνην, ὅμοια ποιοῦντες, ὥσπερ εἴ τις δεδεμένος, καὶ ἑαυτὸν τῶν δεσμῶν ἀπαλλάξαι μὴ δυνάμενος, ἕτερον λύειν ἐπιχειρήσειεν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀξιόχρεως ἰδεῖν ἡ παρ' ἡμῶν γνωμένη Μέμνονος καὶ Κυρίλλου καθαίρεσις, ἐχρῆν μηδὲ λιβέλλους δοθῆναι, μηδὲ λυθῆναι, ὡς γε νομίζουσι, τοὺς καθαιρεθέντας· εἰ δὲ ἀληθῶς, ὥσπερ οὖν ἀληθῶς, ἀξιόχρεως ἰδεῖν, καὶ ἡ ἀκοινωνησία ὡσαύτως ἀξιόπιστος, καὶ βεβαία· ἀφ' γὰρ τῶν αὐτῶν αὕτη, κἀκείνη γεγένηται. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, πῶς οἷόν τε ἦν τοὺς ἀκοινωνήτους, καὶ πάσης B ἱερωσύνης κεκωλυμένους, τοῖς καθῃρημένοις ἱερωσύνην δοσθῆναι; καὶ τοῦτο μείζοσιν ἐγκλήμασιν ἑαυτοὺς περιπείραντας; ἀκοινώνητοι γὰρ ὄντες, τῆς τε κοινωνίας κατετόλμησαν, καὶ τοῖς καθῃρημένοις ἀφανῶς ἐκοινώνησαν, καὶ πρὸ τῆς κατακελεύσεως λύσεως. δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, μὴ παριδεῖν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παρανομίας δεσμούς· ἀλλ' ὡς τάχιστα ἐπαμῦναι τῇ πίστει πολεμουμένῃ, καὶ ἡμῖν ὑπερβαλλομένοις· μυρία γὰρ ἡμῖν ἀπώλεσαν αἰτίαις, καὶ κελεύουσιν ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ εἰς τὴν C βασιλίδα πόλιν ἀφικέσθαι· ἵνα ὑπὸ τῆς ἀσεβείας τῆς ὑμετέρας καὶ τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, καὶ τὴν ἀσέβειαν διελέγξωμεν. ἀδύνατον γὰρ, ὡς ἡγούμεθα, ἅπαντα τοῦ ὑμετέρου κράτους ἀνύεσθαι, καὶ ἐνθέσμως τὰ προκείμενα τυποῦσθαι· εἰ μὴ τάχος μὴ ἀφίξεται ὑμῶν τῇ γαλήνῃ, εἰς τὴν Νικομήδειαν μεταβῆναι ἀφικνούμεθα· ἵνα ῥᾳδίως καὶ τὰ γινόμενα δηλῶμεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας ἀσεβείας δεχώμεθα τύπους. παρεύχεσθαι δὲ ἀφικνούμεθα τὴν φιλόχριστον ὑμῶν κεφαλὴν μὴ ἐκάστου μητροπολίτου δύο μόνους θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους συγκληθῆναι· τὸ γὰρ πλῆθος ἄφετον μὲν εἰς δογμάτων D ζήτησιν, θορύβους δὲ μόνον οἶδεν ἐργάζεσθαι. διὸ καὶ οἱ παρεσκευασμένοι μὴ πλήθους παρεδρεύσαντο· τούτῳ μὲν νῦν θαῤῥοῦντες, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν, καὶ δογμάτων ὀρθότητα, καὶ σκοπὸν ἔχοντες ἀφ' τοῦ πλήθους τὴν οἰκείαν ψῆφον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑπογραφῶν σωφρονίσαι. ἡμεῖς δὲ καὶ τῷ ὑμετέρῳ θεσπίσματι πιθόμενοι, καὶ νομίσαντες ὀλίγους ἐξαρκεῖν εἰς ζήτησιν δογμάτων, τρεῖς ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐλαλύθαμεν· καὶ μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς τῆς ὑμετέρας E ἀσεβείας ὅρους φυλάττοντες, τὸν ἀπεσταλμένον αὐτοῖς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, ὡς οἱ πάντα δικαίως πολιοῦντες πεποιήκασιν· ἀλλὰ καὶ γραμμάτων ἃ ἐχρῆν ἐδιδάξαμεν, σκοπὸν ἔχοντες, μὴ ἀντιπίπτειν τοῖς ἀσεβέσιν ὑμῶν θεσπίσμασι. ὡς δὲ τούτοις ἀντιβολῶμεν ὑμῶν τὴν ἀσέβειαν, κελεύσαι πάντως τῇ καθ' Νίκαιαν ὑπογράψαι πίστει, ἣν τούτων ἡμῶν προεπέξαμεν τῶν γραμμάτων, καὶ μηδὲν αὐτῇ ξένον ἐπισυνάγειν, μήτε ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν λέγοντας· θεὸς γάρ ἐστι τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος· μή τι παθητὸν εἰσάγειν τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ· πολυθρύλητον γὰρ ὄντως ἐκάστοτε.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΧΙΣΤΩΝ. A

Η ἁγία συνοδος, ἥτις τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐκ διαφόρων διοικήσεων, καὶ ἐπαρχιῶν συνηγμένοι, Βιθυνίας, Πισιδίας, καὶ Καππαδοκίας δευτέρας, Παφλαγονίας, Εὐρώπης, Μυσίας, Ροδόπης, Θεσσαλίας, διελάλησαν τὰ ὑποτεταγμένα.

Τῶν ἐναγχος ἀναφυέντων ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα ζητημάτων, εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν συγκληθέντες ὑπὸ τῶν δικαίως βασιλεύειν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δοκιμασθέντων, καὶ τοὺς οἴακας τῆς οἰκουμένης ἐγχειρισθέντων, τῶν σοφῶς τε, καὶ εὐσεβῶς τοὺς ὑπηκόους Βιθυνόντων διοικούντων, εὐκόνως τῷ ἱερημένῳ καταλάβομεν πόλιν. χρόνου δὲ τριβέντος οὐκ ὀλίγου, διὰ τὰς γεγενημένας ὑπὸ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος ταραχὰς, καὶ δὴ, ἐκ τῆς χαμαιτύπων φοιτησάσης διὰ τῶν ἡμετέρων βασιλέων, παρεγγυώντων τῷ δεσμῷ τῆς εἰρήνης ἑνῶσαι τὰς ἁπανταχοῦ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ διορθῶσαι τῇ ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων ἐκτεθείσῃ πίστει, ἐκβαλόμενον δηλαδὴ τῶν ἀναφυέντων σκανδάλων, ἐπεχειρήσαμεν μὲν τοὺς τὰ τοῦ Αἰγυπτίου Κυρίλλου φρονήσαντας ἀποκόπους, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐκτεθείσιν αἱρετικοῖς κεφαλαίοις καθυποχρέωσαντας, πῶσαν αὐτοὺς ἐκεῖνα τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμαινόμενα σαφῶς, διορθώσασθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ γνωμένῃ ἐκθέσει, καὶ τὸ θεσπισμα τῶν Φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων. μὴ δυνηθέντας δὲ αὐτοὺς πῶσαν, διὰ τὴν κακῶς γνωμένην αὐτοῖς περὶ λήψιν, ἠναγκάσθημεν οἱ τῇ ὑγιεῖ τῶν πατέρων ἡμῶν πίστει, καὶ μηδὲν αὐτῇ ξένον παρεισαχθῆναι συγχωρήσαντας, τούτῳ ἐγγράφως ἐκθέσθαι, καὶ τῆς διορθωτικῆς τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν βεβαιῶσαι. ἀρκεῖ δὲ τῶν ὀλίγων τούτων ῥημάτων ἡ ἔκθεσις, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάξαι τὸ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἀληθείας ὑποδεῖξαι τὸν τρόπον, καὶ τῆς αἱρετικῆς κακοδοξίας ἐλέγξαι τὸν πλάνον. ἔστι δὲ ἡ ἔκθεσις τῆς πίστεως αὕτη.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων, ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα· καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκ δεξιᾶς τοῦ πατρὸς καθεσθέντα, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ· πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ· ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

DE SCHISMATICIS.

Sacra diœceſeos Orientalis Synodus, ceteriq. vnà cum ipſis ex diuerſis prouincijs ac diœceſibus congregati, videlicet ex Bythinia, Piſidia, & Cappadocia ſecunda, Paphlagonia, Europa, Myſia, Rhodope, Theſſalia, interlocuti ſunt quæ ſequuntur,

PRopter Eccleſiaſticas quaſdam controuerſias nuper enatas Epheſum ab illis conuocati, quos Deus ad iuſte regnandum ſelegit, & ad orbis terræ gubernaculum inſtituit, quiq. ſubditos ſapienter ac pie regunt, impigre ad dictam ciuitatem nos contulimus. Cum autem non parum téporis propter turbas à Cyrillo & Memnone excitatas in caſſum fluxiſſet, ſecundisq. ac tertijs deſtinatis pientiſſimorum Chriſtiq. amantiũ Imperatorum noſtrorum litteris præceptum eſſet, vt Dei Eccleſię, quæ vbique ſunt, pacis vinculo coniungerentur, necnon in Fidei expoſitione, quam beati Patres apud Nicænam ciuitatẽ ediderant, acquieſcerent, exortis videlicet ſcandalis è medio ſublatis, conati ſumus Epiſcopos cum Aegyptij Cyrilli ſententia facientes, hæreticisq. illius expoſitis capitibus adſtipulatos, inducere, vt [capita] illa orthodoxæ Fidei aperte repugnantia condemnarent, & expoſitione Nicæna contenti eſſent, iuxta Chriſtianiſſimorum Imperatorum noſtrorum ſanctionem. Verum cum hoc illis (quòd nimirum peruerſa opinio animos illorum præoccupaſſet) perſuadere nõ poſſemus; nos ſanam Patrum Fidem ſectantes, nihilq. extraneum illi admiſceri patientes, hanc noſtram confeſſionem in ſcriptis exponere, ſubſcriptionibusq. confirmare compulſi ſumus. Horum namque paucorum verborum expoſitio ſufficit cum ad pietatis doctrinam exacte tradendam, tum ad veritatis viam oſtendendam, tum ad redarguendos hæreticæ prauitatis errores & impoſturas. Habet autem ea Fidei expoſitio hunc in modum.

Quomodo de pace cum Synodi Patribus tractarint, quã numquã prodire ausi fuiſſent.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum IESVM Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre vnigenitum, hoc eſt, ex Patris ſubſtantia: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus: paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & aſcendit in cælos, ſedetq. in dextera Patris: & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando, cum non erat, & antequam naſceretur, non erat, quòdq. ex nihilo, aut ex alia ſubſtantia, aut eſſentia factus eſt; quiq. Filium Dei vertibilem, aut alterabilem eſſe aſſerunt; eos anathematizat catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Hæc

Fidei Nicænæ Symbolum facit contra omnes hæreſes.

Hæc eſt Fides, quam Patres expoſuerunt; in primis quidem contra Arium blaſphemantem,& Filium Dei creaturam eſſe dicentem; tum vero contra omnem hæreſim Sabellij, Photini, Pauli Samoſateni, Manichæi, Valentini, Marcionis, & contra omnem hæreſim, quæ aduerſus Eccleſiam catholicam ſeſe erexit: quos etiam Epiſcopi illi,qui trecenti decem & octo numero in ciuitate Nicæa olim conuenerant,condemnarunt. In hac Fidei expoſitione nos omnes conquieſcere confitemur; in hac perſeueramus, qui hic Epheſi conuenimus,& qui in prouincijs noſtris degunt religioſiſſimi Epiſcopi,aſſenſum præbentes omnibus his,quæ à nobis agentur. Sapientis enim conſilio morem gerimus. Ne transferas,iniquit,terminos æternos, quos poſuerunt patres tui. Ceterum capita, quæ hæretico ſenſu imbuta Cyrillus Alexandrinus nuper expoſuit, quibusq. nonnullos ſuperuacaneos & ſtolidos anathematiſmos attexuit,& quæ Epiſcoporum calculo,ac ſubſcriptione corroborare conatus eſt, illa ſancta Synodus Epheſi congregata explodit,& ab orthodoxa Fide aliena eſſe decernit.

Prou.22. d.28.

Immo ſancta Synodus ea omnia, vt erroneas, condemnauit omnia ſuſtulit atq; euertit.

Ioannes Epiſcopus Antiochiæ Orientalis, ſanctæ Fidei præſcriptæ conſenſi.

Subſcripſerunt autem ſimiliter & reliqui ipſorum Epiſcopi; qui etiam per epiſtolam, quæ ſubiungitur, Ruſum Epiſcopum vt ipſis auxiliaretur, rogauerunt.

Epiſtola hæc ad Ruſum habetur. Suo loco iuxta ſeriem recitabitur pag. 468.

EXEMPLVM IMPERIALIVM litterarum, quæ Epheſum ad ſanctam Synodum per Palladium Magiſtrianum eo fine miſſæ ſunt, vt euerterent quæ antea per ipſos ⌈Concilij Patres⌉ acta fuerant, tamquam de integro fieri debeat Fidei diſcuſſio.

Imperatores Cæſares, Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, ſanctiſſimæ Synodo Epheſinæ.

Falſa Candidiani narratio Imperatores deſcepit.

MAgnificentiſſimi Candidiani deuotorum domeſticorum Comitis relatu pietas noſtra accepit, quædam in Epheſiorum metropoli per tumultum, ac ſecus quàm conueniat, tranſacta fuiſſe. Nam neque omnes, vt decretum erat, pijſſimi Epiſcopi conuenerunt (cũ tamen magnæ Antiochenæ ciuitatis Epiſcopus cũ alijs Metropolitanis iam appropinquaret) neque illi qui iã venerant, ſimul conſultauerunt, nec inter ſe conſenſerunt, neque ea quæ de Fide ſunt, modo quo oportebat, vel prout continebatur ſacris litteris noſtris,quas ſubinde miſimus,examinauerũt: ſed res ita geſta eſt,vt manifeſtũ euaderet, alios alijs eſſe infenſos ob vehemens ſtudium erga illa,quæ quomodocumque placita ſunt,nec velamen prętendere valẽtes. Quare quæ geſta ſunt,ſtudio acta eſſe,quilibet exiſtimauerit. Proinde ſacræ Maieſtati

Omnia hæc falſa relata fuerant Imperatoribus, vt ex præſentibus patet.

ΙΣΟΝ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΟΣ, ἀποσταλέντος ὑπὸ Εφίσῳ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον ὑπὸ Παλλαδίου Μαγιστριανοῦ, διὰ ἱρέωντος τὰ παρ' αὐτῶν πραχθέντα, ὡς ὀφειλούσης ἄνωθεν γνώσθαι συζητήσεως.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, τῇ κατ' Εφεσον ἁγιωτάτῃ συνόδῳ.

Imperatores Cæſares, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, ſanctiſſimæ Synodo Epheſinæ.

Τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων Καντιδιανοῦ γνωρίσαντος ἡμῖν, μεμάθηκεν ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια πραχθῆναί τινα, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν, κατὰ τὴν Εφεσίων μεγονέαν μητρόπολιν, οὔτε πάντων, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων συνελθόντων· καίτοι τοῦ τῆς μεγαλοπόλεως Αντιοχείας ἐπισκόπου πλησιάζειν ἤδη σὺν ἑτέροις μητροπολίταις μέλοντος· οὔτε τῶν ἤδη συγγεγονότων συνεψαμένων, ἢ ὁμονοησάντων ἀλλήλοις, οὔτε μὴν τὰ περὶ τῆς πίστεως, καθ' ὃν ἐχρῆν τρόπον, ἐξετασθέντων, ἢ ὥσπερ τοῖς ἐγκαπεμφθεῖσι θείοις ἡμῶν τύποις ἐκέκτητο γράμμασιν· ἀλλὰ ὥστε δῆλον εἶναι τὸν πόθον πρός τινας ἀπηχθῆσθαι, διὰ πολλὰ τὰ παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις δόξαντα ἀνυβρίστως, οὔτε προκαλύμματι χρήσασθαι δυνηθέντων· διὸ νομίσαι αὖτις λογισμῷ τὸ μεγαλόπρεπες πεπράχθαι, ὅθεν δίδυμος

ἀεισεβαστοῦ

δέδοκται τῇ ἡμετέρᾳ θειότητι, χώραν μὲν τὴν τοιαύ- A
τὴν μηδαμῶς ἔχειν * ἐξελθεῖν αὐθεντίαν, τῶν δὲ ἀνα-
κολούθως γεγονότων ἀργούντων, τοὺς περὶ τῆς εὐσε-
βείας λόγους, ὥσπερ ἐδέδοκτο, πρότερον ἐξεταστῆ-
ναι, καὶ κατὰ τὸ κοινῇ πάσῃ τῇ συνόδῳ δοκοῦν εἰς τὸν
ἑξῆς χρόνον κρατεῖν· οὐκ ἀνεχομένης τῆς ἡμετέρας
εὐσεβείας τῶν ἐξ ἐπιτηδεύσεως προλημμάτων· οὕτω
δὲ ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἀγανακτούσης, ὥστε κελεύειν
μέχρις ἂν καὶ παρὰ πάσης τῆς συνόδου τὰ τῆς εὐσε-
βείας ἐξεταστῇ δόγματα, καὶ ἀποσταλῇ τις ἐκ τοῦ
θείου ἡμῶν παλατίου ἅμα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ Καν
διδιανῷ τῷ κόμητι, τὰ πεπραγμένα κατὰ κέλευσιν B
ἡμετέραν εἰσόμενος, καὶ κωλύσων τὰ ἀνακόλουθα,
μηδὲ ἀποστῆναί τινα τῶν συνειλεγμένων ἐπισκόπων
τῆς Εφεσίων πόλεως, μήτε μὴν ἐπὶ τὸ θεῖον ἡμῶν ἐλ-
θεῖν στρατόπεδον, ἢ ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἀναστρέ-
ψαι· ὥστε γὰρ μηδενὶ * τοῦτο ἐξεῖναι, μηδὲ ἐλπίζειν
ἀδεῶς προβήσεσθαι. ἱκανὰ * μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐστὶ
τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ παρεγγυῆσαι τὰ γράμματα,
μή τι καὶ ἕτερον παρὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν τοῖς γε-
γονόσι προσθεῖναι. ἴστω δὲ ἡ ἁγιότης ὑμῶν, ὡς καὶ τοῖς
λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἐπέσταλται, C
μηδένα παντελῶς ἐάσαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ
πόλιν, δίχα ἡμετέρας κελεύσεως ὑποστρέψαντα δε-
χθῆναι· χρὴ γὰρ πάντα κατὰ τὸ τῷ θεῷ μέλλον ἀρέσειν,
δίχα φιλονεικίας, καὶ μετὰ ἀληθείας ἐξεταστέντα, οὕτω
παρὰ τῆς * ὑμετέρας θεοσεβείας βεβαιωθῆναι· ὡς οὐχ
ὑπὲρ ἀνθρώπων νῦν, οὐδὲ μέντοι τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ
θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Νεστορίου, ἢ ἑτέρου τινός,
ὑπὲρ δὲ αὐτοῦ τοῦ δόγματος, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς
φροντίδα ποιουμένης τῆς ἡμετέρας θειότητος. ἐδόθη
τῇ πρὸ * τριῶν καλανδῶν Ιουλίων, ὑπάτου Φλαυίου
Αντιόχου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. D

* ἀκολουθίαν, τῶν

* ταῦτα

* μὲν καὶ ταῦτα

* ἡμετέρας

* δεκαστιῶν

* ὑπατείᾳ

stati nostræ placuit, talem procedendi modum nullum habere locum, aut momentum: his vero, quæ inepte, ac citra ordinem gesta sunt, cessantibus, doctrinam de pietate prius, sicuti decretum fuit, discuti, eamq. iuxta communem totius Synodi sententiam in posterum obtinere. Neque enim pietas nostra æquo fert animo præiudicia de industria præsumpta: quinimmo quæ gesta sunt, vsque adeo ægre tulit & fert, vt donec pietatis dogmata ab vniuersa Synodo fuerint examinata, & quispiam è sacro nostro palatio vnà cũ magnificentissimo Candidiano Comite destinetur, qui nostro iussu, quæ acta sunt cognoscat, quiq. quæ legitimo ordini dissentanea sunt, prohibeat, neminem Episcoporum qui conuenerunt, ab Ephesiorum ciuitate abscedere, vel ad sacrum nostrum Comitatum venire, vel in suam patriam reuerti, vllatenus sit passura: quatenus nulli hoc liceat, nullusve speret, id tuto sibi successurum. Hæ itaque litteræ sufficiant ad denuntiandum pietati vestræ, ne quid aliud præter nostram iussionem iam ante perpetratis in posterum adijciat. Quin & hoc quoque sanctitatem vestram non lateat; nempe nos illustrissimis prouinciarum Præfectis scripsisse, ne vllum prorsus in patriam, vel ciuitatem suam, nostro iniussu redeuntem, admittant. Oportet enim omnia iuxta Dei beneplacitum, contentione seclusa, veritatisq. studio adhibito discuti, ac tum demum à nostra pietate confirmationem obtinere: quandoquidem sacra nostra Maiestas non tamquam pro hominibus nunc, aut etiam pro sanctissimo pijssimoq. Nestorio, vel pro alio quopiam sollicita est: sed ipsius veritatis, & dogmatis ipsius curam gerit. Datum * tertio kalendas Iulias, Flauij Antiochi, & alterius designandi Consulatu.

Imperatores ad subreptitiam narrationem rescindunt Concilij acta.

Quomodo hæc confirmatio accipi debeat, ex alijs Imperatorum litteris constat.

* tertiodecimo

ΑΝΑΦΟΡΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙ-

λέα, Ιωάννου ἀρχιεπισκόπου Αντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἣν ἀντέγραψαν διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ.

Τοῦτο εὐσεβεῖς βασιλεῖς, τοῦτο ὀρθοδοξίας σύστασις, τὸ λύσαι πάντα τὰ ἀθέσμως ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα, καὶ τοῖς κανόσιν ἤδη προλελυμένα, E
τὸ ἐν πρώτῃ τάξει προστάξαι τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐν τῇ συνελθούσῃ συνόδῳ γενέσθαι. ἐμακαρίσαμεν τὴν οἰκουμένην, τὰ πρόσφατον ἡμῖν κομισθέντα ὑμῶν θεσπίσματα σὺν ἐπαίνοις μυρίοις ἀναγνόντες, ἐφ' οἵοις σκήπτροις, καὶ ἐφ' οἵᾳ βασιλείᾳ διακυβερνᾶται. ἀλλ' ὥσπερ ταῦτα παντὸς θαύματός ἐστιν ἐπέκεινα, ὅσα προστετάχατε, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, οὕτω καὶ ἡμῖν ἀναγκαία ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ἀπολογία, περὶ ὧν συνηλάθημεν, ἐν τῇ Εφεσίων γενόμενοι πόλει, καταψηφίσασθαι, καὶ κατακρι-

IOANNIS ARCHIEPISCOPI

Antiocheni, ceterorumq. qui illi adhærebant, relatio rescripta ad Imperatorem per Palladium Magistrianum.

Hoc, pij Imperatores, orthodoxæ Fidei præsidium, hoc columen est, nimirum omnia ab illis illegitime acta euertere & antiquare, quæ etiam per canonicas sanctiones iam ante euersa & antiquata erant; vniuersaq. Synodo simul congregata, primo loco dogmatum examinationem instituendam indicere. Sane cum decreta vestra proxime allata non absque magna laudum prædicatione legissemus, orbem terrarum beatum iudicauimus, cui talibus subesse sceptris, taliq. gubernari contigerit imperio. Verũ vt ista quæcumque mandastis, omnem admirationem longe excedunt, Imperatores pijssimi; ita nobis quoque necessario enitendum est, vt vestræ Maiestati rationem reddamus, cur in Ephesiorum metropoli constituti, condemnationis sententiam in eos

Rationem redditis multis mandatijs refertam.

ferre compulſi fuerimus, qui ab ipſo ſtatim exordio veſtra decreta proculcauerunt: qui propriæ conſcientiæ ſtimulis agitati, Arij, Eunomij, Apollinarijq. dogmata contra pietatem confirmare & innouare voluerunt, (inter quos Cyrillus Alexandriæ nuper capita quædam cũ anathematiſmis omni ſuperſtitione referta ad vrbẽ regiam miſit:) qui priuſquam vllam diuinorum dogmatum ſcrutationem attigiſſent, ad odium & inimicitias ſeſe verterunt; nullaq. piarum ſanctionum veſtrarum ratione habita, iniquam adeo ſententiam aduerſus tantã Conſtantinopolis imperatricis ciuitatum ſedem temere proferre non dubitarunt. Quanta autem illorum extiterit inſania, quantaq. eorumdem inſolentia, inde manifeſtum eſt omnibus, quòd etiam ſancta Synodus recto animi ſenſu, diuinoq. zelo permota, & ſanctis Eccleſijs conſulens, condemnationis ſententiam in eos qui ſuo iam ante iudicio condemnati erant, protulerit, nihil culpabile, (abſit) vel temerarium, quod quiſpiam dixerit, hac in re committens; ſed pietati, quæ in periculum adducta videbatur, ante omnia proſpiciens. Atque hæc actorum noſtrorum apud Maieſtatem veſtram iuſtiſſima ſit ratio. Neque enim aut gratia, aut odio ducti ſumus; ſed hoc vnum ſpectauimus, vt piam Fidem fluctuantem ab ijs quaſi in ſalutem vindicaremus, qui ſcripta ſua in ſummam illorum contumeliam & labefactationem munire ſtuduerunt, quæ Petrus profeſſus eſt, quæ de Deo locutus eſt Ioannes, quæ Matthæus, & alij Euangeliſtæ prædicarunt, quæ Paulus ſpiritu ſuggerente docuit; quæ omnes orthodoxi vbique terrarum prædicatione diuulgantes, piã Fidem plantauerunt. Quare veſtram pietatem, maieſtatemq. in orthodoxa doctrina educatam, obnixe rogamus, vt hanc orthodoxam Fidem retineat firmiter, ac propugnet, & incolumem conſeruet, tamquam in his ſummæ rerum ſpes nobis poſita ſit. Nos autem & antea & nunc quoque animo parati ſumus, iuxta pietatis veſtræ decreta, neque ad dextram neque ad ſiniſtram (quemadmodum diuina Scriptura loquitur) declinare. Nam cum omne Maieſtatis veſtræ ſtudiũ ad pietatem intendat; illi quidem qui paruerint, à vobis ipſis laudem, à Deo autem commendationem reportabunt: ceteros vero, qui nouitatibus dant operam, ſibiq. imaginariam quamdam tumultuationem potentiam, perinde ac illi qui bene temperatis Rebuſpub. tyrannidem inducunt, comparare ſtudent, iuſtam ignominiam, tamquã iuſti regiminis corruptores, veſtrarumq. denuntiationum temerarij contemptores incurrent. Quapropter, ne turbatio, aut aliqua tumultuatio Concilium infeſtet, veſtra Chriſti amans celſitudo decernat, vt duo tantum cuilibet Metropolitano adſint: nam & nos pietatis veſtræ litteris obſequuti, duos adduximus; cum tamen, ſi quidẽ multitudine opus fuiſſet, plurimos egregie in diuinis dogmatibus inſtitutos, nec vlla ratione cũ imperita diuinarum rerum Aſiaticorum & Aegyptiorum turba conferendos, nobiſcum habere po-

Cyrilli capita eorum oppoſitum euidenter oſtendunt.

Quàm falſa ſint hæc omnia & commentitia, Concilij acta demonſtrant.

Neque Concilium condemnationis ſententiam tulit, ſed Conſtantinopolim, atque hoc ipſum adhuc nullo ferme modo ordine.

Impudentiſſime mentiuntur, & calumniantur.

Summa impudentia Imperatricibus adulantur, ac ſuũ officium expellunt.

Deut. 5. d. 32.

Fruſtra ſtudiũ veſtrum ineſſe: nam id non iam ante decretũ erat, & à ſancta Synodo diligenter obſeruatum.

Vide quanto contemptu de Concilio Pontificij inquantur temerarij ſycophantæ.

παρεξιναι τοὺς ἐκ προοιμίων τὰ ὑμέτερα πατήσαντας θεσπίσματα, τοὺς, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος ἠλαύνοντο, κυρῶσαι θελήσαντας, καὶ αἱρετίσαι τὰ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου δόγματα, καὶ τῆς δυσεβείας ἐν οἷς Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν κεφάλαιά τινα μετ' ἀναθεματισμῶν ἐξέπεμψε, μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας, τοὺς, πρὸς ἄψοντας τῆς τῶν θείων δογμάτων ἐρεύνης, πρὸς ἔχθραν, καὶ ἀπέχθειαν ἰδόντας· ἐν οἷς ἐτόλμησαν καὶ τὰ ὑμέτερα δυσεβῆ θεσπίσματα, ψῆφον οὕτως ἄδικον ἐξενεγκεῖν καὶ ποσάκις θρόνε τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλεως. ἡ μὲν οὖν τούτων παρανοία αὐτόθεν πᾶσιν ἀνθρώποις δήλη ἐστὶν· ἐφ' ᾗ καὶ ἁγία σύνοδος, ὀρθῷ τῷ φρονήματι, καὶ ζήλῳ τῷ θείῳ κινηθεῖσα, καὶ φειδοῖ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, κατέκρινεν αὐτοὺς καταγνώστους ὄντας· ἀλλ' οὐδέν τι, μὴ γένοιτο, οὐδὲ προπετὲς, ὡς ἄν τις εἴποι, πράξασα, ἀλλὰ τῇ δυσεβείας κινδυνωδούσῃ τοῖς πάντων ἀμυνοῦσα. αὕτη γὰρ τῶν παρ' ἡμῶν πεπραγμένων δικαιοτάτη τοῖς τὰ ὑμέτερον κράτος ἐσῶ ἀπολογία· ἡμῶν μὲν μή τι πρὸς χάριν, μή τι πρὸς ἀπέχθειαν βλεπόντων, ἀλλ' ἰδόντων, τὸ τὴν δυσεβῆ πίστιν κυματουμένην ὥσπερ ἀμάσωσι ὑπὸ τῶν ἑαυτῶν συγγράμματα αὐθαδείᾳ βληθέντων κρατῆναι, ἐπ' αἰσχύνῃ, καὶ ὕβρει, ὧν Πέτρος ὡμολόγησεν, ὧν Ἰωάννης ἐθεολόγησεν, ὧν Ματθαῖος ἐκήρυξε, καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ, ὧν Παῦλος τῇ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐδίδαξεν, ὧν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι πανταχοῦ τὸ οἰκουμένης τὸ κήρυγμα ἐκφέροντες, τὴν δυσεβῆ πίστιν ἐρρίζωσαν. πιστὴν τὴν ὀρθοδόξου πίστεως ἐχόμεθα, ἣν πᾶς τις ἐχθὲς ἡμῖν δυναμις, τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸ ὑμέτερον τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἐνπεθραμμένον κράτος, αὐτίχα δή τε, καὶ ἐπεκραύγαζεν, ἐκ ἄνωθεν διαφυλάττειν· ὡς ἐν πᾶσι ὑμῖν οὔσης τὸ πάντα ὑμῖν συνεχούσης τὸ τῶν πραγμάτων ἐλπίδος· ἡμῶν ἐκ νεῶν, καὶ πρότερον παρεσκευασμένων, μὴ ἐκκλίναι καὶ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα, μή τι δεξιὰ, μή τι λοιπὰ, ὡς ἡ θεία ἔφησε γραφή· ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸ δυσεβὲς τὴν πᾶσαν ῥοπὴν τὸ ὑμέτερον ἔχει κράτος, οἱ μὲν πλήθοντες ἔχειν τὸν παρ' ὑμῶν αὐτῶν ἔπαινον, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ δοχήν· οἱ δὲ πρὸς νεωτερισμὸν βλέποντες, ἐκ τῶν ἐν θρόνοις θεσπεσίᾳ δυνάμει ἑαυτοῖς καταδιάζοντες, ὥσπερ οἱ τὰς τυραννίδας τῆς δυνάμεως ἐπάγοντες, ἀξίαν ἐπενεγκόντες αἰσχύνην, ἅτε δὴ τὴν δυνάμεως διαφθεῖραι παιδεύσαντες, ἐκ τὰς ὑμετέρας παρεγγύησις χαρᾷ ῥίψαι τολμήσαντες. ὥστε τοίνυν μηδεμίαν ταραχὴν, ἢ θόρυβον ἐν τῷ κινεῖν ψυχὰς σωτηρίαν, θεσπιέτω ὑμῶν ἡ φιλόχριστος κορυφὴ, δύο ἑκάστῳ μητροπολίτῃ συνειναι· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς τοῖς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμασιν εἵξαντες, πλείονας ἐπηγόμεθα, δυναμένοι, εἴπερ ἄρα πλήθους ἦν χρεία, πλείονας ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν τοὺς τὰ θεῖα δόγματα ἀκεραίως διεσκεμένους, καὶ οὐδὲν τῷ ἀκριβεῖ τῶν θείων πολλῇ Ἀσιανῶν, καὶ Αἰγυπτίων εἰκῇ. εἰ γὰρ τοῦτο μὲ

μὴ ᾖσιν, ἀνάγκη σύγχυσιν αὖθις γενέσθαι· Αἰγυπτίων μὲν ὄντων πεντήκοντα· Ασιανῶν δὲ, τῶν ὑπὸ Μέμνονα, τὸν τῆς τυραννίδος ἡγεμόνα, τεσσαράκοντα· καὶ τῶν ἐν Παμφυλίᾳ αἱρετικῶν Μεσσαλιανιτῶν λεγομένων δώδεκα· χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν συνόντων τῷ αὐτῷ μητροπολίτῃ, καὶ ἑτέρων καθηρημένων, καὶ ἀκοινωνήτων, καὶ διαφόρους τόπους ὑπὸ συνόδων, ἢ ὑπὸ ἐπισκόπων γεγονότων· οἵπερ εἰσὶν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ πλῆθος ἀνθρώπων, οὐδὲν μὲν ἀκριβῶς τῶν θείων δογμάτων εἰδότων, ταραχῆς δὲ, καὶ θορύβων μεστῶν. δεόμεθα γοῦν, καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, αὖθις φρονῆσαι· ἐπιτρέψαι δὲ τῇ συνόδῳ τὴν εἰρηνικὴν τῷ συνήθει ὑμῶν εὐσεβεῖ χαρακτῆρι· νομίσατε γὰρ νῦν γοῦν αὐτοὺς σωφρονῆσαι, ἅτε τὰ εὐσεβῆ γράμματα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν κορυφῆς, μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτοῖς τὸ πάσης εὐσεβοῦς προθέσεως γέμον θέσπισμα, καὶ πῶς ἡμᾶς ὑπαντήσαντα τὰ γράμματα, ἀπήλθομεν εἰς τὸ ἀποστόλιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ εὐχαριστήσαι, ἐν προσδοκίᾳ ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν σκοποῦ· οἱ δὲ θέσπισμένοι ἡμᾶς, προδραμόντες τὸν ναὸν ἀπέκλεισαν· ὡς δὲ ἐξωθεν προσδοκώμενοι, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰπόντες, ἐπανήειμεν, πλῆθος ἐξῆλθον οἰκετῶν ἄνων, καὶ τοὺς μὲν ἐξ ἡμῶν κατέσχον, τῶν δὲ τὰ ζῶα ἁπάσαντο, ἄλλως τε τραυματίαις ἐποίησαν, ἡμᾶς δὲ ῥοπάλοις, καὶ λίθοις καταδίωξαν μέχρι πολλοῦ διαστήματος, ὡς ἀναγκασθῆναι ἡμᾶς μετὰ πολλῆς σπουδῆς φυγεῖν, ὡς βαρβάρων διωκόντων. τοῦτο δὲ ἐκ πολλοῦ ἠτοίμαστο ὁ Μέμνων, μηδενὶ συγχωρῶν μηδενὶ, μή τι προσδοκήσαντα ἐν ἀκτῇ οἴκῳ, μή τι μετὰ εἰρήνης, καὶ κατασκόπως διαθεῖναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα. δεόμεθα τοίνυν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἐξαιρέτως Μέμνονα τὸν τύραννον προσσχεῖν ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως ταύτης, διά τε τὰς ἀταξίας αὐτοῦ πάντας καθαιρεθέντα, καὶ κινοῦντα, ὥστε μὴ ἀκριβῶς ἐρευνηθῆναι τὰ κατ' αὐτόν· εἰ γὰρ οὗτος μὴ ἐξέλθοι, ἀδύνατον εἰρήνην γενέσθαι, ἢ τὸν σκοπὸν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας εἰς πέρας ἀχθῆναι.

A potuiſſemus. Niſi enim hoc ſtatuatur, fieri non poteſt, quin aliqua rurſus oriatur confuſio: ſiquidem quinquaginta ſunt Aegyptij, ſub Memnone tyrannidis duce quadraginta Aſiatici, duodecim item ex Pamphylia hæretici Meſſalianitarum nomine appellati; præter alios eidem Metropolitano adhærentes, & alios à ſynodis vel ab Epiſcopis diuerſis in locis excommunicatos & depoſitos: qui ſane omnes aliud nihil ſunt, quàm hominum turba diuinorum dogmatum penitus neſcia, & ad tumultus ſeditionesq. nata. Precamur proinde veſtram pietatem, ſupplicit erq. rogamus, vt rurſum cogitationē ſuſcipiat, B ſolitoq. veſtro pio decreto pacē Concilio reſtitui curet. Etenim rati, vel nunc tādem fore, vt propter pias deuoti culminis veſtri litteras reſipiſcerent, poſteaquam decretum omni pietatis ſenſu plenū illis eſt lectum, nosq. has litteras dictaueramus, profecti ſumus ad ſancti Ioannis Euāgeliſtæ Apoſtolicā eccleſiam, gratias acturi, Deumq. pro veſtra Maieſtate, proq. pio animi veſtri inſtituto conſilioq. rogaturi: cum autem illi nos conſpicati eſſent, repente templum nobis occluſerunt. Rurſum cum forinſecus adorauiſſemus, ſilentioq. reuerteremur, famulorum quorūdam multitudo C erumpens, alios quidem noſtrorum detinuerunt, nonnullis iumenta ſua abſtulerunt, quoſdam etiā vulnerauerunt; nos autem fuſtibus & lapidibus longo interuallo inſectati ſunt, ita vt tamquam barbaris inſequentibus, magna cum feſtinatione fugam capeſſere cogeremur. Hæc autem multo iam ante præparauerat Memnon, nulli noſtrum vel in aliquo oratorio precari, vel quiete debitoq. ordine Eccleſiaſtica munia obire ſinens. Quapropter obteſtamur veſtram pietatem, vt præcipue Memnonem tyrannum, iam depoſitum ob has inſolentias, & omnia turbātem ac miſcentem, ne facta ſua diligenti examini ſubijciantur, D hac ciuitate pelli iubeat. Nam niſi hic expellatur, fieri nequit, vt pacem aliquando recuperemus, aut pietatis veſtræ ſcopus ad exitum perducatur.

Μεσσαλιανιτῶν

Τύραννος, τόπους

Tales erant Orientales ſchiſmatici, & Neſtoriani illi adhærentes.

Hæc anteà euenerunt, quando loco Memnonis alium Epiſcopum conſtituere tentarunt: quod ſæpius populus ferre noluit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν μάγιστρον ὁμοίως.

EORVMDEM AD PRAEFEctum & Magiſtrum pariter epiſtola.

Εἰς ἔσχατον κακὸν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐληλάκαμεν, καὶ δεινοῖς περιπαλαίομεν ἀνάγκαις· καὶ καθ' ἑκάστην ὡς εἰπεῖν, τῷ ἡμέρᾳ τὸν θάνατον ἡμῶν πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπομεν. πᾶσαν γὰρ βαρβαρικὴν ὑπερβαίνει μανίαν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς καθ' ἡμῶν τολμώμενα. καὶ οὐδὲν εἶδος αὐτῆς παρελέλειπται τυραννίδος. ἐφοδοι μὲν γὰρ συνεχεῖς, ὡς ἐν πολέμῳ, τολμῶνται· αἱ οἰκίαι ἡμῶν ἤδη δὶς ἀπεγράφησαν, ὥστε σήλας εἶναι, καὶ δηλοῦσθαι, τοῖς ἐπιοῦσι μέλλουσι· πᾶς οἶκος ἡμῖν ἔκκλητος ἀποκέκλεισται, νότῳ διαφθειρόμενοι, καὶ σμικρᾶς ἀέρος ἀπολαῦσαι

A D ſummum, vt dici ſolet, malorum deuenimus, & cum extremis periculis luctamur, ac mortem quotidie nobis ob oculos verſantē videmus. Nam quę à Cyrillo & Memnone, ceterisq. factionis illorum conſortibus, in nos audacter committuntur, ea omnem barbaricum furorem excedunt: nullumq. tyrannidis genus ab eis prætermiſſum eſt. Continuis, prout in bello fieri ſolet, inſultibus audacter impetimur: ædes noſtras iam bis inſcripſerunt, nempe vt illis ſint manifeſtæ & deſignatæ, qui impetum facturi ſunt: omne templum nobis præcluſum eſt: morbo conſumpti, ac vel modico cælo frui deſiderantes, obliquato capite

Sæpius eadem mendacia iterant.

ἔσχατα κακὰ

πρὸς τὸν

pite proſpicere non audemus; contribules non ſecus ac infeſtiſſimos hoſtes extimeſcentes: ſanctorum Patrũ canones conculcati ſunt: excommunicati & exauctorati, ſacris operari nihil verentur: impia ſua dogmata copioſe Dei populo profundunt: & nos interim veluti ergaſtulis inclusi miſere hic coartati tabeſcimus, inuaſionesq. circumſpectamus imminentes. Obſecramus proinde veſtram magnificentiam, obnixeq. eamdem rogamus, ne nos tantis hiſce malis vndique cinctos negligat; ſed euidenti mortis diſcrimine, quanta fieri poteſt celeritate eximat, efficiatq. vt ad regiam ciuitatem accitis, fidei noſtræ rationem reddere, ac prædictorum virorum hæreſim, incredibilemq. iniquitatem liceat commonſtrare. Nam niſi cito hoc fiat, peribimus funditus, atque illorum furijs pabulum futuri ſumus. Denuo itaque oramus, & per liberos, perq. ea quæ vobis ſunt chariſſima, ac per iuſtum Dei iudicium obteſtamur, ne à veſtra magnificentia neglecti relinquamur; ſed vt quàm celerrime hinc eruamur, & liberum aërem intueri valeamus.

enim honeſte ſumus tamquam ſacerdotes à Rege, & vocati ſumus ad confirmandam ſanctorum Patrum Fidem; propterea etiam tamquam pio Regi obedituri aduenimus. Vbi autem venimus, neque Eccleſiam minus ſequuti ſumus, neque veſtrum contempſimus edictum, ſed veſtros nutus ſequuti ſumus continue ab eo die, quo in Epheſum peruenimus, vſque in hodiernum. Verumtamen, vt videtur, nihil nobis profuit in hoc ſæculo modeſtia noſtra, immo etiam plurimum, vt videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui ſic vos habuimus, vſque in præſentem diem Chalcedone tenti conſeruati ſumus; nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero qui omnia confuderunt, & orbem turbis impleuerunt, & Eccleſias diſcerpere contendunt, & pietatem manifeſte oppugnant, ſacerdotio funguntur, Eccleſias congregant, &, vt putant, auctoritatem ordinandi habent (nimirum illicite ab illis petitam,) ſeditiones in Eccleſia excitant; quæ expendenda in vſus pauperum, in ſuos inſumunt milites. Ceterum non illorum tantum, ſed & noſter Rex es. Non enim parua portio regni tui eſt Oriens, in qua ſemper recta Fides reſulſit, & cum hac etiam aliæ prouinciæ & diœceſes, è quibus congregati ſuimus. Proinde ne deſpiciat veſtra Maieſtas Fidem, quæ adulteratur, in quam & vos baptizati eſtis, & veſtri progenitores, in quam & Eccleſiæ fundamenta ſunt iacta, propter quam ſanctiſſimi Martyres innumera mortis genera cum voluptate ſuſceperunt; cum qua & barbaros viciſtis, & tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Eſt enim Deus omnium commilito veſter, ſi pro pijs eius dogmatibus laboraueritis, & prohibueritis corpus Eccleſiæ diſrumpi. Diſrumpetur enim, ſi opinio quam Cyrillus Fidei induxit, & alij hæretici confirmarunt, inualeſcat. Hæc ſæpe quidem coram Deo & in Epheſo & hic teſtati ſumus, & veſtram pietatem docuimus, rationem illius, vt coram omnium Deo, reddentes. Exigit enim & hoc à nobis, ſicut diuinæ ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ docent. Etenim beatus Paulus clamat: Teſtificor coram Deo, qui mortuos viuificat, & Domino noſtro IESV Chriſto, qui teſtificatus eſt ſub Pontio Pilato bonam confeſſionẽ. Et Ezechieli præcepit Deus, vt annuntiet populo; & minas adijcit, dicens: Niſi annuntiaueris, ſanguinem eius de manu tua requiram. Timentes itaque hoc iudicium, neceſſarium exiſtimamus iterum docere veſtram Maieſtatem, quòd ij qui permiſſi ſunt Eccleſias habere, in Eccleſijs docent quæ Apollinarius & Arius & Eunomius; illegitime & contra Canones ſacerdotio funguntur; & animas eorum qui ad ſe accedunt, ſi quis & ipſos volet audire *. Nam per diuinam gratiam, cui omnium hominum cura eſt, & qui omnes vult ſeruari, maxima pars populi ſana eſt, & pro pijs ſollicita eſt dogmatibus. Propter illos maxime dolemus. Et quia cruciamur, timentes, ne paulatim ſerpens morbus plures comprehendat, communeq. malum fiat; hæc nos veſtram ſerenitatem docemus, & docere non deſiſtimus, & precamur veſtram Maieſtatem, vt noſtris precibus annuat, & nihil ſinat adijci ad Fidem ſanctorum Patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quòd ſi & poſt hanc noſtram obſecrationem, hanc, quæ coram Deo data eſt, doctrinam non ſuſceperit veſtra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi ſumus à ſanguine veſtro. Non enim ceſſamus nocte & die, ab eo die quo in hanc celebrem Synodum aduenimus, & Regi, & principibus, & militibus, & ſacerdotibus, & laicis teſtari, ne amittamus traditam nobis à Patribus Fidem.

Act. 18. b. 6. & 20. f. 26.

Non veſtra modeſtia, ſed intolerabilis nimium & impotens vobis obfuit.

Cyrillus Fidei illuſtrat, non impugnat.

1. Tim. 6. b. 13.

Ezech. 3. d. 18.

Et hæc mera ſunt commenta.

Pereant, vel perdant. 1. Tim. 2. d. 4.

EORVMDEM AD SVOS in Epheſo epiſtola.

POſtquam Chalcedonem venimus (nam Conſtantinopolim neque nos, neque aduerſarij noſtri intrare permiſſi ſumus propter ſeditiones bonorum Monachorum) fama accepimus, quòd ante octo dies, priuſquam compareremus (en gloriam pientiſſimi Regis) dominus Neſtorius ab Epheſo dimiſſus ſit, vt eat quò libèret. Vnde valde doluimus; quandoquidem vere ea quæ illicitè & abſque iudicio facta ſunt, iam robur habere videntur. Sciat autem veſtra ſanctitas nos promptos pro Fide certamen inituros, & certare velle ad mortem vſque. Expectamus autem hodie, hoc eſt, vndecima menſis Ciorpiæi, tranſiturum pientiſſimum noſtrum Regem ad Rufinianum, & illic cauſam auditurum. Precetur igitur veſtra ſanctitas, vt Dominus Chriſtus nos adiuuet, quò valeamus ſanctorum Patrum Fidem roborare, & in damnum ſanctæ Eccleſiæ exorta capitula radicitus diſcerpere. Eadem vt & veſtra ſanctitas ſentiat ac faciat, obſecramus; maneatq. in ſua pro Fide orthodoxa alacritate. Porro cum ſcripta eſſet epiſtola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius. nam fortaſſis impeditus eſt in itinere. Ceterum nihil vos turbet. Speramus enim triſtia extinguenda, & veritatem effulſuram; modo veſtra pietas ſtrenue nos adiuuet.

Ex diametro hæc cum præcedentibus pugnant, vt iure videas ſchiſmaticos merito damnaſſe nos.

Male habet ſatisfactio Nationij depoſito.

Miſit his ſyllogæorum reſponderi nouembri.

Fruſtra contra hæc capitula nituntur.

EPISTOLA THEODORETI Epiſcopi Cyri è Chalcedone ad Alexandrum Hierapolitanum ſcripta.

NVllum humanitatis, nullum aſperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimum Regem, & illuſtre Conſiſtorium non ſimus vſi, teſtificantes coram Deo, qui omnia videt, & Domino noſtro IESV Chriſto, qui iudicaturus eſt orbem in iuſtitia, & Spiritu ſancto, & electis eius Angelis, ne contemnatur Fides, quæ ab his qui hæretica dogmata ſuſcepere, & his ſubſcribere auſi fuere, adulteratur; & vt præcipiatur ſolum exponendam ſicut in Nicæa, & abijciendam ſuperinductam hæreſim ad damnum & perniciem pietatis: & vſque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus ſeſe ſerena-

En ſtudium & diligentiã filiorum huius ſæculi in re prana.

Act. 17. f. 2. Tim. 4. a.

ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vrgendo propositum desisteremus; sed persecuti sumus causam, Dei gratia. Cum iuramento enim pientissimo nostro Regi suasimus, quòd impossibile sit, nobis Cyrillũ & Memnonem conciliari; & quòd fieri nequeat, vt illis communicemus, qui non antea eiecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus mentem: studium autem est his, qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ IESV Christi, vt reconcilientur eis & præter mentem nostram. At non est nobis eius rei cura. Deus enim nostrum propositum exigit, & virtutem explorat, neque supplicia irrogat propter ea quæ præter mentem fiunt. De amico autem sciat tua sanctitas, quòd si quando eius faceremus mentionem vel apud pientissimum Regem, vel apud illustre Consistorium, defectionis notabamur: tantæ sunt eorum, qui intro sunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc est molestissimum. Pientissimus Rex præ omnibus alijs auersatur nomen, manifeste dicens: De hoc mihi nullus loquatur. specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic sumus, non cessabimus omni virtute & eius patris curam gerere, scientes factam illi ab impijs iniustitiam. Nobis quoque studiũ est, vt hinc liberemur, & vestra liberetur pietas. Nihil enim hinc boni sperandum, eo quòd iudices ipsi omnes auro confidant, & contendant vnam esse naturam Deitatis & humanitatis. Populus autem omnis gratia Dei bene habet, & iugiter ad nos egreditur. Incœpimus autem ipsis etiam differere, & celebrauimus communiones maximas, & quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis de Fide; & tanta audierunt voluptate, vt vsque ad horam septimam non discederent, sed perdurauerint vsque ad æstum solis. In aula enim maxima, & quattuor habente porticus, multitudo congregata fuit, & nos superne concionabamur è suggestu prope tectum. Verum Clerus omnis cum bonis Monachis valde nobis erat infensus, ita vt fieret collapidatio, quando à Rufinianis post aduentum pientissimi Imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex laicis & falsis Monachis, qui nobiscum erant. Nouerat autem Rex pientissimus, quòd multitudo congregaretur contra nos; & solis nobis occurrens, dicebat: Noui quòd male congregamini. Dicebam autem ei: Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iustum est, hæreticos quidem excommunicatos in Ecclesijs agere; nos vero qui pro Fide certamus, & propter hoc ab illis communionis exortes factos, non intrare in Ecclesiam? & ille respondit: Et ego quid faciam? Respondi igitur illi: Quod fecit magister tuus Comes largitionum in Epheso. Ille enim vt inuenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos, dicens: Si non fueritis pacifici, non concedam vni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hìc Episcopo, ne permitteret neque illis neque nobis congregari, donec conueniamus, vt iusta tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem Episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipiemus Ecclesiã, & congregabimur, & cognoscet tua pietas, quòd multo plures nobiscum sunt, quàm cum illis. Ad hæc diximus ei, quòd nostra congregatio neque lectionem sacrarum scripturarum habebat, neque oblationem; solas autem preces pro Fide & vestra Maiestate, & de religione colloquia. Approbauit igitur, & vltra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conuentus multitudinis ad nos venientis, & cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur vestra pietas, vt causa nostra exitum habeat Deo placentem. Nos enim quotidie periclitamur, & insidias Monachorum & Clericorum suspicantes, & potentiam & incuriam videntes.

Id impossibile est valere in vestra pertinacia perseuerantibus.

Philip. 2. 6. 22.

Nestorium in subsidio.

Fiunt, quem totus mundus execratur, patrem non appellaretis, nisi idem quod ille, sentiretis.

Patres Synodi impios vocant filiosmaledicti.

Non vnam naturam, sed vnam personam esse confitebantur.

Eiusmodi applausus fieri solent, quum vna doctissima professionem suscipit.

Non est verisimile, hæc inter Theodosium et Imperatorem acta fuisse.

PARS HOMILIAE THEODORETI Episcopi Cyri, Chalcedone ad schismaticorum legatos, Nestorijq. fautores habitæ.

CHristus nobis dux sit sermonis, per quem & ipsi sermones, & nos diuinorum eius eloquiorum ministri: Christus, qui positus est in ruinam multorum, & in resurrectionem, & in signum cui contradicitur, olim quidem à carnali Israël, nunc autem à spiritali: Christus infidelibus quidem lapis offendiculi, & petra scandali; credentes autem non confundens, pretiosus lapis est, & fundamentum, secundum Esaiæ vocẽ. Christus lapis est, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli: Christus Ecclesiæ fundamentum; Christus lapis, qui sectus est absque manibus, & factus est in montem magnum, & obtexit orbem, iuxta Danielis propheriam: pro quo, & cum quo, & propter quem impugnamur, propter quem à regia ciuitate prohibiti sumus; sed cælorum regno non excludimur. ciuitatem enim habemus supernam Hierusalem, cuius architectus & opifex Deus, vt Paulus dixit. Christus, per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiatis vocem, quam vestri pastoris vocis effigiem putatis. Desideratis enim audire iucundas vestri pastoris fistulas; pastoris, quem pastores socij calamis occiderunt, vt putant; ad quos Deus per Prophetam clamat: Pastores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem in solitudinem imperuiam. Dicat de ipsis & per alium Prophetam: Secundũ multitudinem ipsorum ita peccauerũt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam. Dicat & per alium iterum Prophetam: Væ filij apostatæ; fecistis consilium, & non ex me; & pacta, & non per Spiritum meum; vt adijciatis peccatum super peccatum; conuersi estis, qui profundum consilium consultastis & iniustum. Dicat ad eos & Esaias: Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri peccatis: lingua vestra locuta est iniustitiam, & os vestrum iniquitatem meditatum est. Nullus loquitur iusta; quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Oua aspidum excluserunt, & telas aranea texunt. Videte, accu-

Nemo impune litigauit aduersus Deum.

Luc. 2. 6. 34.

1. Pet. 2. 6. 8.

Esa. 28. d. 16.

Psal. 117. d. 22.

Dan. 2. 6.

Non propter Christum, sed propter negotium veritatem oppugnatis.

Hebr. 11. 6. 10.

Alcuerim in pro Xpiano.

Hierem. 12 6. 10.

Osee 4. 6. 7.

Esa. 30. 6.

Omnes hæreticos fidelissime pugnant contra Synodum.

Esa. 59. 6. 5.

Vipera tabe, vipa fuale deprehendatur qui tradam.

accusationem malitiæ; & putredinis malitiæ indicium, ouа aspidum, & telas araneæ: partus quidem malitiam, conceptus autem infirmitatem habet. Oua aspidum, malitiæ species; tela araneæ, infirmitatis argumentum est. Et comedens ouum eorum confractum, putamen inuenit. Vidisti malitiam infirmantem; vidisti offendentem non offendentem; vidisti eum qui impugnatur, coronatum? Et qui comedit ouum eorum confractum, vrium inuenit. Vrium autem est aliquid sterile, hoc est imperfectum. Esaia promulga nobis & malitiæ speciē. Et in ipso basiliscus. Hoc autem mirabile, quòd basiliscus in illo, & vrium, hoc est sterile. Basiliscus autem malitiam significat; quandoquidem hæc testiola hæc omnium reptilium ferocissima est, ei confert malitiæ sobolem. Verum & illa ipsa vrion est propter infirmitatem malitiæ, infirma enim est malitia. Sequitur demonstratio: Tela eorum non erit in vestimentum. Non enim vestiuntur ab operibus manuum suarum. Quare? quia opera eorum, opera iniustitiæ. Dic speciem iniustitiæ. Pedes eorum in malum currunt; nimirum vt aliquid fiat: & veloces ad effundendum sanguinem. Quid ad hæc? Cunctatio & infelicitas in vijs eorum. Nam viæ eorum tortuosæ, quas transeunt, & viā pacis nescierunt. Vere lamentis digna sunt hæc, quòd sacerdotes contra sacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quòd tantum accusemus illos, quantum nostri curam gerimus.

Ibid. c. 6.

Et post alia:

Hier. c. 2. 12.

Vere obstupescit cælum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: quia duo hæc mala fecit populus iste. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi cisternas detritas, quæ non poterunt aquam continere. Dicat

Ibid. c. 10.

ad eos Deus per Hieremiam prophetam: Transite ad insulas Chetim, & videte; & in Cedar mittite, & considerate bene, si facta sint talia, qualia hæc; si mutauerunt Gentes Deos suos. transite ad insulas Chetim. Non vultis, inquit, ferre verba mea? non fertis prophetas? non accipitis legem? non creditis diuinis Scripturis? Assumite Gentilium pueros in doctores; ite ad Gentes, &

Ad quid hæc omnia contra Cunctatores Patres?

discite quomodo colantur ab illis Dij putatiui, cum non sint Dij: transite ad insulas Chetim, & videte; & mittite in Cedar, & bene considerate, si facta sunt talia, qualia hæc; num mutauerint Gentes Deos suos: & quos? Et illi non Dij. Et quare hæc dicis? Populus meus mutauit gloriam suam: vnde nullam vtilitatem accipiet. Hæc & de illis congruit dici. Pagani ligna & lapides venerantes, vt immortalia, illa salutant. Tu autem

Esa. 40. 12.

illis prædicans ea venerari non debere; sed solū verum Deum, qui constituit montes in statera, & siluas in libra, & metitur manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo; qui constituit cælum quasi cameram; qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quasi locustas: & hunc, qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt, vt

Rom. 4. 17. Falsum est Deum quæ non sunt vocare vt sint, verum id non

sint; & dedit his qui non erant vt essent, sola voluntate; quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis vt adoretur A Deus passibilis. Et Pagani quidem, vt prædictum est,* auaritiæ verbo capti, etiam cælum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt; & terram quam calcant, inter Deos numerant. Nos autem inuisibilem, vnigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? Absit, Saluator noster & benefactor, ne sic apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignoremus tuam naturā, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos è passionibus ad impassibilitatem transtulit; & nobis passionibus obnoxijs, impassibilitatem largitus B est. Hanc & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in sæcula. Amen.

secundum sit, sed secundum naturam assumptam.

Absit, vt secundum naturam assumptam, passibilem non credamus.

IOANNIS ANTIOCHENI Episcopi homilia in Chalcedone dicta post homiliam Theodoreti, vt suos animaret.

SAncta lex est, vt patribus accepta ferantur ea quæ filiorum sunt. Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses: immo non mei sunt, sed Dei, qui vestram cum nostra congregauit Ecclesiam, & hūc pro pietate zelum cum alijs donis largitus C est. Equidem inter vos ideo surrexi, vt dicendo salutarem simul, & valedicerem. etenim vobiscū sumus, ad fratres nostros contendentes. Transit enim, quocumque vult, absque impedimēto charitatis natura. Saluto vos, & oro, vt pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates possidere censetur, strenue militat & impigre vt conseruet quæ possidet. Nullus igitur a paterna Fide destituat, quam & nos, vt depositum, apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, D quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit à Fidei sinceritate auellere. Porro vobiscum paruæ quidem minæ sunt, magna autem merces; paruæ passiones, sed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depositum vestrum, nempe dogmatum certitudinem; nemo persuadeat, Deum esse passibilem, neque corporis & Deitatis naturam vnam. Illa enim per se est diuina substantia; hanc vero, corporis videlicet, suscepit. Idcirco connexionem prædicamus, & non confusionem; vnionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, Filius hoc per illud; omnia hæc per illud: adoratur cum illo, glorificatur cum illo; & qui cum illo adoratus est inseparabiliter, primitiæ appellatur nostræ naturæ. E Hæc seruate, & Deus pacis erit vobiscum, adiuuans vos modo quem ipse nouit: cui sit gloria in sæcula. Amen.

Pia & grauis esset hæc admonitio, nisi statim contra inferretur. Posuit enim, Concile Patres sanctos esse et fideles; quod omnino falsum est.

Psal. 59. v. 9.

ALTERA SCHISMATICORVM epistola, intempestiue de victoria gloriantium, ad eosdem.

PRecibus sanctitatis vestræ datus est nobis accessus ad pientissimum Regem nostrum, diuinaq. gratia his qui diuersa sentiunt, in certamine

ne ſuperiores facti ſumus; quia omnia quidem noſtra accepta fuere apud Chriſti amantiſſimum Regem. lecta autem ſunt oblata ab illis, & quæ viſa ſunt indigna vt reciperentur, neque vllam conſequentiam habebant, reiecimus. Cyrilli enim ſurſum ac deorſum memores erant, orabantq. illum accerſiri, vt ipſe pro ſeipſo rationē redderet. Vſque in præſentem diem non obedierunt, ſed audierunt quòd oporteat ſermones de pietate, hoc eſt, de ratione Fidei haberi, & firmatam eſſe Fidem beatorum Patrum. Redarguimus & Acacium, qui in commentarijs poſuerat, paſſibilem eſſe Deitatem. Quod vſque adeo grauatim tulit pius Rex noſter, vt excuteret palliū, & retrorſum cederet præ blaſphemiæ magnitudine. Scimus autem & totum Conſiſtorium nos valde habere acceptos, quòd pro pietate certamus. Viſum igitur eſt pientiſſimo noſtro Regi, vt vnuſquiſque ſuum ſenſum exponat, & ſuæ pietati offerat. Reſpondimus autem nos, quòd impoſſibile eſt fieri aliam expoſitionem, quàm eam quæ in Nicæa à beatiſſimis Patribus facta eſt: & placuit eius Maieſtati. Propoſuimus igitur illam, in qua veſtra ſanctitas ſubſcripſit. Ceterum omnis populus Conſtantinopolitanus iugiter ad nos venit, orans vt ſtrenue pro Fide pugnemus: multumq. laboramus ad retinendum eos; ne videamur occaſionem dediſſe aduerſarijs. Miſimus autem exemplar expoſitionis, vt duo exemplaria fiant, duobusq. illis ſubſcribatis.

EPISTOLA QVORVMDAM Orientalium, qui Conſtantinopolim miſſi fuerant, ad Rufum Epiſcopum.

Deo dilectiſſimo ſanctiſſimoq. comminiſtro Rufo, Ioannes, Himerius, Theodoretus, & reliqui Epiſcopi in Domino Sal.

ARbitramur pietatem & Eccleſiaſticam concordiam ob ſanctitatis tuæ abſentiam non paruum detrimentum accepiſſe. Etenim ſi præſto fuiſſet, confuſiones turbasq. temere exſuſcitatas compeſcuiſſet, & hæreſes orthodoxæ Fidei, & Euangelicæ ac Apoſtolicæ doctrinæ inuectas, quam filij à patribus ſemper acceptam ad nos vſque tranſmiſerunt, nobiſcum debellaſſet. Hæc citra cauſam non dicimus: ſiquidem ex litteris, quas pietas tua ad Iulianum pijſſimum ſanctiſſimumq. Eridicæ Epiſcopum perſcripſit, aliud ſanctitatem tuam ſpectaſſe cognouimus. Monebant enim litteræ pijſſimum illum Epiſcopum, ne Fidei, quam beati Patres Nicæni expoſuerunt, defenſionem vlla ratione detrectaret, neve permittat, vt infractis illis verbis reprehenſio, vel labes aliqua irrepat, vt quæ ſola & ad veritatem oſtendendam, & ad fallitatem reuincendam ſat eſſe videantur. Et hæc quidem ſanctitas tua recte & pie & iuſte admonuit; atque is qui accepit litteras, litterarum conſilium ſecutus eſt. Ceterum multi qui ad Synodum venerunt, iuxta Prophetam, declinauerunt, inutilesq. facti ſunt. Fide namque relicta, quam à ſanctis Patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus ſubſcripſerunt, quæ Apollinarij praua opinione plena ſunt, & cum Arij & Eunomij impietate conueniunt; omnesq. qui manifeſtam illam impietatem non ſuſcipiunt, anathemati ſubijciunt. Huic Fidei peſti ſtrenue reſtitimus tam nos qui ex Oriente, quàm alij quoque qui ex diuerſis diœceſibus conuenerunt, vt Fides à beatis Patribus Nicæx expoſita confirmaretur. Nihil enim (vt ſanctitas tua nouit) in illa deſideratur, quod ad confirmandam Euangelicorum dogma-

Pſal. 13. v. 3.

Non reliquerunt Fidem Patrum, ſed capita illa tuguerunt Symbolo contraria admiſerunt.

Non pugnatur pro Symbolo, vbi id frequenter vſurpatur, ſed pro Negotio.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΝΑΤΟΛΙΚΩΝ τινῶν, πρὸς ἐις Κωνσταντίνου πολιν πεμφθέντων, πρὸς Ρούφον ἐπίσκοπον.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ ἰσοστάτῳ συλλειτουργῷ Ρούφῳ, Ἰωάννης, Ἱμέριος, Θεοδώρητος, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

C Λίαν βεβλάφθαι τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ὑπὸ τῆς ἀπουσίας τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἡγούμεθα· ἔπασχον γὰρ ἂν θεραπευόμενα, καὶ τὰς γεγενημένας συγχύσεις, καὶ τὰς πεπολεμημένας ἀταξίας, καὶ σὺν ἡμῖν ἂν κατηγόνιστο τὰς ἐπαναχθείσας αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ἢ τῇ εὐαγγελικῇ, καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ· ἣν παῖδες μὲν πατέρων ἀεὶ δεχόμενοι, μέχρις ἡμῶν ταύτην παρεπέμψαν. τοῦτο δὲ οὐκ ἀπλῶς φαμὲν, ἀλλὰ ἄλλοι τὸν σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθηκότες ἐκ τῶν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον, καὶ ἁγιώτατον ἰουλιανὸν, τὸν τῆς Ἐρυθρᾶς ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας D σταλέντων γραμμάτων. ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ τὸν περιφρονοῦντα θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον συναγωνίσασθαι τῇ ἐκπεφασμένῃ πίστει ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, καὶ μὴ συγχωρῆσαι μῶμον ἐκείνοις τοῖς ἀῤῥαγέσι ῥήμασιν ἐπαναχθῆναι, λέγειν τε καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγξαι. ταῦτα μὲν ὁσιότης σὴ οὐ ὀρθῶς, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο· καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα, τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ. πολλοὶ γὰρ τῶν εἰς τὴν σύνοδον συναγθέντων, ἐξέκλιναν πρὸς τὸν συφιστὴν, καὶ ἠχρειώθησαν, τὸν μὲν συναγθέντα τῶν ἁγίων πατέρων παρελάβομεν πίστιν, καθαλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυποχάψαντες· ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας· συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ· καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὸν μυθὸν τοῦτον ἀσέβειαν. τοιγαροῦν τῇ λύμῃ τῆς πίστεως λίαν αὐτέσημεν, οἵ τε ἀπὸ τῆς ἑῴας πλὴν συναλλυδῆται, καὶ ἕτεροι, οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων· ὥστε τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκπεφασμένην ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων κεκτυφθαι πίστιν· δόξειε γὰρ αὐτῇ ἐλλείπειν, ὡς οἴδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἰς τὴν διδασκαλίαν τῶν δογμά-

Non reliquerunt Fidem Patrum, ſed capita illa tuguerunt Symbolo contraria admiſerunt.

Non pugnatur pro Symbolo, vbi id frequenter vſurpatur, ſed pro Negotio.

δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὥστε A
πάσης ἀγωνιζόμενοι διαπλεύσειν, πάντων ἅμα τὴν
τύχην τὸν βίον καταφερομένων τριβῶν τι, καὶ λυπηρῶν·
ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν πατρῷον τόπον
κλῆρον. τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα,
τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δ' ὡς συνεργὸν γεγενημέ-
νον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιω-
* διαφορᾷ θῆναι, καὶ σταθῆναι, τὰ ὑπὲρ διαφορᾶς τῶν ἐκκλη-
σιῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια, καθαιρέσει ὑποβεβλή-
καμεν· καὶ τοὺς ὑπογράψαι, καὶ συντίθεσθαι τοῖς ἑκατέ-
ραις τῆς δυσεβείας δόγμασι τολμήσαντας, ἀκοινωνη-
τους πεποιήκαμεν· ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, B
εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν
Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς
ὤνησεν ἡ ἡμετέρα μακροθυμία· μέχρι γὰρ τῆς σήμε-
ρον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμάχον-
των δογμάτων· ὥστε πέρα δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ ἁ
κανόνος ὄρῳ· ὃς σαφῶς διαγορεύει· εἴ τις καθαιρε-
θεὶς ὑπὸσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά-
κονος, ὑπὸ ἰδίου ὑπισκόπου, ἑαυτῷ ὑπεισέλθοι τῶν
λειτουργίων, καὶ μὴ ἀναμείνειε συνόδου κρίσιν, μη-
κέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας C
συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς
ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας. τούτῳ τῷ ὅρῳ πεπει-
θώκασιν, εἴ τι καθαιρεθέντες, εἴ τι ἀκοινώνητοι γεγε-
νημένοι. διὸ γὰρ μὴ τὸ γένναι τῷ γεννωμένῳ κα-
θαίρεσιν, καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνειλεῖσθαι, καὶ
διαπλεῦσαι λειτουργοῦντας· ὡς ἀπροσώπους δηλονότι
τῷ εἰπόντι· ὃ δὴ ἂν δήσητε ὑπὲρ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμέ-
νον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τοῦτο ἐβουλεύσαμεθα μὲν διὰ
τῆς σῆς ἀγιωσύνης γνωρίσαι· προσδοκήσαντες δὲ ἔτι
διά τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολὴν, μέχρι τοῦ παρόν-
τος ἀνεμείναμεν. ἀλλ' ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος. D
ἐμειναν γὰρ τῆς δυσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμα-
χοῦντες, καὶ μηδὲ τοῦ δυσεβεστάτου βασιλέως τοῖς
συμβουλαῖς αἰδούμενοι· πεπείκεις γὰρ ἤδη καὶ αὐτοῖς,
καὶ ἡμῖν συντυχηκὼς, προστάξειν αὐτοῖς, ἢ ὡς ἑαυ-
τοῖς τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια, ἢ
τὸν ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι, ὡς
συμβαίνει τῇ τῶν μακαρίων πατέρων ὁμολογίᾳ.
* ἔχειν ἑτοίμως γὰρ ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι' ὧν ἀπο-
δείξαμεν αὖ, ὡς αὐτόπτας μὲν μάχεσθαι τοῖς τῆς ὀρθο-
δοξίας διδασκάλοις, συμφέρεσθαι δὲ λίαν τῇ τῶν
αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ· διδάσκει γὰρ ἡμᾶς τούτων E
αὐτῶν, ὁ τὰ πανταχοῦ τοῦτα κτίσας ῥητήματα, ὡς ἡ θεό-
της τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπό-
της, ἵνα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀπολάβῃ σωτηρίας· τῆς
ἐνοικούσης δηλονότι θεότητος οἰκειωμένης μὲν τὰ πά-
θη, ὡς ἰδίου σώματος, ἀθέσει δὲ παραχώσης εἰς τὴν ἰδίαν
φύσιν· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότη-
τός τε, καὶ ἀνθρωπότητος· οὕτω γὰρ· ὁ λόγος σὰρξ ἐγέ-
νετο, ἠμείψατο· ὡς τῆς θεότητος τροπήν τινα ὑπο-
μενούσης, καὶ εἰς σάρκα μεταβληθείσης. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζει τοὺς διαιροῦντας τὰς εὐαγγελικὰς, καὶ
ἀποστολικὰς περὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς, τῇ τῶν ἀνθρωπίνων, τὰς δὲ θεοπρε-

dogmatum doctrinam, & ad quamuis hæresim confutandam faciat. Propter hanc omnibus lætis, triſtibusque, quæ humanæ vitæ accidere poſſunt, ſimul poſthabitis, iugiter in acie verſamur, vt hanc ſortem à patribus traditam, incontaminatam conſeruemus. Hac etiam de cauſa Cyrillum & Memnonem depoſuimus; illum quidem tamquam hæreſiarcham; hunc vero tamquam illius fautorem, & adiutorem in omnibus ad confirmanda ac ſtabilienda capita, quæ expoſita ſunt in Eccleſiarum perniciem: ceteros vero qui dogmatibus illis pietati diſſentaneis ſubſcribere & adſtipulari ſunt auſi, tantiſper excommunicationi ſubiecimus, dum ea anathematizauerint, & ad ſanctorum Patrum Nicænorum Fidem redierint. B Verum noſtra lenitas illis nihil profuit. Nam vſque hodie pro peruerſis illis dogmatibus decertant, & vltro in Canonis ſanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perſpicuã ſententiam: Si quis Epiſcopus à ſancta Synodo, aut Presbyter, vel Diaconus ab Epiſcopo ſuo depoſitus, non expectato Synodi iudicio ſacris miniſterijs ſe ingeſſerit, nullus ſe expurgandi locus, ne in alia quidem Synodo huic relictus eſto. Sed & ſi qui ſunt, qui cũ eo communicauerint, hi penitus ab Eccleſia expellantur. In hanc ſanctionem inciderunt tam hi qui excommunicationis, quàm illi qui depoſitionis ſententiam in ſe exceperunt. Nam cum primum ſe à nobis depoſitos atque excommunicatos reſciuerunt, ſtatim vnà ſacris operati ſunt, & adhuc ſacra facere perſeuerant, tamquam ei fidem non habeant, qui dixit: Quodcumque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cælis. Hæc in ipſo mox exordio ſanctitati tuæ indicare cogitauimus: verum mutationis alicuius, & à malis hiſce emerſionis ſpe ducti, hactenus expectauimus: at ea nos ſpes fefellit. Nam neque impiam hanc hæreſim propugnare deſtiterunt, neque pijſſimi Imperatoris conſilia reuerentur. Etenim quintum iam nos & ipſos affatus, illis quidem mandauit, vt vel capita Cyrilli, tamquam cum Fide pugnantia reijciant; vel certe, ſuſcepto in eorum defenſionem certamine, ſanctorum Patrum confeſſioni conſentanea eſſe palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ oſtenſuri eramus, quòd orthodoxæ Fidei doctoribus manifeſte aduerſantur, plurimumq. hæreticorum doctrinæ conſentiunt. Enimuero horum peruerſorum germinum auctor per hæc ipſa docet, diuinitatem vnigeniti Filij Dei paſſam eſſe, non autem humanitatem, quam pro ſalute noſtra ſuſcepit, ita videlicet, vt diuinitas inhabitans, paſſiones, quaſi proprij corporis eſſent, ſibi attribuerit, cum tamen in propria natura nihil pateretur. Addit præterea, ex diuinitate & humanitate vnam factam eſſe naturam: ſiquidem illud, Verbum caro factum eſt; ita exponit, quaſi diuinitas conuerſionem aliquam paſſa, & in carnem tranſmutata ſit. Ad hæc eos execratur, qui Euangelicas Apoſtolicasq. voces de Chriſto Domino diſtinguunt, vt humiles qui-

Incidérunt in Canonis ſanctionem, ſi vera ſententia eſſet legitima. Can. 4 Cõc. Antioch.

Sciebant vebrat ſententiam eſſe nullam, idcirco eam pro nihilo duxerunt.

Matth. 18. c. 18.

Tam vehãter ſuadebatur eſſe Imperator, vt ne mortalium quidem recipi ſinat.

Hoc Cyrillus numquam ſe aſſerit, ne dã publicè tradidit.

Ioan. 1. b

quidem ad humanitatem, diuinas vero ad Christi diuinitatem referant. Quod Ariani & Eunomiani sentientes, humilesq. dispensationis voces ad diuinitatē referentes, Deum Verbum creaturam & facturam, alteriusq. substantiæ, & Patri inæqualem esse affirmare non dubitarunt. Quæ vero blasphemia ex hisce principijs consequatur, quiuis facile intelligit. Nam & naturarum inducitur confusio, & Deo Verbo attribuitur illud: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? & illud: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. rursum fames, sitis, Angelica confortatio, & illud: Nunc anima mea turbata est. & iterum: Tristis est anima mea vsque ad mortem: & quæcumque talia in Domini nostri humanitatem ceciderunt. quæ perspicue cum Arij & Eunomij impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heterusion, naturarumq. diuersitatem adstruere non valerent, perpessiones, & humiles illas voces diuinitati Christi, vt ante dictū est, adscribunt. Norit autē tua pietas, Arianorum doctores nihil aliud in ecclesijs suis hoc tempore docere, quàm quòd consubstātialitatis assertores iam demum cū Ario sentiant, quòdq. veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat. Nos autē in dogmatibus beatorum Patrum, qui apud Nicæam conuenerunt, & eorum qui post illos doctrina claruerunt, Eustathij Antiocheni, Basilij Cæsariensis, & Gregorij, & Ioannis, & Athanasij, & Theophili, & Damasi Romani, & Ambrosij Mediolanensis, & reliquorum qui cum his eadem docuerunt, perseueramus, pijsq. illorum vestigijs insistimus; quippe qui Euangelica & Apostolica & prophetica verba sequentes, exactam orthodoxæ Fidei regulam nobis tradiderint: quam regulam nos inconcussam inflexamq. retinere studemus, qui in Oriente habitamus; similiter qui Bithyniam, & Paphlagoniam, & Cappadociam secundam, & Pisidiā, & Thessaliam, & Mysiā, Rhodopenq. incolunt, & alij quamplurimi diuersarū prouinciarum. Italos quoque certum est nouitatem illam nequaquā laturos esse. Nam Martinus sanctissimus Deoq. dilectissimus Mediolanēsium Episcopus ad nos scripsit, librumq. beati Ambrosij de Dominica incarnatione ad pijssimum Imperatorem misit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet. Sed nec istud sanctitatem tuam prætereat, nempe, Cyrillum & Memnonem non contentos fuisse orthodoxam Fidem corrupisse; verum omnes quoque canonicas sanctiones proculcauisse. Nam qui à diuersis diœcesibus atque prouincijs excommunicatione perculsi fuerunt, illos ipsi statim in communionem receperunt. Alios prætereà de diuersis etiam hæresibus accusatos, eademq. sentientes cum Celestio & Pelagio (Euchitæ enim sunt, siue Enthusiastæ) & ob id à suo Diœcesano, vel Metropolitano excommunicatos, Ecclesiastica disciplina contempta, communioni restituerunt, multitudine vndecunque sibi coacta; ac tyrannice potius, quàm pie dog-

Sed quis orthodoxæ fidei principia posse vnquā?

Psal. 21.
Matth. 26 d. 39.
Ioan. 12.
Matth. 26

Ariani non agnoscunt diuersitatē naturarū in vno Christo.

Si hos Patres sequeremini, insanirent, quasi hæretici, non insani.

Omnes Catholici vehementer sentiunt vbi catholicam doctrinam tenent: secus vero nequaquā.

Hoc falsum omnino est.

Solum à Nestorio, & alijs ei adhærentibus, iniuste depositos restituerunt.

Α πῖς, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Χριστοῦ ἀναλαμβάνοντες. ἅπερ φρονοῦντες Ἀρειανοὶ, καὶ Εὐνομιανοὶ, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς καὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς, εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα τὸν θεῖον λόγον, καὶ ἑτερούσιον, καὶ ἀνόμοιον τῷ πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο. ἐντεῦθεν δὲ, εἴ τι κἂν συμβαίη τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον καταδεῖν. σύγχυσις γὰρ ἀναγκαία τῶν φύσεων, καὶ ἀνοσιώτατον τῷ θεῷ λόγῳ, τὸ, θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τὸ, πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τὸ πτύειν, καὶ ὑβρίζειν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου ἐνισχύεσθαι, καὶ τὸ λέγειν· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῇ τῶν ἀνθρωπότητα τοῦ κυρίου συμβέβηκε. ταῦτα δὲ, ὡς σαφῶς τῇ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνει, δύσκολον οὐ πᾶς καταδοῦναι. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτερούσιον καταδυόμενοι μὴ δυνάμενοι, τὰ πάθη ματα, καὶ τὰς ταπεινὰς φωνὰς, τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς πεφύκασι. ἵστω δὲ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς οἱ τῶν Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν ἄδην ἕτερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν διδάσκουσιν, ἢ ὡς οἱ τὸ ἑτερούσιον διδάσκοντες, νῦν τὸ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι μὲν χρόνου μακροῦ τὸ ἀληθὲς ἀνεφάνη. ἡμεῖς δὲ τῆς τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ λαμπρυνθέντων, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμάσου τῆς Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολάνων, καὶ τῶν λοιπῶν πατρικῶν διδαχθέντων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ αὐτῶν ἀκολουθοῦμεν ἴχνεσι. τῆς γὰρ εὐαγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς, Β καὶ προφητικῆς ἑπόμενοι ῥήμασιν, ἀκριβῆ τὸν κανόνα τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κατέλιπον ἀκίνητον, καὶ ἀσάλευτον, φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες, οἱ τὴν ἀνατολὴν οἰκοῦντες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ δευτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισιδία, καὶ Θετταλία, καὶ Μυσία, καὶ Ῥοδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν διαφόρων ἐπαρχιῶν. δῆλοι δὲ εἰσι καὶ Ἰταλιῶται τὴν καινοτομίας πᾶσαν οὐκ ἀνεχόμενοι· ὁ γὰρ θεοφιλέστατος, καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος, ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος, καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον ἐξέπεμψε τὸ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως· ἅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις. γινωσκέτω δέ σου ἡ ἁγιότης, ὡς οὐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ, καὶ Μέμνονι, τὸ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν· τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν, καὶ διοικήσεων ἠνεμένους ἀκοινωνήτους, ὄντας εἰς κοινωνίαν οὐ δέξατο. τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ ἑτέρας C ὑπὸ αἱρέσιν ἐγκαλουμένους, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ, καὶ Πελαγίῳ· οὗτοι γάρ εἰσιν, ἥκιστα ἐξουσιασταί, διὸ καὶ ἀκοινώνητοι ἦσαν τῷ τε ἰδιωτῇ, καὶ τῷ μητροπολίτῃ, τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατάξεως καταφρονήσαντες, εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο αὐτοὺς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς πανταχόθεν ἀθροίζοντες· καὶ τυραννικῶς μᾶλλον, ἢ δικαίως δογμα-

Ἀναστάσιος ἐδέξατο.

δογματίζειν σπουδάζοντας. ἐπεδὴ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐγγύμνωντο, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέραν ἐπενόησαν δύναμιν, ἀνθρώπων πίχη. χρημάτων ῥεύμασιν οἰόμενοι τὴν τῶν πατέρων καταγωνίζεσθαι πίστιν. ἀλλὰ τούτων μὲν αὐτοὺς ἀνῆκε, τῆς ὑμετέρας ἐρρωμένης ὁσιότητος, καὶ σωθήσῃ τῆς εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης. παρακληθῆναι γάρ, δέσποτα ἅγιώτατε, τὴν μὲν κοινωνίαν τῶν παρὰ πάντα τετιμημένων, καὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην εἰσαγόντων φυλάξασθαι, γνώσεσθαι δὲ πᾶσι, καὶ τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν ὡς πάντα ἐστὶ τὰ κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς· καὶ ὅτι ἃ χρὴ τῇ ἐκπεμφθείσῃ βιβλῳ παρ' αὐτοῦ ἀκωλύτως προσέχειν· ἐν ᾗ τὸ μὲν αἱρετικὸν σωτηρίαις Φρονήμασι, τῷ δὲ τῆς εὐσεβείας αὐτὴν κατέχρωσι δόγματι· ἐν μὲν γὰρ τοῖς κεφαλαίοις σαφῶς αὐτὸ τὴν ἀσέβειαν ἐγύμνωσαν· ἔνθα δὲ ἀκαθημάτοις τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἐπάλμησαν· ἐν δὲ τῇ βιβλῳ βλέψαι πανούργως τοὺς ἁπλουστέρους ἐπεχείρησαν. μὴ γένοιτο καταφρονήσῃ τῆς ὑποθέσεως ἡ σὴ ὁσιότης· ἵνα μὴ ὕστερον ὀρώσα τὴν αἵρεσιν κρατυνθεῖσαν, ἀσυγήτως ἀλγύνηται, καὶ ἀχάλλῃ, ἐπεμοῦσα μηκέτι δυναμένῃ τῇ εὐσεβείᾳ. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὸ ἴσον τοῦ τόμου οὗ ἐπιδεδώκαμεν τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν, ἔχον τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἐν ᾧ ἐξεβάλομεν τὰ σφέτερα ἐφαντασθέντα ὑπὸ Κυρίλλου αἱρετικὰ κεφάλαια, ἀλλότρια κρίναντες αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ἐπεδὴ δὲ μόνοι ἐκτὸς παρεγενόμεθα τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οὕτω τοῦ εὐσεβεστάτου προσταξάντος βασιλέως, ἀνεστάλημεν καὶ τὸ ἴσον τοῦ ἑτέρου, τοῦ σωθῆναι τῆς ἁγίας συνόδου ὁσίους ἡμῖν, διὰ τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκειμένων αὐτῷ ἐπαρχιῶν· αἵ εἰσι δύο τῶν ὑπαρχόντων τῶν μητροπολιτῶν γνῶναι τὴν σὴν ὁσιότητα. πᾶσαν τὴν οὖν σὺν ἀδελφότητα προσαγορεύομεν.

A dogmata sua statuere laborantes. Nam cùm pietate destituerentur, aliam necessario sibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, rati profusione pecuniæ se Patrum Fidem expugnaturos. Verum si pietas tua sese in conspectum dederit, religionisq. defensionem more suo susceipiat, nihil illorum machinationes efficere poterunt. Quamobrem sanctissime Domine, iterum atque iterum rogatus, illorum communionem, qui tanta hac temeritate vsi sunt, quiq. hanc hæresim inuexerunt, caueto; omnibusq. tam prope, quàm longe positis declarato, capita hæc ipsa esse, propter quę beatissimus Damasus Apollinarium, Vitalium & Timotheum hæreticos gradu mouit: epistolam præterea ab eo missam, non esse simpliciter admittendam; in qua sententiam hæreticam pietatis dogmate coloratam occultauit: siquidé in capitibus illis aperta fronte impietatem suam profitetur, eosq. qui aliter sentiunt, audacter anathematizat; in epistola autem callide simplicioribus damnum inferre studuit. Caueat itaque sanctitas tua, ne causam negligat, ne postea hæresim hanc corroboratam aspiciens, in vanum doleat, & quòd pietatẽ vindicare deinde nequeat, se affligat. Misimus etiam exemplum scripti, quod pijssimo Christianissimoq. Imperatori nostro exhibuimus; quo sanctorum Nicænorum Patrum Fides continetur, & hæretica Cyrilli capita recens inducta, ea iudicantes ab orthodoxa Fide aliena, in ipso reiecimus. Quoniam vero iuxta pijssimi Imperatoris mandatum octo tantum in ciuitatem Constantinopolitanam venimus, adscriptimus etiam exemplum mandati à sancta Synodo nobis dati; quò prouinciæ in illo recensitæ dignoscantur. Eas enim à Metropolitanorum subscriptionibus sanctitas tua cognoscet. Salutamus vniuersam, quæ tecum agit, fraternitatem.

Iterum Cyrillus inter hæreticos computatur.

Fallunt plerosq; falsiones Metropolitanæ, vt facilius persuadeant.

ORIENTALIVM SCHISMAticorum exemplaria ad fratres, qui communi omnium nomine Constantinopoli legatione fungebãtur.

Omnibus modis pientissimis & sanctissimis ac religiosissimis coëpiscopis, Ioanni, Ioanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto, Helladio Episcopis, Synodus quæ in Ecclesia Ephesi congregata, in Domino Sal.

Vtrumq; falsum est, & fuerunt multi.

QVoniam didicimus vestros pro religione labores, cum diuina Regis nostri Christum amantis & pientissimi, * cognouimus experientia, Dominum IESVM Christum Ecclesias suas non derelinquere, qui sane & vobis orthodoxis decentem gratiam exhibuit, aduersariosq. multo rubore confudit, pientissimumq. nostrum Regem rectæ Fidei sanctissimæ Ecclesiæ accedere fecit. Confidimus autem, quòd & vobis libertate sacerdotibus Christi digna certantibus, & pientissimi nostri Regis vita per Deum salua, pacificum finem res habituræ sint: * infamentur hæretica, vt per totum orbem in Ecclesijs iterum sanctorum Patrum orthodoxa Fides reluceſcat. Verum aduersarij non cessant vsque in præsentem diem solitam exercere tyrannidem, eo quòd nullam indignationem experti sunt. Vbique enim illicitas depositiones in Ecclesias mittentes, turbant & Clerum & plebem. Subscripsimus item in duobus exemplaribus, quæ à vestra sanctitate nobis sunt missa: pro quibus oramus, vt contra pullulantem impietatem pro veritate certantes, vsque ad sanguinem obsistatis, scientes quòd cum vestra sanctitate concordant ea quæ nos confitemur. Parati etiam sumus prius mori, quàm suscipere vnum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quæ autem ad personarum debone-

Et hæc argumenta sunt, res non facturæ.

 statio-

ſtationem attinent, perpetuo ſilentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis commentarijs (hæretica commentaria, vt ſcitis, Patrum Fidei coniunxerunt,) hac ratione declarant ſeipſos hæreticos, & ab orthodoxa Fide alienos. Quomodo igitur, oro, fieri poteſt, vt duo hæc diuerſa, depoſitio & capitula, conueniant? Nam ſi fide digni ſunt qui eum recipiunt, digni fide erunt & in capitulis hæreticis, quæ expoſuerunt. Si autem capitula redarguunt eos hæreticos, omnino hæreticorum eſt & depoſitio. Hæc autē & ad pientiſſimum noſtrum Regem ſcripſimus, miſſo exemplari; vt quod operæpretiū videbitur, faciatis. Non minor enim nobis ſollicitudo eſt, quàm pro veritate ipſa, ne ſi depoſitio quæ ab hæreticis facta, robur accipiat, valeant & hæretica capitula, & alia quæ ab illis contra multos ſacerdotes facta ſunt. Bona nobis fiducia eſt, quòd veſtra ſanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quæ omnia quæ ab hæreticis facta ſunt, irritent, ſiue depoſitionem, ſiue excommunicationem, idq. tam ſynodali reſcripto, quàm regio edicto. Non ignorat enim veſtra pietas, quòd habemus quoſdam Epiſcopos nobiſcum deſolatos in ſuis prouincijs. Demum miſimus veſtræ ſanctitati recens factam expoſitionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, euidentius etiā per illam oſtendente ſuam impietatem: ſicut & rogauimus veſtram ſanctitatem, dignemini curare, vt nos ſtatim dimittamur, maxime quia nunc hiems inſtat.

Arguit, ſed ex falſo principio colligit. Nam etſi eorum ſynodum hæreticam fuiſſe, atque ideo Neſtorium deponere non potuiſſe.

Non fidecla vos fallat.

Immo vero maxi pars id ante vel exauctorata, vel excommunicata erat.

Iudicant Anathematiſmorum Cyrilli declarationem.

RELATIO ORIENTALIVM, qui Epheſi degebant, ad Theodoſium & Valentinianum Auguſtos.

Pientiſſimis & Chriſti amatoribus Regibus, Theodoſio & Valentiniano Auguſtis, ſancta Synodus, quæ Epheſi eſt congregata.

EDocti ex ſanctiſſimorum & pientiſſimorum miniſtrorum noſtrorum litteris, qui pro tota Synodo ad veſtrū pium Comitatum peruenerunt, tum quòd benignus illis ad veſtram pietatem patuerit acceſſus, tum quòd Maieſtas veſtra multum pro orthodoxa Fide zelet, gauiſi ſumus, quaſi præſentes prædictis ſerenam veſtræ pietatis faciem ſimul intueremur. Cognouimus enim, quomodo ea quæ ab aduerſarijs, veſtro iuſto iudicio minus fuere accepta; ſanctorum autem Patrum qui in Nicæa, Fides, pro qua & præſentes pientiſſimi Epiſcopi, & nos ſolliciti ſumus, receptionem meruit. Credimus itaque, Deum ſic inſtituiſſe veſtrā pietatem, ne quo modo commoueretur Apoſtolica Fides, per quam à progenitoribus regnum habet veſtra Maieſtas, omnesq. alienas nationes ſubditas habet. Et propterea gratiarum actiones, & continuas preces ſolito more cum magno gaudio Chriſto Domino offerimus. Quoniam autem ſub veſtro Imperio magna quędam fiducia eſt ſacerdotibus, confidimus etiam, ea quæ nos mœrore conficiunt & ſollicitudine, cognouiſſe veſtrā Maieſtatem, illorumq. remedium petere. Vnde oramus, & ante veſtigia veſtra prouoluimur, vt nos cum longanimitate humiliantes veſtræ pietati ſuſcipiatis, & iuſte petentes de offenſa perſona ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deū ipſum impie egerunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbauerunt ſanctorum Patrum Fidem, hanc ipſorum partem in ipſis commentarijs etiam illicitam depoſitionem fecerūt. Et credimus non viſum fuiſſe incorrupto veſtro & recto iudicio iuſtam illorum ſtare condemnationem, quos condemnari manifeſte oportet, vtpote conuictos hæreticos. Quæ autem particulariter ſecutura ſunt ab illis & cōtra Eccleſiaſticas conſtitutiones, & contra pientiſſima veſtra ſcripta, iam à multis didicit veſtra Maieſtas, ſi in nullo ab ipſis offendatur, veſtrisq. edictis non obluctentur, & Eccleſiaſticam Fidem prædicent. Nam etſi millies fugiens tumultus caueat, & ipſe priuatim agere malit; opus tamen, ne Fides iacturam ferat, eo quòd illegitima iſta depoſitio ab his qui hæretica capitula introducunt, facta ſit.

Omnia iam ceſſa per hæreticos Neſtorio, quem antea quid ſua perſuaſum eſſe, nemo erat qui dubitaret.

Sed ubi pro tanta hæreſis cumulo ſunt Concilij Patres?

Quaſi Noſtrum Epiſcopum Fidem prædicaturi, & ſuperuenturo malo parcere.

EPISTOLA LEGATORVM Schiſmaticorum ad ſuos in Epheſo.

Dominis maxime honorabilibus & pientiſſimis Epiſcopis, qui in Epheſo ſunt, Ioānes, Ioannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

QVinto acceſſus nobis contigit: & quamuis multum de hæreticis capitulis diſceptauerimus, iurauerimusq. ſæpius pientiſſimo Regi quòd impoſſibile ſit nobis communicare his qui diuerſa ſentiunt, ſi nondum exploſerint capitula; & quòd Cyrillus, etiam ſi reiecerit capitula, à nobis ſuſcipiendus non ſit, eo quòd ipſe tam impiæ hæreſeos hæreſiarches factus ſit; nihil tamen profecimus, eo quòd & aduerſarij inſtarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compeſcerent, nec cogerent eos, vt ad inquiſitionēm & colloquium venirent. hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, & de his diſputari prorſus non ſinunt. Nos autem propter veſtras preces vſque ad mortem inſtare parati ſumus; & neque Cyrillum ſuſcipere, neque capitula ab eo expoſita, neque illis communicare, priuſquàm explodantur quæ male Fidei adiecta ſunt. Obſecramus igitur & veſtram ſanctitatem, vt ſapiatis eadem quæ nos, eumdemq. laborem oſtendatis. Certamen enim nobis pro religione eſt, quam ſolam habemus ſpem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate Saluatoris noſtri in futuro ſæculo. De pientiſſimo & ſanctiſſimo Epiſcopo Neſtorio ſciat veſtra pietas, quòd ſtuduerimus quidem ſermonem de illo inſerere; ſed nūc non potuimus, eo quòd omnes vel ad ipſum nomen hoſtiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametſi res ſic habeant, per opportunitatem temporis ac auditorum beneuolentiam etiam hoc facere, ſi quidem noſtro propoſito Deus cooperatus fuerit. Porro vt veſtra ſanctitas etiam hoc non ignoret, ſcitote, quòd videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes, vt ita dicam, decepiſſe, non raro

Non ſimus in hoc tam Cyrillum culpemus.

Leo impia impijſſima.

Schismatici ausa sua diffidentia; quòd autoritate se abscissi gloriabantur, retinentur.

raro pientissimum Regem & magnificentissimos principes obsecrauimus, vt & nos ad Orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim, quòd in vanum moras nectimus, & instituta non perficimus, eo quòd Cyrillus vbique fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas. Placuit autem pientissimo Regi post multas adhortationes, vt singuli ad propria redeamus; ad hoc, vt & A Aegyptius, & Memnon Ephesius in suis locis maneant. Sic enim poterit Aegyptius omnes excæcare muneribus suis, sic, vt ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat; iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur. Omnem, quæ vobiscum est, fraternitatem, & nos, & qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

Cyrillum post contemptum vocat Aegyptium; Nestorium autem virum innocentem.

Ioannes Episcopus Antiochiæ Orientis valere vos in Christo precor, Domini pientissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alij.

ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΤΩΝ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ,

δι' ὧν τὰ πεπλασμένα τῶν ἀποχίσεων διελέγχονται τεχνάσματα.

EPISTOLAE CATHOLICORVM, QVIBVS

Schismaticorum præcedentes doli refelluntur.

Ἀναφορὰ τῆς συνόδου κατὰ τοῦ Νεστορίου καὶ τῶν ἐκείνου, ἃ διέσυρεν, ἃ ἐδίδασκεν, οἷς ψευδῶς τὰ αἰτιώματα ἐφέρετο παρὰ τοῦ Κανδιδιανοῦ.

ΑΝΑΦΟΡΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ συνόδου, ἀποσταλείσης διὰ Παλλαδίου Μαγιστριανοῦ, καλανδῶν Ἰουλίων, ὑπατείᾳ ζ. ἰνδικτιῶνος ιε'.

EXEMPLVM RELATIONIS sancti Concilij, missæ per Palladium Magistrianum, kalendis Iulijs, mensi Epiphi septima, Indictione xv.

Relatio Synodi, qua respondetur Sacræ supra præmissæ, & quæ a Candidiano relata fuerat, falsa esse docentur. Ea autem Sacra posita est A. 431. 450.

Τοῖς θεοσεβεστάτοις, καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεισεβάστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

Piissimis, Deoq. deuotissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus, quæ per Dei gratiam, vestraq. Maiestatis nutum in Ephesiorum metropoli conuenit.

C Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasim vnitum, vnumq. tantum vnà cum sua carne esse Christum, eumdem nimirum Deum simul & hominem; anathema sit.

Ἐπίλυσις βʹ.

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ὁ τῶν θείων μυστηρίων ἱερεύς· ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη· ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι· ὤφθη ἀγγέλοις· ἐκηρύχθη ἔθνεσιν· ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ· ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. τί οὖν ἐστι τὸ, ἐφανερώθη ἐν σαρκί; τοῦτο γέγονε σὰρξ ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐ κατ' μετάθεσιν, ἢ τροπὴν, τῆς ἑαυτοῦ φύσεως εἰς σάρκα μεταπεποιημένης, ὡς ἤδη προείπομεν, ἰδίαν δὲ μᾶλλον ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς χρηματίζων υἱός· οὐ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὡς ἄσαρκος ἦν λόγος, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἦν ὁ αὐτὸς ἐν σώμασι. τοιγαροῦν φαμὲν τὸν αὐτὸν ὑπάρχειν θεόν τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπον, οὐ διαιροῦντες εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς τινα, καὶ αὐτὰ μέρος κείμενον τῷ ἀπ' αὐτοῦ θεωρείσθαι, καὶ εἰς θεὸν λόγον ἰδικῶς· ἵνα μὴ δύο νοῶμεν υἱοὺς, ἀλλ' ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν, ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον. τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχειν ὑπειληφότας, ἡμεῖς μισοῦμεν ἐβάλοντας, διαιροῦντας δὲ εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα, καὶ διαιροῦντας ἀπ' ἀλλήλων τὰ ἡνωμένα κατ' ἀλήθειαν, φάσεως δὲ κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἤτοι αὐθεντίαν, ἀνθρώπου γνώσθαι συναφθέντα πρὸς θεὸν, τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἀλλοτρίους εἶναι φαμέν. ὥστε κἂν *ἀποστολος ὀνομάζηται, κἂν *κεχρίσθαι λέγηται, καὶ εἷς υἱὸν ᾠρίσθαι θεοῦ, οὐκ αἰσχυνόμεθα τὴν οἰκονομίαν. αὐτὸν δὲ φαμὲν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὠνομάσθαι δὲ τότε καὶ ἀπόστολον, καὶ *κεχρίσθαι δὲ μετ' ἡμῶν τὸ ἀνθρώπινον· ὃ δὴ γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, εἰ πεφυκότα τὰ ἡμῶν· οὐκοῦν δὲ μᾶλλον

Explanatio secunda.

Diuinus Paulus, sacer ille diuinorum mysteriorum interpres, ita scribit: Manifeste magnum est pietatis sacramentũ: Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatus est Gentibus, creditus est in mũdo, assumptus est in gloria. Quid igitur est quod dicit, Manifestatus est in carne? hoc est, Dei Patris Verbum caro factum est: non quòd secundum propriam naturam conuersum, aut transmutatum sit in carnẽ, vt modo dicebamus; sed potius quòd D carnem ex sancta Virgine sumptam, propriam sibi fecerit, vnus idemq. Filius appellatũ: ante incarnationem quidem tamquam Verbum tantum carnis expers; post incarnationem vero idem etiam in corpore. Atque hinc est, vt eumdem Deum simul & hominem esse dicamus, non diuellentes eum in hominem seorsum per se positum, & in Deum Verbum seiunctim per se consideratum, ne duos hac ratione filios intelligamus; sed vnum eumdemq. Christum & Filium & Dominum esse confitentes. Qui autem hoc secus habere existimant, aut non ita volunt credere, sed vnum filium in duos dispertiuntur, & quæ re ipsa E coniuncta sunt, à se disiungunt; aiuntq. hominem secundum solum dignitatis, vel auctoritatis consortium Deo coniunctum esse; eos à recta inculpataq. Fide alienos dicimus. Quãuis ergo Apostolus nominetur, vnctusq. & Dei filius designatus dicatur; non erubescimus dispensationem. Affirmamus autem Dei Patris Verbum tunc demum Apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem inunctum esse, quando similis nobis homo factum est. Qui enim nobis assimilatus est, licet id quod erat manserit, quæ nostra sunt non auersatur: immo vero propter di-

1. Tim. 3. c. 16.

Rom. 1. a.

ſpenſationem ea omnia quæ ad humanam naturam pertinent, cum humanitatis menſuris ſimul admittit: neque vllum hinc tamen ſecũdum propriam naturam vel gloriam detrimentum capit. Eſt enim, manetq. adhuc etiam hoc modo Deus ac Dominus omnium.

Anathematiſmus III.

Si quis in vno Chriſto poſt vnionem diuidit hypoſtaſes, ipſasq. ea tantum coniunctione inter ſe connectit, quæ eſt ſecundum dignitatem, ſiue auctoritatem, vel poteſtatem, & non eo potius concurſu, qui eſt ſecundum naturalem vnionem; anathema ſit.

Declaratio tertia.

Incarnati Vnigeniti diſpenſatorium myſteriũ accurate inquirentes, Dei Patris Verbum admirabili inexplicabiliq. modo, ſancto corpori animam rationis compotem habenti vnitum dicimus; atque ita vnum eſſe filium intelligimus; quemadmodum nimirum & in nobis ipſis cernere licet. Sunt ſane anima & corpus naturæ diuerſæ; at duo hæc inter ſe coniuncta vnum animal conſtituunt. Verum ſunt qui aliter hæc habere opinantur. Statuunt hi nobis hominem ſeorſum per ſe; eumq. Dei Patris Verbo ſecundum ſolam dignitatem, ſiue auctoritatem coniunctum dicũt; ſecundum naturalem autem, hoc eſt, veram vnionem, & vt nos credimus, nequaquam. Nam ita etiam diuina Scriptura dicit: Et eramus natura filij iræ, ſicut & ceteri. illud, Natura, ſumit pro vere. Qui itaque ſubſiſtentias poſt vnionem diuidunt, & ſingulas, hoc eſt, Deum & hominem, ſeparatim ponunt, talemq. illarum copulam confingunt, quæ ſecundum ſolam dignitatem contingit, illi duos omnino filios conſtituunt; cum tamen diuina Scriptura vnum Filium & Dominum eſſe affirmet. Quare poſt arcanam illam copulam, ſiue Emmanuelem & incarnatum & inhumanatum Deum nomines, nos Dei Patris Verbum accipimus: ſiue hominem dixeris, nos æque illud ipſum [Dei Verbum,] quod per diſpenſationem menſuris humanitatis ſeſe demiſit, agnoſcimus. Dicimus itaque ipſum palpabilem factum eſſe, qui impalpabilis eſt; & viſibilem, qui inuiſibilis. Non enim alienum erat ab illo corpus, quod ſibi vniuit, quod vtique palpabile & viſibile dicimus. Eos vero qui ita non credunt, ſed ſubſiſtentias poſt vnionem, vt modo aiebam, diuidunt; eamq. nudam ipſarum vnionem excogitant, quæ in ſola dignitate, ſiue auctoritate conſiſtit, propoſitus hic anathematiſmus ab ijs alienos eſſe iudicat, qui quæ recta ſunt, ſentire conſueuerunt.

Anathematiſmus IV.

Si quis duabus perſonis ſiue hypoſtaſibus eas voces attribuit, quæ in Euangelicis & Apoſtolicis ſcripturis paſſim occurrunt; quæve à ſanctis de Chriſto, vel ab ipſo quoque Chriſto de ſe ipſo dictæ ſunt; & alias quidem homini tamquam ſeorſum à Dei Verbo conſiderato adſcribit; alias vero tamquam Deo conuenientes, ſoli Dei Patris Verbo adaptat; anathema ſit.

De-

Ephes. 2. a.

A λον ἐμοὶ πῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτρεις τὰ ἀνθρώπινα διὰ τὴν οἰκονομίαν· οὐδὲν ἐστὶ θεὸν εἰς οἰκείαν ἀδικούμενος δόξαν, ἢ Φύσιν· ἔστι γὰρ καὶ οὕτω θεὸς, καὶ τῶν ὅλων κύριος.

Ἀναθεματισμὸς Γ΄.

Εἴ τις διὰ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, ἢ δυναστείαν, καὶ οὐχὶ δὲ μᾶλλον συνόδῳ τὴν καθ' ἕνωσιν Φυσικὴν, ἀνάθεμα ἔστω. B (φυσικῇ)

Ἔκθεσις Γ΄.

Τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς πλυναγμονευόντες τὸ μυστήριον, ἀδιαιρέτως τε, καὶ ἀσυγχύτως ἑνωθῆναι Φαμὲν ἀψύχῳ σώματι, ψυχὴν ἔχοντι λογικὴν, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· ἕνα τε καὶ οὕτω νοοῦμεν υἱὸν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἔξεστιν ἰδεῖν ἑτεροφυᾶ μὲν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, πολὺν δὲ ἐν ἄμφω ζῶον συνεστηκέναι. ἀλλ' οὐχ οὕτω πάντ' ἔχειν ὑπονοῦσι τινές· ἀνθρωπον δὲ διιστάντες ἡμῖν κατὰ μέρος, καὶ ἰδικῶς, συνῆφθαί φασιν αὐτὸν τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς φωτὶ λόγῳ καθ' ἕνωσιν μόνῃ τὴν ἀξίαν, ἤγουν τὴν αὐθεντίαν· οὐ κατὰ ἕνωσιν Φυσικὴν, πιστεύειν ἀληθῆ, καὶ καθάπερ ἡμεῖς πιστεύομεν· οὕτω γὰρ ἂν φησὶ καὶ ἡ θεία γραφή· καὶ ἦμεν τέκνα Φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, τὸ Φύσει αὐτὶ τοῦ ἀληθῶς λαμβάνεται. εἰ διαιροῦντες τοίνυν τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ κατὰ μέρος πλέοντες ἑκατέραν· τοῦτέστιν ἄνθρωπον, καὶ θεὸν, ὀνομάζοντες καὶ συνάφειαν αὐτοῖς τὴν κατὰ μόνλιν τὴν ἀξίαν, δύο ἂν πάντως εἶεν υἱοὶ· καί τι τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἕνα λεγούσης εἶναι, καὶ κύριον. ὥστε μετὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν, κἂν θεὸν ὀνομάσῃς τὸν Ἐμμανουὴλ, σαρκωθέντα τε, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, νοοῦμεν ἡμεῖς τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· κἂν ἀνθρωπον εἴπῃς, κἀδὲν ἧττον ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐν τοῖς τῆς αἰθρωπότητος μέτροις καθηγμένον οἰκονομικῶς, θεωροῦμεν. γεγονέναι δ' Φαμὲν αὐτὸν ἁπτὸν τὸν αἰσθητὸν ὁρατὸν τὸν ἀόρατον· ἃ δὴ διὰ τοῦτο τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, ὃ καὶ ἁπτὸν εἶναί Φαμεν, καὶ ὁρατόν. τοὺς δὲ μὴ οὕτω πιστεύοντας, διιστῶντας δὲ, ὡς ἔφην, τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ψιλὴν αὐτοῖς συνάφειαν ὀπτοῦντας, κατὰ μόνλιν τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν· ἀλλοτρίους τῶν ὀρθῶν φρονούντων ὁ προκείμενος ἀναθεματισμός. (κατὰ τὴν ἕνωσιν)

Ἀναθεματισμὸς Δ΄.

Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι φωνὰς, ἢ ὑπὸ Χριστῷ ᾄδὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ ᾄδὰ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσαπτει, τὰς δ' ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπ-

C

D

E

α ἀναβάσεων ἐπιστημονικῶν ἐπιτηδευμάτων χωρίων. φασὶν αὐτὸν

Ἔκθεσις δ'.

Declaratio quarta.

Ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς ὑπάρχων ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, καθὼς γέγραπται· καθῆκε δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν εἰς ἐκένωσιν, καὶ καταπεφοίτηκεν ἐθελοντὴς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, οὐ μεθιεὶς τὸ εἶναι ὅπερ ἐστί, μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον καὶ οὕτω θεὸς, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος οὐκ ἀπημάσας μέτρον. πάντα τοίνυν αὐτοῦ τὰ θεοπρεπῆ, καὶ ἀνθρώπινα. ποῦ γὰρ ἐπ' ἐκενέωσεν ἑαυτὸν, εἰ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἐπερυθριᾷ; Ἢ εἰ περιῆπτο τὰ ἀνθρώπινα, τίς ὁ καταβιασας αὐτὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης, Ἢ βίας εἰς τὸ ὁμοιοῦσθαι καθ' ἡμᾶς; πόσας τοίνυν τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φωνὰς, τίς τε ἀνθρωπίνας, καὶ μιᾷ καὶ τὰς θεοπρεπεῖς, ἑνὶ προσώπῳ προσαπάδομεν· ἐπεὶ δὲ καὶ ἕνα πιστεύομεν υἱὸν εἶναι Χριστὸν Ἰησοῦν, τοῦτον, ἐνανθρωπήσαντά τε, Ἢ σεσαρκωμένον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον. ὥστε κἂν λέγῃ τι τῶν ἀνθρωπίνων, τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτροις καταλογιζόμεθα τὰ ἀνθρώπινα· αὐτοῦ γὰρ πάλιν καὶ τὸ ἀνθρώπινον· κἂν εἰς θεὸς Δαβὶδ λέγηται, θεὸν εἶναι προσδοκῶντες τὸν ἐνανθρωπήσαντα, πάλιν ὡς ἑνὶ Χριστῷ, καὶ υἱῷ, τὰς ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν προσνεμόμεθα φωνάς. οἱ δὲ διιστάντες εἰς δύο πρόσωπα, δύο καὶ πάντως ἀναγκαίως ἀποῦσιν υἱούς. ὥσπερ γὰρ τὸν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διαιρεῖσθαι θεμις, κἂν ἐκ ψυχῆς νοοῖτο, Ἢ σώματος, ἀλλ' εἷς ἐστι, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, οὕτω Ἢ ἐπὶ τοῦ Ἐμμανουήλ· ἑνὶ δὲ ἐστιν εἷς υἱὸς, καὶ κύριος, ὁ σεσαρκωμένος, Ἢ ἐνανθρωπήσας τοῦ θεοῦ λόγος, ἐν αὐτοῦ πάντως ἐστὶ καὶ πρόσωπον· καὶ αὐτῷ προσνεμόμεν τά τε ἀνθρώπινα, διὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν μὴ σαρκὸς, καὶ μιᾷ καὶ τὰ θεῖα, διὰ τὴν ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπόρρητον γέννησιν. οἱ δὲ διιστῶντες, καὶ δισσοὺς ὁριζόντες εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, ὡς ἕτερον ὄντα υἱὸν μὲν διὰ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, καὶ εἰς θεὸν ἰδικῶς, ὡς ἕτερον ὄντα υἱὸν, δύο λέγοντες υἱοὺς, ἀναφέρονται δικαίως τῇ δυνάμει Ϝ προκειμένῃ ἀναθεματισμῷ.

Ἀναθεματισμὸς ε'.

Εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν, Ἢ υἱὸν ἕνα, καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινώνηκε καθαπλήσιως ἡμῖν αἵματος, καὶ σαρκὸς, ἀνάθεμα ἔστω.

Dei Patris Verbum in eiuſdem Patris forma & æqualitate exiſtens, non rapinam arbitratum eſt eſſe ſe æquale Deo, vt ſcriptum eſt; ſed potius ſe ipſum ſponte exinaniuit, & ad noſtra ſe demiſit, non amittens eſſe quod eſt, ſed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & nihil eorum quæ ad humanæ naturæ condicionem pertinent, aſpernatus. Sunt itaque illius omnia, non ſolum diuina, verum etiam humana. Qua enim ratione ſe ipſum exinaniuit, ſi humanæ naturæ partes erubuit? Et ſi humana auerſatus eſt, quis illum tamquam neceſſitate aut vi ad hoc impulit, vt nobis ſimilis fieret? Omnes itaque Euangelij voces, ſiue illæ humanum quid ſonant, ſiue diuinũ, vni perſonæ tribuimus. nam & Chriſtum IESVM, hoc eſt, inhumanatum & incarnatũ Dei Verbum, vnum Filium eſſe credimus. Quare ſi quid humanum [Scriptura de Chriſto] prædicat, hoc ad humanitatis eius condicionem transferemus; (eſt enim illius & ipſa quoque humanitas) ſi quid vero tamquam de Deo, de illo enuntiatur, voces altiores, quàm vt humanæ naturæ conueniant, vni rurſum Chriſto & Filio aſſignabimus, Deum inhumanatum illum eſſe credẽtes. Qui vero illum in duas perſonas diuidunt, neceſſario duos quoque filios confingunt. Sicut enim homo noſtri ſimilis, licet ex anima & corpore conſtitutus intelligatur, non geminus, ſed vnus & idem homo eſt: ita de Emmanuele quoque nobis cogitandum eſt. Quia namque Dei Verbum incarnatum & homo factum, vnus eſt Filius & Dominus, vna etiam omnino eſt ipſius perſona: eiq. tribuemus humana propter illius cum carne diſpenſationem; & diuina propter inexplicabilem eiuſdem ex Patre generationem. Ceterũ qui illum in hominem ſeparatim diuidunt, tamquam qui alius à Dei Verbo ſit filius; & in Deum ſeorſum, tamquam qui alius ſit filius, duos filios aſſerentes, propoſiti anathematiſmi virtuti merito ſubduntur.

Anathematiſmus V.

Si quis dicere audet, Chriſtum hominem Deiferum, ac non potius verum Deum eſſe, vtpote vnicum ac naturalem Filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & ſanguini perinde ac nos communicauit; anathema ſit.

Ἔκθεσις ε'.

Σάρκα γενέσθαι, φησὶν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, οὐ κατ' μεταβασιν, ἢ τροπὴν τῆς ἰδίας φύσεως εἰς σάρκα μεταποιηθέντα, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἔχει γὰρ τὸ ἀναλλοίωτον, ὡς θεὸς, ἀλλ' ὅτι κεκοινώνηκεν ἡμῖν καθαπλήσεως αἵματος, καὶ σαρκὸς, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, σάρκα τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζειν· γέγραπται γάρ· ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. ἀλλ' οἱ τὰ ἀθέσμων δογμάτων αἱρετικὸς, Νεστορίου τε, Ἢ οἱ

Declaratio quinta.

Verbum Dei carnem eſſe factum, dicit magnus ille Euangeliſta Ioannes: non quòd propria natura tranſmutata, aut conuerſa in carnem tranſierit, ſicut iam ante expoſitum eſt, (expers enim mutationis eſt vt Deus) ſed quia æque ac nos, carnis & ſanguinis particeps, & homo effectum eſt. Sacra enim Scriptura hominem ſuo more carnem appellat. ſcriptum eſt enim: Quia videbit omnis caro Salutare Dei. Sed impiorum dogmatum inuentores, Neſtorius, & qui illum ſectan-

ctantur, eademq. cum illo ſapiunt, incarnationis quidem vocem cõfiteri ſe ſimulant, attamen Dei Verbum ſecundum veritatem incarnatum, hoc eſt, manendo quod erat, hominem noſtri ſimilem factum eſſe negant. Affirmant autem, vnigenitũ Dei Verbũ in homine ex ſancta Virgine nato perinde ac in vno aliquo ex ſanctis inhabitaſſe, ita vt iam nõ oporteat confiteri, quòd vnus ſit Chriſtus & Filius & Dominus & adorandus; ſed tamquam homo per ſe & ſeparatim intellectus, ob ſolã copulationem in vnione dignitatis honoratus, ſimul adoretur, & conglorificetur. Habitat quidem in nobis quoque omnium Deus per Spiritum ſanctum. Dixit enim iamdudum per vnum è ſanctis Prophetis: Quoniam inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero ipſis Deus, & ipſi erunt mihi populus. Scribit & beatus Paulus quoque: Neſcitis quia templũ Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et ipſe Chriſtus de ſanctis ſuis Prophetis, ſiue de ſanctis qui anteceſſerant, ait: Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt; quẽ Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis, Quia blaſphemas; quia dixi: Filius Dei ſum? Sed non ita Deus in Chriſto habitat, ſicut in nobis. Erat enim natura Deus, nobis ſimilis factus, vnusq. ac ſolus Filius, etiam cum caro factus eſt. Quicumque igitur Deiferum hominem eum eſſe dicere audent, ac non potius Deum hominẽ factum, neceſſario in propoſitum anathematiſmum incidunt.

2. Cor. 6. d. 16. ex Leuit. 26. b. 2. Cor. 3. c. 16. Ioan. 10. f. 35.

Anathematiſmus VI.

Si quis Dei Patris Verbum, Chriſti Deum vel Dominum eſſe dixerit; & non potius Deum ſimul & hominem ipſum confeſſus fuerit, prout Verbum caro factum eſt, ſecundum Scripturas; anathema ſit.

Declaratio ſexta.

Dominus noſter IESVS Chriſtus vnus & ſolus & ſecundum veritatem Dei Patris filius, Verbum caro factum eſt, & vna cum genitore ſuo omnibus dominatur: ipſiq. flectitur omne genu cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur, quia Dominus IESVS Chriſtus, in gloriam Dei Patris. Idẽ itaque quatenus intelligitur & eſt Deus, licet poſt inhumanationem carnis expers non ſit, vniuerſorum Dominus eſt: at vero ſui ipſius nec Deus nec Dominus eſt. hoc enim abſurdiſſimum eſt; immo potius omni impietate vere plenum, ſi ita ſentias, aut dicas. Merito proinde contra hoc ipſum præſens anathematiſmus ſtatuitur.

Philip. 2. b. 10.

Anathematiſmus VII.

Si quis IESVM tamquam hominem à Dei Verbo operandi vim habuiſſe, Vnigenitiq. gloriam illi, tamquam alteri cuipiam ab ipſo Verbo, adueniſſe dixerit; anathema ſit.

Decla-

A καὶ αὐτῷ, ἤγουν τὰ αὐτὰ φρονοῦντες ἐκείνῳ, ὁμολογοῦντα μὲν ὁμολογεῖν τὴν τοῦ σαρκωθῆναι φωνήν· οὐ μὴν ὅτι καὶ σαρκωθῆναί φασι τῇ ἀληθείᾳ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· πιστεύειν αὖθρωπον γεγενῆσθαι καθ' ἡμᾶς, μὴ τοῦ μένειν, ὅ ἐστιν· ἀλλὰ δὴ ὡς εἷς αὖθρωπος τῶν ἁγίων ἕνα, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, καπεικῆσθαι διαχωρίζοντα τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον· ἵνα μηκέτι Χριστὸς εἷς ὁμολογῆται καὶ υἱὸς, καὶ κύριος, καὶ προσκυνητός· ἀλλ' ὡς αὖθρωπος ἰδικῶς; καὶ καπεμόνας νοούμενος, μόνῃ σωαφείᾳ τῇ πρὸς τὸν ἑνοποιὸν τῆς ἀξίας τετιμημένος, συμπροσκυνῆται, ἓν ὄν

B δοξάζηται· καπικεῖ γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων θεὸς λόγος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἓν γοῦν παλαι μὲν ἔφασκε διὰ ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. γράφει δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ἔφη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν, ἤγουν τῶν προγεγονότων ἁγίων ἐκείνων εἶπε θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασεν, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε· ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμί;

C ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐν ἡμῖν οἰκεῖ θεὸς, οὕτω καὶ ἐν Χριστῷ· θεὸς γὰρ φύσει ὢν, πέφυκεν καθ' ἡμᾶς, εἷς τε, καὶ μόνος υἱὸς, καὶ ὅτι μάλιστα σάρξ. οἱ γοῦν τολμῶντες λέγειν θεοφόρον αὖθρωπον ἐπάρχειν αὐτὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐναυθρωπήσαντα θεὸν, ἐκπίπτουσιν ἀναγκαίως τῷ προκειμένῳ ἀναθεματισμῷ.

Ἀναθεματισμὸς ε'.

Εἴ τις θεὸν, ἢ δεσπότην εἶναι λέγει τοῦ Χριστοῦ, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν

D ὁμολογεῖ ἐμοῦ τε θεὸν, καὶ αὖθρωπον, ὡς γεγενῆσθαι σαρκὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς γραφὰς, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλυσις ε'.

Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ εἷς τε, καὶ μόνος, ἐκ τοῦ ἀληθείᾳ υἱὸς ὑπάρχων τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· καὶ συνυπάρχει τῶν ὅλων ὁμοῦ τῷ ἰδίῳ πνεύματι· κάμπτει τε αὐτῷ πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ ἐξομολογεῖται πᾶσα γλῶσσα, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἔστι τοίνυν ὁ αὐτὸς μὲν τῶν ὅλων κύριος, καθὸ νοεῖται, καὶ ἔστι θεός· εἰ καὶ μὴ δίχα σαρκὸς μετὰ τὴν ἐναυθρώπησιν. αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ οὔτε θεὸς, οὔτε δεσπότης· καὶ γὰρ ἔστι τῶν ἀτοπωτάτων, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ἀπάσης θέμεσθαι ἀληθῶς, τὸ οὕτω φρονεῖν, ἢ λέγειν. εἰκότως οὖν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ γέγονεν ὁ προκείμενος ἀναθεματισμός.

Ἀναθεματισμὸς ς'.

Εἴ τις φησὶν, ὡς ἄνθρωπον ἐνεργῆσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς δόξαν ὠφεῖφθαι ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπαρχόντι, ἀνάθεμα ἔστω.

Epilu-

Επίλυσις ζ'.

Οτι τὴν χ῾ σάρκα γέννην τοῦ ἑνὸς τοῦ θεοῦ Ϝ μονογενοῦς εὐαγγελίζετο τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ὁ μακάριος Γαβριήλ, τέξῃ, φησὶν, υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὠνόμασται δὲ καὶ Χριστὸς, διὰ τὸ κεχρίσθαι μεθ' ἡμῶν ἀνθρώπινος, κατὰ τὸν ψάλλοντα φωνήν· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καίτοι γὲ ὑπερέχων αὐτὸς τοῦ ἀγίου πνεύματος χορηγὸς, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου διδοὺς τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ· πλήρης γὲ ἐστι, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκονομικῶς, ὡς ἀνθρώπως, κεχρίσθαι λέγεται, νοητῶς, καὶ ὡς ἀνθρώπινος, καταπαύσαντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἵνα κατ' ἐν ἡμῖν καταμείνῃ· καίτοι διὰ τὸν ἐν Ἀδὰμ ἔκπτωσιν ἐκφανῆναι ἐν ἀρχαῖς. αὐτὸς οὖν ὁ μονογενὴς Ϝ θεοῦ λόγος σαρκὶ γενόμενος, κέκληται Χριστός· καὶ τὸν θεὸν πεποίηται δυνάμει ἰδίαν ἔχων, ἱεραίζεται δοξάζεται. οἱ γοῦν λέγοντες τῇ Χριστοῦ δυναστείᾳ τὸν τοῦ μονογενοῦς δόξαν ἐπεῖφθαι, ὡς ἄντος ἑτέρου τοῦ μονογενοῦς πρὸς τὸν Χριστὸν, δύο φρονοῦσιν υἱούς· κ' τὸν μὲν ἐνεργοῦντα, τὸν δ' ἐνεργούμενον, ὡς ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς· πάντῃ γε ἐκφέροντες τῇ δυνάμει τὸ ἀναθεματισμοῦ.

Ανάθεματισμὸς η'.

Εἴ τις τολμᾷ λέγειν τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, κ' συγχρηματίζειν θεὸν, ὡς ἕτερον ἑτέρῳ· τὸ δὲ σὺν ἀεὶ προσπιπτόμενον τοῦτο νοῦν ἀναγκάσῃ· καὶ οὐχὶ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ τὸν Εμμανουὴλ, καὶ μιᾶς αὐτῷ τῆς ὁμολογίας ἀπονέμει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλυσις η'.

Εἷς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον, καὶ μίαν δὲ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον βεβαπτίσμεθα· ἴσμεν, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, οὐκ οἴδατε, ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν· συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. πιστεύομεν οὖν, καὶ βεβαπτίσμεθα εἰς ἕνα, καθάπερ εἶπεν, υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν· τοῦτον, σαρκωθέντα τε, καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἵνα τε ὅτι θεὸν προσκυνῶν ὁμολογήσωμεν· καὶ μεθ' ἡμῶν αἰῶνα δυνάμεις· μεγάλαι γὰρ ὅταν ὁ προσλαβὼν τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγῃ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτὸν πάντες ἄγγελοι θεοῦ· μέγας δὲ τῷ τοιούτῳ ὁ μονογενὴς, ὅτι καὶ ἄνθρωπος πέφυκε καθ' ἡμᾶς· τοῦτο γὰρ καὶ ἀδελφὸς κεχρημάτικε τῶν

Declaratio septima.

Cum beatus Gabriel vnigeniti Filij Dei generationem secundum carnem sanctæ Virgini annuntiaret, Paries, aiebat, filium; & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nominatus autem & Christus est, propterea quòd secundum humanam naturam nobiscum vnctus est, iuxta illud Psalmistæ: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Quamuis enim ille Spiritum sanctum largiatur, neque ad mensuram his qui digni sunt, eum largiatur, (est enim plenus, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, sicut scriptum est;) attamen vt homo est, dispensatorie inunctus dicitur, spiritaliter, & non humano more, deuolante super ipsum Spiritu sancto, vt maneat in nobis etiam, à quibus propter Adæ transgressionem initio recesserat. Ipsum itaque vnigenitum Dei Verbum incarnatum Christus appellatum est: & cum propriam potentiam habeat Deo dignam, miranda operatum est. Qui ergo Christi potentiæ Vnigeniti gloriam accessisse dicunt, quasi Vnigenitus alter sit à Christo, duos filios esse sentiunt; alterum quidem operantem; alterum vero alterius ope & vi, tamquã hominem nobis similem, impulsum; & in huius anathematismi pœnam incidunt.

Luc. 2. d. 21. Matth. 1. d. 21.

Psal. 44. b. 8.

Ioan. 3. d. 34. Ioan. 1. b. 16.

Anathematismus VIII.

Si quis dicere audet, hominem assumptum vnà cum Dei Verbo adorandum, & conglorificandũ, & Deum, tamquam alterum cum altero, connominandum esse (hunc enim intellectum particula, Cum, adiecta, perpetuo ac necessario affert) & non potius vna adoratione Emmanuelem honorat, vnamq. illi glorificationẽ attribuit, quatenus Verbum factum est caro; anathema sit.

Declaratio octaua.

Baptizati sumus in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Filium, & in vnum quoque Spiritum sanctum. An ignoratis, fratres (ait beatus Paulus) quia quicumque in Christum IESVM baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem; vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Credidimus itaque, & baptizati sumus in vnum, vt dixi, Filiũ, Dominum nostrum IESVM Christum, hoc est, incarnatum, hominemq. factum Dei Patris Verbum; vnumq. existentem Deum adorare edocti sumus, ac supernæ virtutes nobiscum. Scriptum est enim: Cum autem introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Factus est autem vnigenitus primogenitus, quando homo nobis similis apparuit. tunc enim illorum quoque frater appellatus est

Rom. 6. a. 3

Hebr. 1. b. 6 Psal. 96. b. 8.

qui

qui illum diligunt. Si quis ergo illum simul adorari dicit, tamquam hominem seorsum, cum Dei Patris Verbo tamquam altero ab ipso, & non secundum veram vnionem coniungens in vnum Christum & Filium & Dominum, vna adoratione honorat, iuste virtuti huius anathematismi subijcitur.

Anathematismus IX.

Si quis vnum Dominum IESVM Christum à Spiritu clarificatum dixerit, propria virtute ipsius, tamquam aliena vtentem; ac vim & efficaciam ab eodem accepisse, qua contra immundos spiritus operaretur, & diuina inter homines miracula patraret, ac non potius ipsum Spiritum, per quem diuina signa edidit, illius proprium esse confessus fuerit; anathema sit.

Declaratio nona.

Etsi vnigenitum Dei Verbum homo factũ est, mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre cõmunia habens: Spiritumq. sanctum, qui ex ipso est, ipsiq. essentialiter inest, proprium habens, diuinæ potentiæ signa operabatur. Quare posteaquam homo factum est, Deus etiam sic permansit; atque ita propria per Spiritum virtute miracula patrabat. Qui vero dicunt, illum, tamquam vnum quempiam è sanctis, nobis similibus, Spiritus operatione clarificatũ, eaq. non vt diuina & propria, sed tamquam aliena, & quæ Deum non deceat, vsum, necnon quasi Spiritus gratia ad cælos esse assumptum, illi merito anathematismi huius virtuti subiacebunt.

Anathematismus X.

Hebr. 3. a. Confessionis nostræ Pontificem & Apostolum factũ esse Christum, Scriptura diuina docet: obtu-
Ephes. 5. a. 2. lisse quoque semetipsum pro nobis Deo & Patri in odorem suauitatis. Si quis ergo dixerit, Pontificem & Apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum, posteaquam caro & homo nobis similis factum est; sed hominem illum qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso diuersum: aut si quis Christum pro seipso quoque, & non potius pro nobis solis sacrificium obtulisse dixerit (neque enim oblatione egebat, qui peccatum non nouit) anathema sit.

Declaratio decima.

Exigua sane sunt Verbo, quod ex Deo Patre ortum est, quæ humana sunt; attamen propter dispensationem non reijcienda. Cum enim secundum naturã vniuersorum Dominus esset, seruili forma accepta, in ea quæ nostra sunt, semetipsum demisit: appellatusq. est noster Pontifex & Apostolus, humanæ naturæ condicionibus ad hoc etiam ipsum vocantibus. Obtulit autem semetipsum pro nobis Deo & Patri in odorem suauitatis. Vna quippe oblatione consummauit sanctificatos in sempiternum, sicut scriptum est. At nescio, quomodo qui secus sentiunt, non ipsum

Ibid.

Hebr. 10. a. 14.

Dei

A ἀγαπώντων αὐτόν. εἴ τις τολμᾷ * συμπροσκυνεῖσθαι φησιν ὡς ἀνθρώπῳ ἰδικῶς, * ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντι, τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, καὶ οὐχὶ καθ' ἕνωσιν ἀληθῆ συνενεχθέντι εἰς ἓν πρόσωπον, ἀλλ' ἑτέρῳ πρὸς ἑτέρῳ, μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ, συμφέρεται δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθεματισμοῦ.

* προσκυνεῖσθαι
* καὶ οὐχὶ ἑνὶ πρὸς ἕνα

Ἀναθεματισμὸς Θ'.

B Εἴ τις φησὶ, τὸν ἴδιον κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν * δεδόξασθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δυνάσθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς * θεοσημίας, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς * θεοσημίας, ἀνάθεμα ἔστω.

* δοξάζεσθαι
* θεοσημίας
* θεοσημίας

Ἐπίλυσις Θ'.

Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ὅσα μεμένηκε καὶ οὕτω θεός, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατήρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ· καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὁσιωδῶς ἐμπνέοντος αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, ἐνεργάζετο τὰς * θεοσημίας· ὥστε καὶ ἄνθρωπος γεγονώς, ἐμεμένηκε καὶ οὕτω θεός· ὥστε ἰδίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπλήρου τὰ θαύματα. οἱ δὲ λέγοντες, ὡς ἄνθρωπον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς, ἥνωται τῶν ἁγίων, θεοδοξάσθαι αὐτὸν τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ, οὐχ ὡς ἰδίᾳ μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίᾳ, καὶ ὑπερπεπτῇ χρώμενον, καὶ ὡς ἐν χάριτος μέρει λαβεῖν παρὰ τοῦ πνεύματος τὸν ἐν ἁγίοις ἀνάληψιν, οὐκ ἐπαινοῦντες δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθεματισμοῦ.

* θεοσημίας

Ἀναθεματισμὸς Ι'.

D Ἀρχιερέα, καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφή· προσπεκομικέναι ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ, καὶ πατρί. εἴ τις τολμᾷ ἀρχιερέα, καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαι φησὶν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν, ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενηνοχέναι αὐτὸν τὴν προσφοράν, καὶ οὐχὶ σὴν μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· εἰ γὰρ ἀπῆν προσφορᾶς, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἀνάθεμα ἔστω.

* καὶ ὑπὲρ

Ἐπίλυσις ι'.

E Σωτὴρ μὲν ὁμολογούμενος τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς Φωτὶ λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα· πολὺ μᾶλλον καὶ δοξάζεται διὰ τὴν οἰκονομίαν· κύριος γὰρ ὢν τῶν ὅλων καὶ Φύσιν, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ κεχρημάτικεν ἡμῶν καὶ ἀρχιερεύς, καὶ ἀπόστολος, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μερῶν καὶ εἰς ἃ τὸ καλοῦσθαι αὐτόν. προσπεκόμικε δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ, καὶ πατρί· μιᾷ γὰρ προσφορᾷ πεπλήρωκε τοὺς ἁγιαζομένους εἰς τὸ διηνεκὲς, καθὼ γέγραπται. ἀλλ' οὐκ * οἶδ', ὅπως οἱ ἑτεροφρονοῦντες οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἀνθρωπον γε-

* καὶ οὐκ

γαίαν διηνεκίζοντα, χειμαίνεσθαι τε καὶ δονεῖσθαι, ἐ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἀλλ' ὡς ἕτερον τινα παρ' αὐτὸν ἀνθρωπον ἰδικῶς, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγονότα φασὶ, χειμαίνεσθαι καὶ δονεῖσθαι, καὶ ἀρχιερέα, καὶ τῷ πάσχειν εἰς τοῦτο ἐληλυθέναι, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν μόνων ἡμῶν, ἀλλὰ ἐ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενηνοχέναι ἑαυτὸν εἰς θυσίαν τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ὅπερ ἦν τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἀλλότριον παντελῶς· ἐ γὰρ ἐπῄσθετο ἁμαρτίας· οὐ κρείττων ἦν τοῦ παθημελεῖν, καὶ ἀμοιρήσας ἁμαρτίας παντελῶς, οὐκ ἂν ἐδεήθη θυσίας τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ἐπεὶδὴ οὖν τὸ εἷνος παραθήσομεν, δύο δὴ πάλιν υἱοὺς ἀπεφήνατο οἱ ἑτερόφρονες, ἀναγκαίως γέγονεν ὁ ἀναθεματισμὸς, ἐμφανῆ καθιστῶν τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν.

A Dei Verbum hominem factum, & Apostolum ac Pontificem confessionis nostræ appellatum, sed quasi diuersum quempiam ab ipso hominem seorsum è sancta Virgine natum, & Apostolum ac Pontificem vocatum fuisse contendunt; & proficiendo ad hoc euectum esse: nec pro nobis solis semetipsum Deo & Patri in sacrificium obtulisse, sed etiam pro seipso: id quod à recta inculpataq. fide omnino est alienum. peccatum enim non fecerat. Qui autem delicto superior, peccatiq. prorsus expers erat, oblatione pro se nullo pacto opus habebat. Quoniam vero qui contra sentiunt, duos rursus filios absurde comminiscuntur, operæpretium fuit, vt hic quoque anathematismus adlignaretur, qui impietatem illorum perspicuam redderet.

Ἀναθεματισμὸς ια'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, ἐ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένην μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνον ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου ἔτι τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος, ἀνάθεμα ἔστω.

B Si quis Domini carnem viuificam, ipsiusq. Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negauerit; sed veluti alterius cuiuspiam ipsi Verbo secundum dignitatē coniuncti, aut quasi diuinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius viuificam esse dixerit, vt modo meminimus, eo quòd Verbi, quod omnia viuificare potest, facta sit propria; anathema sit.

Ἐπίλυσις ια'.

Τὴν ἁγίαν, ἐ ζωοποιὸν, ἐ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, ἢ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα εἶναι πιστεύοντες τὸ προκείμενον ὁμοίως ἢ καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεχόμενοι ἢ μᾶλλον, ὡς ἴδιον σῶμα γεγονὸς, ἐ μέντοι καὶ αἷμα τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος λόγου· κοινὴ γὰρ σὰρξ ζωοποιεῖν ἐ δύναται· καὶ πύθου μάρτυς αὐτὸς ὁ σωτὴρ, λέγων· ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· ἐπεὶδὴ γὰρ ἴδια γέγονε τοῦ λόγου, πῶς τοι νοεῖται, ἐ ἔστι ζωοποιὸς, καθὼς φησὶν αὐτὸς ὁ σωτὴρ· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, ἐ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ· ἐπεὶδὴ ἦ Νεστόριος, ἐ οἱ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες τοῦ γλυκέος ἁμαθῶς τοῦ μυστηρίου τὸν διασμὸν, πῶς τοι, ἢ μᾶλλον οὐκ ἔστως, γέγονεν ὁ ἀναθεματισμός.

C *Declaratio undecima.*

Sanctum ac viuificū, incruentumq. in Ecclesijs sacrificiū peragimus; corpus quod proponitur, similiter & pretiosum sanguinem, nō communis, nobisq. similis hominis esse credētes, sed potius tamquam proprium corpus effectū, & sanguinem etiam Verbi, quod omnia viuificat, accipiētes. Si quidem communis caro viuificare non potest. Et hoc Saluator ipse testatum facit: Caro, inquiens, non prodest quidquam; spiritus est qui viuificat. Quia enim caro Verbi facta est propria, ob id intelligitur & est viuifica, quemadmodū ipse Saluator ait: Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Cum itaque Nestorius, & qui cum illo sentiunt, mysterij huius virtutem temere dissoluant; propterea, & id quidem admodum conuenienter, editus est hic anathematismus.

Ioan. 6. f. 63.

Ibid. f. 57.

Ἀναθεματισμὸς ιβ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, τὸν ἐκ θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονέναι τε πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι, ἐ ζωοποιὸς, ὡς θεὸς, ἀνάθεμα ἔστω.

D *Anathematismus XII.*

Si quis non confitetur, Dei Verbum carne passum & crucifixum esse, mortemq. carne gustasse; necnon primogenitum ex mortuis factum esse; quatenus nimirum vt Deus vita & viuificans est; anathema sit.

Coloss. 1. c.

18.

Ἐπίλυσις ιβ'.

Ἀπαθὴς μὲν, καὶ ἀθάνατος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἐστὶ λόγος, ὡς ἀνωτέρω γὲ τοῦ πάσχειν ἡ θεία φύσις· καὶ ἀκήρατός ἐστι φύσις· καὶ αὕτη τὰ πάντα ζωοποιεῖ· καὶ φθορᾶς ἀμέτοχος ἐστὶ, καὶ πάντος τοῦ λυπεῖν ἐωθὸς. ἀλλὰ, καίπερ τοῦτα οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα τὴν τοῦ θανάτου δεκτικὴν· ἵνα τῷ πάσχειν αὐτὴν τὰ ὑπὲρ

E Impatibile & immortale est Dei Patris Verbum. altior est enim diuina illa & incorruptibilis natura, quàm quæ aliquid pati possit, eaq. omnia viuificat: quinetiam interitum, & quidquid tristitiam afferre solet, longe exuperat. Verum licet secundum essentiam hoc sit Dei Patris Verbū; nihilominus carnem, quæ mori posset, sibi propriam fecit, vt per hoc quod pati solitum est, pas-

passiones pro nobis ac propter nos in seipsum assumens, nos omnes à morte & corruptione liberaret; suum corpus, vt Deus, viuificans, primitiæq. dormientium, ac primogenitus ex mortuis effectum. Neque enim qui propter nos pretiosam perpessus est crucem, mortemq. gustauit, communis homo, aut quispiam à Verbo distinctus intelligentia, seiunctusve erat; sed ipse gloriæ Dominus passus est carne, secundum Scripturas. Quoniam vero qui vana impiaq. dogmata rectæ sanæq. Fidei immiscere student, communem hominem crucem sustinuisse dicunt; anathematismus hic, qui impietatis in illis latentis magnitudinem aperit, necessario constitutus est.

1.Cor.15. 1.20.

ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμᾶς, ἵνα ἑαυτὸν ἀναλαβὼν πάθη, πάντας ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ καὶ θανάτου, καὶ φθορᾶς, ζωοποιήσας ὡς θεὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἀπαρχὴ γενόμενος τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἁπλῶς κοινὸς, ἰδίᾳ τι, καὶ αὐτὰ μέρος νοούμενος ἐξ ἡμῶν τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ὑπὲρ ἡμᾶς τὸν πάντων ὑπομείνας θάνατον, καὶ θανάτου γευσάμενος· ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῆς δόξης κύριος, σαρκὶ πάσχει καὶ τοῖς ἥλοις. ἀπόῤῥητον εἰ τὸ κένωμα, καὶ ἀνεπιθέτῳ δόγματι τῇ ὀρθῇ, καὶ ἄληπτον ἀνεμέκτῳ πίστει περιεσχήνωσε φθορὰν κοινὸν ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, γέγονεν ἀναγκαῖος ὁ ἀναθεματισμὸς, τῆς ἐν αὐτοῖς αὐτοῖς ἀσεβείας ἐμφανίζων τὸ μέγεθος.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini Apologeticus pro duodecim Capitibus, aduersus Orientales Episcopos.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Αλιξανδρείας ἀπολογητικὸς ὑπὲρ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, πρὸς τοὺς τῆς ἀσεβοῦς ὑποκρίσεως.

QVi suam mentem sanctissimo Deo dicarũt, & veritatis dogmatibus patrocinari delegerunt, cauent profana irreligiosorum hæreticorum vaniloquia; ac figentes internum & absconditum cordis oculum in Scripturam diuinitus inspiratam, sicq. bonis cogitationibus eum affatim explentes, ijs qui recta peruertunt, obluctantur, idq. strenue, quasi dicentes: Zelando zelati sumus Domino. Itaque cum Nestorius multas & diuersas blasphemias contra Christum saluatorem omnium nostrum effundat, & quodammodo venerandum & magnum incarnationis sacramentum funditus remoueat, non ignorantes ad hæc velle silere, periculosum esse, & cum sæpissime consuluerimus illi, vt à talibus blasphemijs cessaret, nihilq. penitus profecerimus, necessario tandem ad defendẽda pietatis dogmata accessimus, & selectis quibusdam illius blasphemiarum capitibus, ea vtiliter anathematizauimus, hoc est, eos qui talia sentire volunt; obtemperantes beato Paulo dicenti: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Sed etsi nos, vel Angelus de cælo euãgelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id admodum grauate tulerint aliqui, vel quòd sint eiusdem sententiæ ac opinionis cum illo; vel quòd simulent quidem se vitare opinionis societatem, attentent autem modis omnibus ipsum adiuuare, & reddere exosos eos, qui Saluatorem Christum defendere volunt. Verumtamen cogitandum erat, quòd increpare diuersa docentes, conciliasset ipsis amoris in Christum sinceritatem: nunc autem cum non faciant melius, vt oportebat, atque adeo multum in eis desideratur; facti sunt infensissimi his, quorum si fuissent imitatores, immortalitatis corona cũ ipsis redimiti foret. Itaque anathematismos reprehendũt, quasi

Galat.1.b. 8.

Οἱ τῷ παναγίῳ θεῷ τὰς ἑαυτῶν διανοίας παραστήσαντες, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἀσκεπτοι γενόμενοι, παραιτοῦνται μὲν τοὺς βεβήλους κενοφωνίας τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν, ἐρείσαντες δὲ τὸν ἔσω, καὶ κατακεκρυμμένον ὀφθαλμὸν τῆς καρδίας τῷ θεοπνεύστῳ χαρᾷ, οὕτω πως αὐτὰ πλείονας ἀναμιγνύουσι ἑτεροίοις ἀγαθοῖς, τοῖς παρὰ θεοῦ διαφέρουσιν αἰτιάσασθαι, καὶ μᾶλλον πεπικῶς, μενοῦνγε λέγοντες· ζηλοῦντες ἐζηλώκαμεν τῷ κυρίῳ. Νεφέλου γοῦν πολλῆς τὸ, καὶ διαφόρως καταχέοντος βλασφημίας τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οἷον ἐκ βάθρων ἀναμοχλεύοντος τὸ σεπτὸν, καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, οὐκ ἀκινδύνως αὐτοῖς τὸ σιγᾶν τύποις ἐλέσθαι συγῶν, συμβαλόντες τε πλείοσι καὶ αὐτῶν τῶν πιστῶν ἀπηχεῖς δυσφημίαις, ὑπέστημεν ἢ παντελῶς ἰδεῖν, κεχωρήκαμεν ἀναγκαίως ἤδη τὸ χρέωμα σωσθῆναι τοῖς τὰ δυσβεῖς δόγματα σῶσιν. Ἀπολιξάμενοί γε κεφάλαιά τινα τῶν ἐκείνου δυσφημιῶν, τοῦτο χρησίμως ἀνεθεματίσαμεν, ἵνα τοὺς φρενῶν ἐφίλοντας αὐτὰ, πεφημισμένοι λέγοντι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω· ἀλλὰ κἂν ἡμᾶς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ἀλλ' ἴσως οὐδ' ἅπαξ ἀδυσωπήκασί τινες ὑπὸ τούτῳ λίαν, ἢ ὁμοφρονεῖν ὄντες, ἢ ὁμογνώμονες, ἢ σφαττεύμενοι μὲν παραπλησίως τὴν ὁμοδοξίαν, πρεμνοὶ δὲ ἀλλοτρόπου πάντως ὑπομενεῖν αὐτῷ, καὶ πιεζόμενοι καταφυγεῖν τοὺς τῷ σωτῆρι συναγορεύειν ἐφίλοντας. ἀλλ' ὦ ἀκάλλιθρον ἐκεῖνο, ὅτι τοῖς ἐπιῤῥοδισασκάλοις ὑπάτοις. πρέπει αὐτοῖς τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. νῦν δὲ πεπάχυται μὲν, οὐχ ὅπερ ὦ ἄμεινον· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· πεπίλωται δὲ πολεμιωτέρους, ὧν εἰ μιμηταὶ ζηλωταὶ, εὐδόκουν ἂν σὺν αὐτοῖς τὸ ἀφθαρσίας ἐν στέφανον, ἀπολαμβάνοντες πίνω τῶν ἀναθεματισμῶν, ὃς

ὡς οὐκ ἂν γεγονότων· καὶ δὴ καὶ ἑκάστῳ τῶν ἁγίων ἐγγράφως τὰ τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀφήκασι, καὶ ἄλλους τινὰς εἰκαιομυθίας, συναρπάσαι οἷον τοὺς ἐντυγχάνοντας λόγους. ἐπὶ οὖν ἀναγκαῖον ἦν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀντιπαρεξάγειν τὰ ἀληθῆ, καὶ διαπρέπεσθαι τοῖς παροῦσιν, διαφῆναί τι φιλοπονήσαντας, ἤγουν ἀληθείας ἐρευνητὰς τοὺς ἐφ' ἑαυτοῖς. προτάξαντες φέρω ἕκαστον τῶν ἀναθεματισμῶν, εἶτα τούτοις τὰ παρ' ἐκείνων συντεθέντα προτάξαντες, παρεζεύξαμεν τὰ παρ' ἑαυτῶν, τῆς τῶν θείων γραφῶν θεσπίσμοσι, δικασταῖς οἷονεί, χρώμενοι, καὶ ψῆφον αἰτοῦντες ὀρθήν τε, καὶ ἀνεπιλήπτων τοῖς ἔτ' ἀδέτοις τὴν ἀλήθειαν.

A quasi non recte habeant: atque etiam vnicuique suæ mentis adinuentiones, & stultas quasdam ac frinolas fabulationes scribendo apposuerũt, rati se per fraudem attracturos librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit è diuerso veritatem opponere, & illorum refellere obloquutionem, ac ostendere aduersarios esse dicacitatis studiosos, magis quàm veritatis indagatores. Proinde præordinauimus singulos anathematismos; deinde his adiunximus quæ ab illis composita sunt; postremo subdidimus & nostra, diuinas Scripturas scientibus quasi iudicibus vtentes, atque ab his qui veritatem sciunt, B rectam & inculpatam sententiam postulantes.

Ἀναθεματισμὸς α'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγενημένον τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus 1.

Si quis non confitetur, Emmanuelem vere Deum esse, & ob id sanctam Virginem Deiparam; (genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum) anathema sit.

Ἀντίῤῥησις τῶν ἀνατολικῶν.

Καὶ τίς σαρκικῶς, σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ἀπαπτίχθω συνομολογήσει· ἐπεὶ σαρκικῶς ἐγέννησεν, ἐπεὶ κατὰ παρθένον· καὶ πῶς ἡσυμεν τὸ, πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιλάμψειν φησὶ σοι, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, σαρκικῶς κατ' αὐτὴν τῆς παρθένου, καὶ ἀ θεοπρεπῶς γεννήσεως; καὶ πῶς πάντα αὐτῷ ὡδηγοδόκως φαινόμενος κατεμιλύνε; Μάγοι δὲ ἐκ Περσίδος δι' αὐτοῦ ὁδηγούμενοι παρήσαν, τὰ πεχθέντα ζητοῦντες· καὶ εὑρόντες, ἔφερον δῶρα ἐτῷ νεκμένῳ, καὶ τῷ φαινομένῳ ποδοφόρα· ἄγγελοι συεκρότουν καταλήψεις, τῷ γεννηθέντι, μὴ τὰ πεμένων αἱαμιγῶντες, ἐχόρευον, λέγοντες· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ποῦτα τίνος μιαίνεται, σαρκικῆς, ἢ θεοπρεποῦς γεννήσεως; ἄλλως τε εἰ ἀβασανίστως τοῖς φωναῖς ἐμβάλοιμεν, καὶ τοπὸν τοῦ λόγου, καὶ μεταβολὴν τὴν εἰς σάρκα φαντασθησόμεθα· καὶ οὕτως καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν, καὶ κατάραν γεγενῆσθαι ὑποληψόμεθα· εἰ τοῖς ἐπομένοις, ἢ ἡγουμένοις τῶν κειμένων, καὶ αὐτῇ τῇ συνηθείᾳ τῆς γραφῆς μὴ ἀκολουθήσομεν. ἀλλὰ γὰρ τὸ γεγενῆσθαι σάρκα τὸν λόγον, τὴν ἐν τῇ σαρκὶ σκηνώσιν καλῶς ἐκλαμβάνομεν καὶ τὴν τῶν εὐαγγελίων οἰκονομίαν.

Oriental. oppositio.

Ecquis carnem factum Dei Verbum, carnaliter natum esse simul confitebitur? Nam si carnaliter genuit, iam non vt virgo. Et vbi ponemus hoc: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; si, iuxta illius mentẽ, carnaliter, & non vt Deum decet, Virgo genuit? & quomodo hunc stella insolito modo apparens, demonstrauit? Magi vero ex Perside, illa duce, aduenerunt, natum quærentes; & inuento dona obtulerunt ei qui videbatur oculis, & ei qui mẽte percipiebatur conuenientia. Angeli, qui descenderunt de cælo, cũ pastoribus mixti, de natali tripudiarunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona volũtas. Hæc cuius indicia? carnalis, an eius, quæ Deum decet, natiuitatis? Et alioqui, si absque examine & iudicio in eius voces inciderimus, & conuersionẽ & commutationem Verbi in carnem imaginabimur, & sic etiam peccatum & maledictum ipsum factum esse suspicabimur: si quidem minus ad sequentia vel præcedentia contextus sermonis, & ad ipsam consuetudinem Scripturæ attenderimus. Ceterum carnem esse factum Verbum, recte iuxta Euangeliorum mentem, habitationem in carne exponimus.

C

D

Ἀπλογία Κυρίλλου.

Τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὸ μυστήριον ὁ πάνσοφος Ἰωάννης διατεταται γεγραφηκώς· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ποῦτα συνιέντες ὀρθῶς οἱ μακάριοι πατέρες, οἱ κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένοι, αὐτὸν ἔφασαν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς φῶτα λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, σαρκωθῆναί τε, καὶ ἐνανθρωπῆσαι· τουτέστιν, ἑνωθῆναι σαρκὶ ψυχὴν ἔχουσαν τὸν λογικὸν· καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι μὴ τρόπῳ καὶ ἀπορρεούσῃ θεόν. ὅτι δὴ ἀτρέπτως τε, καὶ ἀσυγχύτως

Defensio Cyrilli.

Dispensationis vnigeniti Filij Dei in carne sacramentum sapiẽtissimus Ioannes declarat, scribens: Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc recte intelligentes beati Patres olim in Nicæa congregati, dixerunt, ipsum Verbum ex Deo Patre natum, per quod omnia fecit Pater, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum, & inhumanatum esse, hoc est, vnitum carni animam habenti rationalem, & hominem factum esse; & cum hoc etiam mansisse Deum. Quòd autem absque conuersione & confusione vnio-

E *Ioan.1.b.*

vnionis opus factum est, manente, vt dixi, Deo Verbo id quod est, tametsi factum sit caro, (immutabile enim secundum naturam est) nulli dubium. Nam quod dicitur incarnari, non in carnis naturam vertitur; sed aliud quiddam ab illa, & ei vnitum intelligitur. Sic sentientes beati Patres, Dei genitricem nominauerunt sanctam Virginem. Crediderunt enim, quòd incarnatum & hominẽ factum genuerit Filium illum, per quem omnia fecit Pater. Verum Nestorius nouellarum blasphemiarum inuentor, cum hac sententia pugnans, improbat quidem vocem hanc, Dei genitricem, quasi non sit vere dicta. dicebat autem sic: Interrogaui, inquit, sæpe eos: Diuinitatem natam dicitis è beata Virgine? Resiliunt statim ad hanc vocem. Et quis, inquit, tanto blasphemiæ morbo laborat, vt quæ genuit templum, in illa dicat à Spiritu sancto Deum creatum esse? Deinde quando inferimus: Quid igitur absurdum nos dicimus, consulentes fugiendam illã vocem, & eundum ad communem vtriusque naturæ significatum? id tunc blasphemè dictum putant. Vel confitere manifeste, Deicatem ex beata Maria natam esse: vel, si fugis hanc blasphemam vocem, cur qui hæc dicis, te nõ dicere simulas? Igitur illo vrgente, immo inculcante impie, vt ij qui sanctam Virginem Dei genitricem dicunt, fateri debeant, carnis fuisse fructum nudam & seorsum positam Deitatis naturam, & subsistẽtiæ initium ex muliere habuisse Dei Verbum; probare volentes, nos ab hac opinione prorsus alienos esse, (non enim ita deliramus, vt velimus sapere aliud, quàm quod oportet sapere) Virginẽ peperisse dicimus Dei Verbum secundum Scripturas carnem factum, hoc est, hominem; peperisse autem illum carnaliter, hoc est, secundum carnem. Nam Deus & Pater secundum diuinitatem genuit ex se Deum existentem Filium. Quoniam autem quod natum est ex carne, caro est; genuit Virgo, vt caro existens, carnaliter. Carnaliter autem dicere, non est tollentis admirabilem natiuitatem, neque euertentis Spiritus sancti operationem, qua in vtero formauit partum; sed docentis potius, quòd sicut Deus gignit diuine, hoc est, digne Deo secundum suam naturam; ita & homo humane, hoc est, caro carnaliter. Deus autem existens secundum naturam Verbum, quamuis caro factum, diuine processit, hoc est, vt decet eum qui secundum veritatem est Deus. Solus enim habuit matrem nuptias non expertam; & seruauit virginem eam, quæ ipsum peperit secundum carnem. Admiror autem quòd grauantur dicere sanctam Virginem Dei genitricem, cùm Deo digne ipsum esse genitum fateantur. Non enim homo communis gignitur Deo digne. Dona vero allata esse dicunt à Magis conuenientia & ei qui intelligebatur, & ei qui videbatur, diuidentes in duos iterum post vnionẽ, vnum Dominum nostrum IESVM Christum. Qui enim intelligitur, factus est visibilis, non immutatione naturæ, sed vnitione cum corpore, quod vide-

Rom. 12. a. 3.

Ioan. 3. a. 6.

Matth. 2.

A χύτως τὸ τῆς ἑνώσεως πεπρᾶκτον χρῆμα, μεμενηκότες, ὡς ἔφην, τοῦ θεοῦ λόγου τοῦθ' ὅπερ ἐστί, κἂν εἰ γέγονε σὰρξ, ἀναλλοίωτος γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀμφιβόλου· τὸ γὰρ σαρκοῦσθαι λεγόμενον, οὐκ εἰς σαρκὸς τρέπειν φύσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι ἑνοῦσθαι πρὸς αὐτὸν ὑπάρχον, καὶ ἑνοῦσθαι αὐτῇ. οὕτω φρονοῦντες οἱ μακάριοι πατέρες, θεοτόκον ὠνόμασαν τὴν ἁγίαν παρθένον· πιστεύσασι γὰρ, ὅτι σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα μεμένηκε τὸν ἐξ αὐτοῦ τῷ πατρὶ, τὸν δι' αὐτοῦ τῷ πάντα πεποιηκότι πατέρα. ὁ δὴ τῶν νέων ἡμῖν δυσφημιῶν διδάσκαλος Νεστόριος παιδεύειν μαχόμενος δόξῃ, καταισθάνεται μὲν, ὡς οὐκ οὔσης ἀληθῆ, τὴν θεοτόκον φωνὴν ἔφη δὲ οὗτος· ἠρώτησα, φησὶ, πολλάκις αὐτούς· τὴν θεότητα λέγετε γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς μακαρίας παρθένου; ἀποπηδῶσιν εὐθὺς πρὸς τὸ ῥῆμα· καὶ τίς, φησὶ, τοιαύτην βλασφημίαν νοεῖ, ὡς ἐκείνην τὴν γεννήσασαν τὸν ναὸν, λέγειν τοῦθ' ὅ πρὸ μικροῦ τὸ θεῖον ἐκ ἐκείνης ἐκπεφυκέναι; εἶτα ὅταν ἐπιφέρωμεν· τί οὖν κατηγοροῦμεν ἡμεῖς λέγομεν, συμβαλόντες φυγεῖν τὴν φωνὴν, καὶ ἔρχεσθαι ὅθεν τὸ κοινὸν συμφερόμενον τῶν δύο φύσεων; τίνα νομίζετε ἐαυτοῖς εἶναι βλάσφημον τὸ λεγόμενον. ἢ ὁμολογοῦσιν ἁπλῶς θεότητα γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, ἢ φεύγουσι βλάσφημον τὴν φωνὴν, τί ταῦτά μοι λέγων, ὑποκρίνῃ μὴ λέγειν; πεισάντων τινῶν ἑαυτόν, μᾶλλον δὲ ἀναπεισάντων αἰσθόμενοι τοὺς θεοτόκον λέγοντας τὴν παρθένον εἰς τὸ δεῖν ὁμολογεῖν σαρκὸς γεννᾶσθαι καρπὸν γυμνόν τι, ἢ καθαμένους τὴν θεότητος φύσιν, καὶ τῆς ὑποστάσεως τὴν ἀρχὴν ἐκ γυναικὸς ἐκπνεῖναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, παληροφορεῖν ἐθέλοντες, ὅτι τῆς τοιᾶσδε δόξης ἀλλότριοι πανταπάσι καθεστήκαμεν· εἰ γὰρ οὕτω λελήθαμεν, ὡς ἐλέσθαι φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, δυσσεβεῖν ἔφημεν τὴν παρθένον σάρκα γεγονέναι ἢ τὸν θεοῦ λόγον· πιστεύειν, ἀνθρώπου δυσσεβεῖν ἢ αὐτὸν σαρκικῶς· πιστεύειν, ἢ σάρκα· ὁ μὲν γὰρ θεὸς, καὶ πατὴρ θεϊκῶς γεγέννηκεν ἐξ αὑτοῦ θεὸν ὄντα τὸν υἱόν. ἐπεδὴ δὲ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, γεγέννηκεν ἡ παρθένος, ὡς σάρξ ὑπαρχούσα, σαρκικῶς· τὸ δὲ σαρκικῶς εἰπεῖν, οὐκ αἱρουμένου ἐστὶ τῆς γεννήσεως τὸ ἀποδεδόχθαι, οὔτε μὲν ἀναιρούντων τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· δι' ἧς ἐν μήτρᾳ διέπλασε τὸ σπέρμα· διδάσκοντος δὲ μᾶλλον, ὅτι ὥσπερ θεὸς πατὴρ θεϊκῶς, ἤτοι θεοπρεπῶς, κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἀνθρωπίνως, ἤτοι σαρκικῶς. θεὸς δὲ ὢν κατὰ φύσιν ὁ λόγος, ἔφημεν σὰρξ γεγονὼς, προῆλθε θεοπρεπῶς· πιστεύειν, ὡς αὐτὸ πρέπει τῷ γε ὄντι κατὰ τὴν ἀλήθειαν θεῷ· μόνος γὰρ ἔσχε μητέρα τὴν ἀπορρᾶμονα· καὶ πατέρης παρθένον τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν κατὰ σάρκα. θαυμάζω δὲ, ὅτι θεοπρεπὲς ὀνομοῦσιν εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον, θεοπρεπῶς αὐτὸν γεγεννῆσθαι φασὶν· οὐ γὰρ ἀνθρώπους χρὴ πάντας θεοπρεπῶς. δῶρα δὲ προσενεχθέντα φασὶ τοῖς Μάγοις τὸ προσφορὰ καὶ τῷ νοουμένῳ, καὶ τῷ φαινομένῳ, διαιροῦντες εἰς δύο δὴ πάλιν μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ὁ γὰρ νοούμενος γέγονεν ὁρατὸς, οὐ μεταβολῇ φύσεως, ἀλλ' ἑνώσει τῇ πρὸς

B

C

D

E

[a] τοῦτο τὸ κεφάλαιον

[b] ἐπιφέρωμεν

[c] ἐκπεφυκέναι; ἢ ἐπιφέρωμεν

[d] ἑνωθὲν δὲ τὸν

[e] τοῦτο φασὶ.

[f] τὸν ἕνα κύριον

Αντίῤῥησις τῶν ἀποστολικῶν.

Orientalium obiectio.

Πάλιν αὐτὸν τῶν αὐτοῦ ὑπομνήσομεν λόγων· δεικνύντες αὐτὸν δύο ὑποστάσεις λέγοντα· ἐν οἷς φησὶν ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ· Ὁπόσον οὖν εἰς ἰδίαν φύσιν, οὐχ ἡγίασται μόνος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος· εἰ δέ τις οἴοιτο τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον καθαίρεσθαι τι, καὶ ἡγιάσθαι μόνον, τοῦτο τι ἂν ὠνομάζη θεὸν πῶς οὖν ὡς ἐπιλαθόμενος τῶν ἑαυτοῦ, εἰς μίαν ὑπόστασιν συνάγει συγχέων τὰς φύσεις, φυσικὴν τὴν θείαν ἕνωσιν διαπαλαίων; καὶ τίς ποτε ἀνέξεται φυσικὴν τὴν θείαν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου τῆς οἰκονομίας; εἰ γὰρ φυσικὴ ἡ ἕνωσις, ποῦ ἡ χάρις, ποῦ τὸ θεῖον μυστήριον; αἱ γὰρ φύσεις, ὡς δεδιδάγμεθα, ἄπαξ ἀνάγκης ἐκ τῆς ἁγίας θεοῦ παρθένου, ἀνάγκης ἀπολελύθασι δηλαδὴ, ἢ καὶ ἔσται πάλιν εἰς ἀνακύκλησιν, καὶ φύσεως ἀπολελύθαι τὸ τῆς οἰκονομίας χρῆμα εἰς τὸν λῆρον, καὶ μυθώδη τῆς χιλιονταετηρίδος τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου δόγματα;

Iterum illum suorum commonefaciemus verborum, ostendentes ipsum duas subsistentias dixisse. Dicit enim in primo tomo: Itaque quantum ad suam naturam, non sanctificatum est solũ Dei Patris Verbum. Si autem quis putauerit, eum qui ex sancta Virgine genitus est, vnctum esse & sanctificatum solum, hac ratione etiã nominatũ Christum: quomodo igitur, quasi oblitus suorum verborum, ad vnam hypostasim cogit, naturas confundens, naturalem diuinam vnionem nominans? Et quis vmquam admittet naturalem diuinam vnitionẽ in sacramento dispẽsationis? Si enim naturalis vnitio, vbi gratia? vbi diuinum sacramentum? Naturæ enim, vt edocti sumus, semel ab ordinante Deo ordinatæ, necessarijs consequentijs seruiunt. Num etiam iterum erit, secundum reuolutionem & naturę consequentiam, dispensationis opus iuxta deliramẽta, fabulosaq. mille annorum infausti Apollinarij dogmata?

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Cyrilli defensio.

Ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὸ, πῶς δὴ ποτὲ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, εὐαρμόστως ἅπασι καθιστὰς, ὡς οἰκονόμος μυστηρίων θεοῦ, καὶ αὐτὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστόν· οὐ γὰρ δή που ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, φησὶν, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι· ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεόν· ἡμεῖς δὲ τῆς εἰς ὀρθότητα ψήφοις ἐκφαινούσης τὸ εἰρημένον· ἑπόμενοί τε παντοίᾳ τῇ θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τοῖς τῶν θεηγόρων φωναῖς ἅπαντες ἀξιοῦσι θαύμασι, μᾶλλον δὲ καὶ θείους ἡγούμενοι νόμους, οὐ τῆς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, οὔτε μὲν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλαβέσθαι φαμὲν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· πεπιστεύκαμεν δὲ, ὅτι κατὰ τὰ τῆς ἱερᾶς γραφῆς δόκιμα, ἐπισκιάσαντος τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ· ἃ τε δὴ ἐδυνάμεις ὢν ἐξ ὑψίστου πατρὸς, ἔπλασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς· πλὴν δὲ ἐνεργείας ἁγίου πνεύματος· καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· κεχρημάτικέ τε καὶ υἱὸς Ἀβραὰμ, καὶ Δαυίδ· οὐκ ἀπεμπλήσας δὲ τὸ ἀνθρώπινον τὸ εἶναι κατ' ἀλήθειαν υἱὸς ἅμα θεοῦ, καὶ πατρός· μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον, ἐν οἷς ἦν πρὸ σαρκὸς, ἐν φύσει τε, καὶ ὑπεροχῇ, καὶ δόξῃ θεότητος· ἀναλλοίωτος γὰρ ἐστι, καὶ τροπῆς ἀμέτοχον, ὡς θεός. ἔστι τοίνυν εἷς τε, καὶ ὁ αὐτὸς υἱὸς, καὶ κύριος καὶ μετὰ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· καὶ τὸ διαιρεῖν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως ἀναλύειν χρῆμα, διιστάντας αὐτὰ μέρος, καὶ τιθέντας ἰδικῶς ἄνθρωπον, καὶ ἰδικῶς θεὸν, δυσσεβείας ἔχει τῆς αὐτοπάτου χαρακτῆρα. ἐλίσσει δὲ πύπτω πεφρονηκὼς ὁ Νεστόριος, τολμήσει εἰπεῖν αὐτοῖς λέξεσιν οὕτως· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· οὐκ εἶπε· πρὸς φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν τῷ θεῷ λόγῳ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου ἔλαβεν· ἀλλὰ λαβὼν τὸ, χρείττης, ὡς τῶν δύο φύσεων

Diuinus Paulus, quomodo factum sit homo vnigenitum Dei Verbum, vt fidelis dispẽsator sacramentorum Dei, & ipsum habens in se loquentem Christũ, manifeste omnibus ostẽdens: Non enim alicubi Angelos apprehendit, inquit; sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde oportuit eum per omnia fratribus similem fieri, vt misericors & fidelis fieret Pontifex in his quæ ad Deum. Nos vero vt rectissime prolatum hoc dictum nostra sententia probamus, sequentes vbique diuinitus inspiratas Scripturas, & valde admirantes Theologorum voces, immo eas pro diuinis legibus habentes, dicimus Dei Patris Verbum non apprehendisse neque sanctorum Angelorum, neque suam naturam: credimus autem, secundum quod sacris litteris videtur, quòd obumbrans sanctæ Virgini, vtpote virtus existens altissimi Patris, formauit sibi corpus ex illa, verumtamen per operationem sancti Spiritus; & factum est homo, appellatumq. & filius Abrahæ & Dauidis; nõ amittens propter humanitatem quòd sit Filius Dei & Patris secundum veritatem; manens autem potius, quamuis factum sit caro, in natura & eminentia & gloria Deitatis. Immutabilis enim est, & conuersione potentior, vt Deus. Est igitur vnus & idem Filius & Dominus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Diuidere autem vnũ in duos filios, & soluere veræ vnitionis opus, distinguendo seorsum, & ponendo priuatim hominem, & priuatim Deum, crimen est in primis impium. Porro Nestorius ista parum curans, audet ipsis verbis sic dicere: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesv, qui in forma Dei existens, seipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs. Non dicit: Hoc sentite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod in forma Dei existens, serui formam suscepit: sed cum accepisset hoc nomen, Christus, vt duarum naturarum appellationem significa-

1. Cor. 4. a. 2. Cor. 13. 4. 3. Hebr. 2. c. 16.

Philip. 2. b

Luc. 1. d. 35.

Matth. 1. a

φρενῶν ἀιδρότων ἀσυμφανὴς, ὅτι ψευδοχαράττουσι τῶν παρ' ἐμοῦ γεγραμμένων τὴν διάνοιαν, καὶ συκοφαντοῦσι καὶ τούτῳ τὴν ἀλήθειαν. καὶ καθ' ἕτερον δ' τρόπον ἀπαλλαγμένοις εἴη ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, ἁμοιρήσαι δι' ἃ δὲ μόνοις πᾶσι τὸ ἰδιάζειν τυχὸν, ὡς ἐπὶ μὲν ἐστι κατὰ Φύσιν ἰδίαν ἡ σὰρξ γενομένη τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἕτερος δι' ἐστὶν υἱὸς πατὴρ Φωτὸς λόγον, κατὰ γε τὸν τῆς ἰδίας Φύσεως λόγον ὁ μονογενής· ἀλλ' οὐ τὸ ἰδιάζειν τοῦτο μερίζειν ἐστὶ τὰς Φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν. εἰ δ' δή τις βούλοιτο τῷ τοῦ μυστηρίου δυνάμει ἀκριβῶς διαγνοίας ὄμματι κατασκοπεῖσθαι, κατανοήσειεν ἂν, ὅτι, καθάπερ ἐφ' ἑνὸς ἐν ἀρχαῖς, οὐ τῆς αὐτῆς Φύσεως ἐπιλάβετο θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ· οὐχ ὁμοίως δ' τῷ ἐκ θεοῦ Φυῒ λόγῳ, τὸ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἄγιον σῶμα· ὅπερ ἐκ τῆς μακαρίας παρθένου λαβὼν, πρωτότοκον αὐθρωπος, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ, κ' χρηματίσῃ πρωτότοκος ὁ μονογενής· ἀλλ' εἰ καὶ ἔστιν ἑπτὰ προφυὲς τὸ σῶμα τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' οὖν εἷς Χριστὸς, καὶ υἱὸς, καὶ θεὸς, ὁ κύριος· καὶ εἰ γέγονε σὰρξ· καὶ τὸν τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως τρόπον διασώζειν, οὐκ ἀζήμιον, διιστάντας εἰς υἱοὺς δύο τοὺς ὑποστάσεις, δισσοφοιτώσας μὲν ἀλλήλων εἰς τὸ ἰδίᾳ πεῖναι, καὶ κατὰ μέρος, ἐχούσας δὲ μονὰν, σωσάφειαν τοῦ ἑκατέρου τε, καὶ οὐ τὸ ἔλαττον τιμῆς. εἰ δ' δὴ λέγοιμεν Φυσικὴν τὴν ἕνωσιν, τὴν ἀληθῆ φαμὲν, ἔθος ἐχούσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, οὕτω κεχρῆσθαι τῇ λέξει· γράφει γοῦν που πού ὁ θεσπέσιος Παῦλος· καὶ ἦμεν τέκνα Φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί· καὶ ἐδηλοῦ που Φάναι τὸς αὐυφεστάναι τῇ Φύσει τὴν θείαν ὀργὴν, ὥστε καὶ αὐτὸς γενήματα κατάδικα τοὺς ἁμαρτωλοὺς· ἡ πάντα τε, καὶ πάντως ἰσόμεθα· σύμφρονες τοῖς τὴν Μανιχαίων νοσοῦσι μανίαν· ἀλλὰ τὸ, Φύσει δηλοῖ τὸ τῇ ἀληθείᾳ· σὺν οὖν οὐ συγχέοντες τὰς Φύσεις, οὔτε μὴν ἀλλήλαις αὐτὰς ἀναφύροντες, καθάπερ Φασὶν οἱ δι' ἐναντίας, Φυσικὴν Φαμὲν γνῶσαι τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ἐκ δύο πραγμάτων ἀνομοίων, θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα γνῶσθαι Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον, διαβεβαιούμεθα παντάχοθ'. τῶν δὲ Ἀπολιναρίου δογμάτων ἀδὲς παντελῶς ἡμῖν ὁ λόγος· τοὺς γὰρ ἅπαξ καταγνωσθέντας, ὡς θεοχαράττοντας τὴν ἀλήθειαν, ἀποστρέφεσθαι χρή.

Ἀναθεματισμὸς δ'.

Εἴ τις πρόσωπος δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι φωνὰς διανέμει φωνὰς, ἢ ὑπὸ χριστοῦ περὶ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ θεωρικῷ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσπίπτει, τὰς δ' ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἀντίρρησις τῶν ἀποστολικῶν.

Ἀκήκοεν καὶ παῦλος τῶν αὐτοῦ θεσπισμάτων αὐτὸν ὑποκρινόμενος· ἐν οἷς φησι· καὶ ἀκούσῃς, ὅτι προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι, μὴ σοφὸν ἐξ ὑποθέσεως

A solet, obscurum est, quòd vitiant sensum eorum quæ à me scripta sunt, & calumniantur etiam in hoc veritatem. Sed & alio modo culpa vacaret, & omni reprehensione, idq. merito, scire forsitan, quòd alia quidem est secundum naturam propriã caro à Verbo ex Deo Patre nato, & alius rursus Vnigenitus secundum naturæ propriæ rationem. Sed scire hæc, non est diuidere naturas post vnitionem. Iam si quis voluerit sacramenti virtutem exacto mentis oculo cõsiderare, videbit vtique, quòd (sicut dixi in principio) non suam naturam apprehendit Deus existens Verbum, sed semen Abrahæ. Non est autem consubstantiale B Verbo ex Deo nato, quod est ex semine Abrahæ sanctum corpus, quod è beata Virgine sumpsit, procedens homo, vt fratribus similis esset, & appellaretur primogenitus, qui erat vnigenitus. Quamuis autẽ alterius naturæ sit corpus à Verbo Dei Patris; vnus tamen est Christus, & Filius, & Deus, & Dominus, tametsi factus sit caro. Non caret autem damno, dissoluere veræ vnitionis modum, & diuidere subsistentias à se mutuo seiunctas in duos filios, vt priuatim & seorsum sint, habentes autem solum externam connexionẽ, quasi in ordine dignitatis. Quòd si naturalem vnionem dixerimus, veram intelligimus. Habet enim Scriptura diuinitus inspirata hunc morem, hac dictione in hunc sensum vti. Scribit enim alicubi quibusdam diuinus Paulus: Et eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. & neutiquam dixerit quispiam subsistere secundum naturam, diuinam irã, ita vt peccatores illius sint soboles: alioqui prorsus & omnibus modis consentiemus laborantibus insania Manichæorum. Sed ibi natura idem est, quod vere. Non igitur confundentes naturas, neque ipsas inter se miscentes, sicut dicunt aduersarij, naturalem dicimus factam esse vnitionem; sed ex duabus rebus dissimilibus, Deitate inquam, & humanitate vnum factum esse Christum, & Filium, & Dominum, vbique affirmamus. Demum cum Apollinarij dogmatis plane nihil nobis commune est. Semel enim condemnatos, tamquam veritatem adulterantes, auersari oportet.

Ephes. a. 3.

Anathematismus IV.

Si quis duabus personis, siue hypostasibus eas voces attribuit, quæ in Euangelicis & Apostolicis scripturis passim occurrunt; quæve à sanctis de Christo, vel ab ipso quoque Christo de se ipso dictæ sunt; & alias quidem homini tamquam seorsum à Dei Verbo considerato adscribit; alias vero tamquam Deo conuenientes, soli Dei Patris Verbo adaptat; anathema sit.

Orientalium oppositio.

Deinceps etiam hoc loco illi sua ipsius decreta suggerenda sunt. Dixit enim: Quamuis audias, quòd profecerit ætate & sapientia & gratia, ne putes sapiens ex incremento factum esse Verbum

Luc. 2. g.

χεισὺν· ἀλλ' οὐκ εἰς μίαν Φύσιν τὰ πάντα συναιροῦν- A
τες· ὡς καὶ ἐξ ἑνὸς τῶν Φύσεων ἑνόμαστε ἑκατέρας
παῖδα διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως ἄκρον, καὶ ἡμῖν ἀκατά-
ληπτον· ὥς που καὶ τὸ, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρα-
νὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώ-
που, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τὸ, ἐὰν οὖν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα, ὅπου ἦν τὸ πρότερον· ἆρ' οὐκ ἐκ
τῆς προσηγορίας τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸν αὐτῷ
συνηγμένον νοοῦμεν; εἰ γὰρ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὠνόμαζε διὰ τὴν τῆς
προσληφθείσης, καὶ φανερᾶς σαρκὸς φύσιν, ἀλλὰ B
διὰ τὸ περὶ αὐτοῦ πλαττόμενον ἦν ἑαυτὸν παραδείκνυ·
καὶ πάλιν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ οὐ τὰ πάντα· καὶ πάλιν
Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς, καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς
αἰῶνας. εἰ χθὲς, καὶ σήμερον, πῶς ὁ αὐτὸς τὰ πάντα;
εἰ δὲ ὁ αὐτὸς τὰ πάντα, πῶς χθὲς, καὶ σήμερον; ἀλλὰ
καὶ τὸ, πάντα ὁ αὐτὸς, ἀληθές· καὶ τὸ χθὲς, οὐ σήμερον,
πρόσω· καὶ τὸ, ὁ αὐτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀληθινόν· ἐὰν
γὰρ τὸ τῶν ἑνωθέντων ἀσυγχύτως τε, καὶ ἀχωρίστως
Φύσεων διάφορον τοῖς φωναῖς ἐφαρμόζωμεν· νοοῦν-
τες μὲν τὸ φαινόμενον, χθὲς, καὶ σήμερον· κατὰ δὲ C
τὸ νοούμενον, εἰς τοὺς αἰῶνας· κατὰ δὲ τὸ τῆς ἑνότητος
μοναδικὸν, ἕνα, καὶ τὸν αὐτόν.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

τοῖς, εἰς "Σκοπὸς οὖν, ὡς ἔοικε, τοῖς ἐξέλκειν ἀσεβισπερῶς
θέσπισμα τῆς παρ' ἡμῶν χρεωστήσεως τί, καὶ ἀναγ-
καίως γεγονόσιν ἀναθεματισμοῖς. Φρονῶν μὲν, ἢ λέ-
γειν τῶν ἀληθινῶν ἰδεῖν· Φιλοψυχίας δ' μόνης ἀπο-
δεῖξιν ἐναργῆ πιθανῶς τὸ ζητούμενον· εἰ γὰρ "αὐχοῦντι,
αὐ- ἢ, αὐ- ἐκείνῳ "ἀκριβῶς τοῖς γεγραμμένοις τὸν εἰκεῖον ἐκτείνοντι
χοῦν- τες νοῦν, ἔσται ἡγήσασθαι, ὅτι κρατύνουσι τῆς "παρ' ἑαυ-
τι, ἐκ- τῶν ψήφοις, καὶ δι' ὧν πεπίλωται λόγων, τὸν ἀναθεμα- D
βάλ- τισμόν· καὶ ἆρ' οὐκ εἰκὸς μᾶλλον ἀκριβεστέρως αὐτὸν γε-
λωσι γονότα καταδεικνύναι· καὶ τίνα τρόπον, ἐρῶ. ὁ χρη-
κλησίᾳ στὸς ἡμῶν Νεστόριος ἔφη τι περὶ τοῦ ἐν "ἐκκλησίᾳ ἐξη-
γούμενος· ἵνα δὲ αὐτῷ συμφέρειν, ἢ πῶσιν ἀληθεύ-
ειν δόξειεν, τοῖς Ἀρείοις, καὶ Εὐνομίοις, καὶ Ἀπολιναρίοις,
τῆς θρα- καὶ πάντων τῆς χορεῖς τῶν τῆς "τοιαύτης φατρίας,
σεως, ἀπαρὰ τὸ, ἕνωσις εἰσάγειν, ὡς κράσεως γινομένης,
καὶ τῶν Φύσεων μὴ διαιρεμένων, μηδὲν τῶν δύο λό-
γων εἰς τὸν ἀνθρωπότητα λαμβάνειν, καὶ χώραν αὐτοὺς
λειπὸν κατὰ τῆς θεότητος ἔχειν· ὡς πάντων τῶν λε-
λεγμέ- γομένων παρ' ἑνὸς λεγομένων. τούτων οὖν "λεγομέ- E
νων χρεωστέσεως παρ' ἡμῶν γέγονεν ὁ ἀναθεματισ-
θέντα μὸς, οὐκ ἐφικνεῖσθαι εἰς δύο μεμερίζεσθαι πρόσωπά τε, καὶ
ὑποστάσεις τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. ὅτι δὲ ἐν
αὐτοῖς τοῖς παρ' ἡμῶν συμφέρον τοῖς λόγοις, δῆλον ἂν εἴη
δήπουθεν ἐξ ὧν γεγράφασι, καὶ φρονεῖν ὁμολογοῦσιν· ἔχει
ταῦτα δὲ οὕτως· ὡς δὲ "πρόσωπον, ἢ ὑποστάσει δυ-
σὶν, ἢ υἱοῖς δυσὶ διαιρεῖν τὴν ἕνωσιν· ἦγον τὸν ἕνα
cet
υἱὸν, τὰς φωνὰς ἐφαρμόζειν οὐ δεῖ· ἀδιαίρετος γὰρ, καὶ ἀχώριστος ἡ ἄκρα ἕνωσις· καὶ ὁ εἷς υἱὸς κατὰ πάντα καὶ
λόγον, καὶ τρόπον, καὶ ἔννοιαν ἐστὶ τῆς τῶν ἄκρας ἑνώσεως φυλαττομένης, καὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ, καὶ Χριστοῦ, καὶ κυρίου ὁμολο-
ἐκλαμ- γουμένου, οὐδὲ "ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν "ἐκλαβεσθαι χρὴ τὰ λεγόμενα· καὶ μέντοι τὴν τῶν ἑνωθέντων φύσεων δύνα-
βάνε-

Christum, sed non in vnam naturam omnia contrahentes; ita vt ex vno naturarum nomine vtraque intelligatur propter incomprehensibilē vnitionis summitatem, quemadmodū & hoc: Nemo ascēdit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. &: Si igitur videritis Filium hominis ascendentem vbi prius erat; nonne ex appellatione Filij hominis, etiam ei inconfuse & inseparabiliter vnitum intelligimus? Nam quamuis & Filium hominis nominarit propter assumptæ & visibilis carnis naturam; tamen per ea quæ ab ipso fiebant, Deū se ipsum demonstrabat. Et iterum: IESVS Christus, per quem omnia. & iterum: IESVS Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Si autem per ipsum omnia, quomodo heri & hodie? Sed & hoc certum est: Omnia per ipsum. & hoc: Heri & hodie, fide recipiendum. & hoc: Ipse in sæcula, verum, si secundum differentiam naturarum inconfuse & insepa rabiliter vnitarum voces aptemus, intelligentes secundum visibile quidem, heri & hodie; secundū vero intelligibile, in sæcula; secundum autem filiationis vnitatem, vnum & eumdem.

Ioan. 3. b 13.
Ioan. 6. g. 62.
Hebr. 2. c. 10.
Hebr. 13. b. 8.
Ioan. 1. a.

Cyrilli defensio.

Vt apparet, his qui anathematismos à nobis vtilissime & necessario factos, imprudenter reprehendere volunt, vnicus ille scopus est, vt nihil verum vel sapiant, vel dicant; declarentq. se solo calumniandi studio occupatos. Nam si mentem suam studiose ac diligenter scriptis adhibuissent, non ignorassent, quòd suis sententijs & sermonibus, quos faciunt, stabiliant anathematismum, ostendantq. potius illum non inerudite conditū. Et quo modo, dicā. Bonus Nestorius dicebat tale quiddam, in ecclesia enarrans: Vt autem ipsum manifestius dicā, & ita vt omnes facilius capiant: Arius, & Eunomius, & Apollinarius, & omnes societatis illorum chori, studebāt inducere nomen hoc, Dei genitrix, vt si commixtio fieret, & naturæ non separarentur, nihil humile de humanitate accipiendum esset, locumq. iam haberent ipsi contra Deitatem; quasi omnia quæ dicebantur, de vno dicerentur. Hæc cum sic dicta sint, vtilissime anathematismum fecimus, non permittentem in duas diuidi personas & subsistentias vnum Dominum IESVM Christum. Quòd autem & ipsi cū nostris sermonibus conueniant, perspicuum erit ex his quæ scripserunt, & sentiunt. Habent autem sic: Tamquā vero personis duabus, vel subsistentijs duabus, vel filijs duobus, diuidendo vnitionē, hoc est vnum Filium, voces aptare non conuenit. Indiuisibilis enim & inseparabilis est summa vnitio, & vnus Filius est secundum omnem rationem & modum & cogitationem. Si autem summa vnitio seruetur, & vnus Filius & Christus & Dominus ponatur, de vno & eodem Filio accipere oportet quæ dicuntur: sed tamen secundum vnitarum naturarum virtutem accommodare de-

ὁμοιότητι τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον, καὶ ἐκ τῶν τῆς ἀν- A
θρωπότητος αὐτοῦ μέτρων ἀπιγνώσκομεν. εἰ γὰρ ἐστιν
ἀναγκαῖον τὸ πιστεύειν, ὅτι θεὸς ὢν φύσει, γέγονε σὰρξ,
ἤγουν ἄνθρωπος ἐψυχωμένης ψυχῇ λογικῇ τῆς
σαρκὸς, τίνον αὖ ἔχοι λόγον τὸ ἐπιχωρεῖσθαί τινα τῆς
παρ' αὐτοῦ φωνῆς, εἰ γεγένηται ἀνθρωποπρεπῶς; εἰ γὰρ
παρῆκεν τοῖς ἀνθρώποις πρέποντας λόγους, τίς ὁ ἀ-
ναγκάσας ψεύδεσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον; ὁ δὲ κα-
θεὶς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς ἐκούσιον κένωσιν, ἵνα τίνα αἰ-
τίαν παρῆκεν ἂν τοῖς τῇ κενώσει πρέποντας λόγους; B
ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν ταῖς εὐαγγελίοις πά-
σας ἀναθετέον φωνάς, ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σε-
σαρκωμένῃ· εἷς γὰρ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, κατὰ τὰς γρα-
φάς. σκοπῶ, ὡς δοτέον γε τῶν ἤδη προημαρτημένων,
οὐκ ἠγνοηκότες μὲν ἀλογοῦμεν τὴν οἰκονομίαν, καὶ
τὴν ἑκάστῃ φύσει πρέπουσαν φωνὴν, οὐκ ἐφιέντες δὲ
μᾶλλον τοῖς ψυχικοῖς, καὶ πνεῦμα μὴ ἔχουσι δύο νοεῖν
υἱοὺς, ἢ λέγειν, διαιροῦντας ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις
μιᾷ τῇ ἀδιαιρέτῳ ἑνώσει. ἐπεὶ δὲ βραχύ τι μέ-
ρος λαβόντες ἐξ ἡμετέρας ἐπιστολῆς, πεποιήκασιν ἐν
ἀρχῇ τῶν ἰδίων λόγων, ἀπολογοῦντες ἡμᾶς ὅτι καιρὸν
διελέγχειν, ὡς ἀμετρίως ἡμαρτηκότας εἰς τὸν ἐν C
θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει τῷ τῇ σαρκὶ
προσπνεῦσαν αὔξησίν τι, καὶ προκοπὴν ἀβελόπτα
προσνενεμηκότας· φέρε καὶ ἐκ τούτου γε ταῦτα τὰ εἰκό-
τα λέγωμεν, ὅλον ἐπεξελθόντες τῆς ἐπιστολῆς τὸ μέ-
ρος· δεδοικότες γὰρ αὐτοὶ τὸν ἀληθῆ, καὶ συναρπά-
ζοντες τοὺς ἀκριβοῦντας, μέρος τι πεποιήκασιν, ὅπερ αὐ-
τοῖς ἐδόκει χρησιμώτερον εἶναι πρὸς τὸ δυνάσθαί τι,
καὶ μᾶλλον ἢ δοκεῖν ἐλέγχειν τοὺς καθ' ἡμῶν πεπεῖσθαι
συνῳδίαις· ἔχει δὲ οὕτως τὸ εἰρημένον· κἂν ἀκού-
σῃς, ὅτι προέκοπτεν ὁ Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χά-
ριτι, μὴ σοφὸν ἐξ ὑπονοίας νομίσῃς γεγενῆσθαι τὸν τοῦ D
θεοῦ λόγον· ἀμνημονήσωμεν δὲ μᾶλλον μεγαφόνου
ὠδῖνος τοῦ θεσπεσίου Παύλου· Χριστὸς θεοῦ δύναμις, καὶ
θεοῦ σοφία. μὴ δ' αὖ ἐκεῖνο φληναφῶν τολμήσῃς
εἰπεῖν· ὅτι τὸ προκόπτειν ἐν ἡλικίᾳ τι, καὶ σοφίᾳ, καὶ
χάριτι, τῷ ἀνθρώπῳ προσπίπτομεν· τοῦτο γὰρ ἐστιν,
ἕτερον αὐτὸν εἶναι, ἕτερον δὲ, ἢ διελεῖν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν.
ἀλλ' ὥσπερ ἐφθὸν ἄρτιον, προαιώνιος ὢν ὁ υἱὸς, ἐν ἐσχά-
τοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς εἰς ἡμᾶς ὠφέλειαν λέγεται θεοῦ, τὸ
ἰδίως σαρκὸς τῷ γίνεσθαι οἰκειούμενος οἰκονομικῶς·
οὕτω δὲ ὑπάρχων σοφίᾳ τε γεγένηται, προκόπτειν
ἐν σοφίᾳ λέγεται· καίτοι πανσέληνος ὢν, ὡς θεὸς E
τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια, διὰ τὴν εἰς ἄκρον ἕνω-
σιν, εἰς ἑαυτὸν εἰκότως ἀναλαβών. ἀνθ' ὅτου δὴ
ἐγὼ, θεοῦ λέγοντες· κείμενα δίκαιον κρίνατε, περιαλογίζονται
τὴν ἀλήθειαν; οὔτε γὰρ μερισμὸν
τῶν ὑποστάσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν δογματίζομεν,
οὔτε τὴν τῆς θεότητος φύσιν αὔξησίν τε, καὶ προκοπὴν
διδεῖσθαι φαμὲν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον· ὅτι κατ' οἰ-
κείωσιν οἰκονομικὴν ἑαυτοῦ ποιήσῃ τὰ ἴδια τῆς
σαρκὸς, εἰς αὐξῆς γεγονὼς, κατὰ τὰς γραφάς. ὅτι δὲ
τῇ τοιάδε πίστει τι, καὶ δόξῃ καὶ ὁ τῶν ἁγίων πᾶ-
σι πληροφόρησιν ἐξηγήσεως μέρος, ῥωμένης κατὰ

similitudine Patris Deum Verbum & ex humanitatis suæ mensuris agnoscimus. Nam si necessarium est credere, quòd Deus existens natura, factum est caro, hoc est, homo, carne animata anima rationali; quænam ratio ferat, vt quis voces eius erubescat, ſi factæ sunt homini, congruentes? Nam si vitasset sermones qui hominibus congruunt, quis compulisset vt homo fieret similis nobis? Qui autem se demisit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quam causam vitaret sermones suæ exinanitioni conuenientes? Igitur vni personæ omnes voces in Euangelijs, subsistentiæ inquam vni Verbi incarnati tribuendæ sunt. Dominus enim vnus IESVS Christus, secundum Scripturas.] Igitur, quantum ex iam ante scriptis, non ignorasse deprehendimur dispensationem, & suas vtriusque naturæ voces, sed potius non permittere animalibus, & spiritũ non habentibus, duos cogitare vel dicere filios, ita vt diuidant inter se subsistentias post indiuulsam vnitionem. Sed quia parum quid ex nostra epistola posuerunt in principio suorum sermonum, & minantur nobis quòd in tempore sint redarguturi, quasi non mediocriter peccauerimus in Verbum ex Deo Patre; & incrementum ac profectum, qui ad carnem pertinet, naturæ ipsius insipientissime tribuerimus: age & ad hoc conuenientia dicamus, adijciendo totam epistolæ partem. Ipsi enim metuentes veritatem, & auditores fallentes, partem quamdam posuerũt, eam quæ ipsis vtilissima esse videbatur ad hoc, vt inde possent ac viderentur iuste calumnias in nos struere. Habet autem sic quod dictum est: Etiamsi audieris, quòd profecerit IESVS ætate & sapientia & gratia, ne putes Verbum Dei sapiens profectu effectum esse. Commemorabo autem magis, quòd sic diuinus Paulus scripserit: Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Neque rursus illud nugaciter ausis dicere, quòd proficere in ætate & sapientia & gratia homini attribuamus: hoc enim, vt opinor, nihil aliud est, quàm diuidere in duos vnum Christum: sed sicut paulo ante dixi, Filius qui est ante sæcula, in nouissimis sæculi téporibus in Filiũ Dei prædestinatus esse dicitur, suæ carnis natiuitatem sibi approprians dispensatiue. Sic & existens sapientia eius qui genuit, proficere in sapientia dicitur, quamuis perfectissimus sit, vtpote Deus, dum humanitatis proprietates per summam vnionem in se conuenienter susceipit.] Cur ergo cum Deus dicat: Iudicium iustum iudicate; veritatẽ falsis rationibus adumbrant? Neque enim partitionem subsistentiarum post vnitionem dogmatizamus, neque Deitatis naturam augmento & profectu opus habuisse dicimus; sed illud multo magis, quòd secundum dispensatiuam appropriationẽ suas fecerit carnis proprietates, eo quòd Verbum caro factum est, secundum Scripturas. Quòd autem tali fidei & opinioni etiam sanctorum Patrum concinat chorus, ostendere attentabo, adijciens ad maiorem certitudinem, partem enarrationis olim

Luc. 2. 52.

1. Cor. 1. 24.

Rom. 1. 4.

Deuter. 1. 16.

Ioan. 1. 3.

Φαινομένης σαρκὸς Φύσιν εἰρημένας, ὅτ' ἀρνησόμεθα, ὅτ' οὐκ ἐξαλείψαιμεν, ποτὲ μὲν λεγόντας· κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὃν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου· καὶ πάλιν· τῇ δυνάμει τοῦ θεοῦ ὑψωθείς· καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα πεφύκασιν διὰ τὸ φαινόμενον, οὐδεὶς ἂν ἐκβάλοι ἢ ὡς ἄνθρωπον ἁπλῶς ἑαυτὸν ἐνεργήσαντα, ἢ ὡς δίκαιον, ἢ ὡς προφήτην, ἢ ὡς ἀποστολικόν· οὔτ' οὖν τὰς θείας φωνὰς ἐξαλείφομεν, ἢ ἀρνούμεθα, ἢ ἁπλῶς τι ὁμοῦ, καὶ βλασφήμως ἀναθεματίζομεν, εἰρημένας, καὶ πεπραγμένας διὰ τὴν τῆς φαινομένης σαρκὸς Φύσιν, οὔτε ὡς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἢ ὡς δίκαιον, ἢ ὡς προφήτην, ἢ ὡς ἀποστολικὸν ἐνεργῆσαι φήσομεν· ἃ γὰρ ἔλεγε· τάδε λέγει κύριος· ἀλλ' ὡς ὡς νομοθετῶν· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν.

illo propter visibilis carnis naturam dictas, neque negabimus, neque expungemus, dicētes quidem aliquando: Secundum operationem roboris virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans ipsum ex mortuis, soluens dolores mortis. & iterum: Virtute Dei exaltatus; & quæcumque talia. Verum quamuis hæc posita sint propter id quod erat visibile, nemo tamen ita accipiet, ac si vel vt homo simpliciter vim acceperit operandi, vel vt iustus, vel vt Propheta, vel vt Apostolus: neque rursus diuinas voces aut delemus, aut inficiamur; neque imperite simul & blaspheme anathematizamus dictas & positas propter visibilis carnis naturam; neque vt hominem simpliciter, vel vt iustum, vel Prophetam, vel Apostolum, operandi vim accepisse dicemus. Non enim dicebat: Hæc dicit Dominus; sed vt Filius legislator: Ego autem dico vobis. *Ephes. 1. d. 19.* *Act. 2. c. 33* *Matth. 5.*

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Καὶ νῦν ἡμῖν ὁδὸν ἥπερ διὰ τῶν ἴσων ἔρχεται λόγων τῆς ἀπολογίας ὁ τρόπος· εἷς μὲν ἐστιν ὁμολογουμένως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ αὐτὸς ἅμα πιστευόμενος καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος ἀϊδιός τε, καὶ συναΐδιος, καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς αὖθις ἐκ γυναικὸς, κατὰ δόξαν ἔφυ κατὰ σάρκα γένησιν. ἀλλ' ὡς ἦν ἀρχὴν υἱὸς, καὶ θεὸς, καὶ κύριος, εἰργάζετο τὰς θεοσημίας, διὰ τῆς ἐνόντος αὖθις ἰσχύος, πληροφορῶν ὅτι, καὶ σὰρξ γέγονε σὰρξ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐστὶ καὶ οὕτω θεὸς ἀληθινὸς, καὶ δύναμις ὁ πατρός· οὐ γὰρ πέπαυται τοῦ εἶναι ὃ ἦν, γυμνούμενος αὖθις. ἐπληροῦτο τοίνυν καὶ τὸ δοξαστὸν τοῦτο μὲν δαιμονίοις ἐπιτιμῶν, καὶ σωτηρίαν τὴν σύμπασαν· τοῦτο δὲ τυφλοῖς τὸ φῶς ἐνιείς· νεκροὺς αὖ τοῖς ἐγείρας· θαλάσσαν ἀρειμάνιον ἑνὶ καταδυνάζων ῥήματι, οὐχ ὡς ἄνθρωπον τινὰ, καὶ ἕτερον ὄντα παρὰ μόνης Χριστὸν δεχόμενος θεοῦ πίστεως, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν, ἢ ἄγγελον ἀποστόλων· ἀλλ' ἑαυτῷ τὸν δόξαν πραγματευόμενος· ἵνα δι' ἁπάντων πιστευθῇ υἱὸς ὢν φύσει, καὶ οὐ γέγονεν ἄνθρωπος. διὸ οὖν ἄρα τῶν ἑκατέρωθεν ἀναχθέντων Νεστορίου λέγοντος· καινὴ γὰρ αὐτῇ τῆς τριάδος ἐνέργεια, καὶ μόνης ὑποστάσεσι τὴν διαίρεσιν ἔχουσα· ἦν τοῦ μονογενοῦς ἡ δόξα ποτὲ μὲν τῷ πατρὶ πρέπη μόνον, ποτὲ δὲ τῷ πνεύματι, ποτὲ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάστεια. σχολῇ ἢ δεικνύτωσαν οἱ δαίμονας ἐξήλαυνε ἕτερον ἡμῖν Χριστὸν ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἕκαστον μέρος ὑποστάντα, καὶ νοούμενον· ᾧ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν πρέπειν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ὡς ἕτερος ὢν παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ὁ υἱὸς· καὶ ἡ εἰμὴ ἐστιν ἕτερος, καὶ ἕτερος, ἀλλ' εἷς τις, καὶ ὁ αὐτὸς καὶ σὺν πατρὶ μονογενὴς, καὶ γυναικὸς ἄνθρωπος κατὰ σάρκα· πῶς δὲ ἀνῆλθον εἰλήφθαι σαρκὸς, καὶ ἔχει δὴ μᾶλλον ἀνταναστῆναι πάλιν τῇ ἀληθείας τὴν δύναμιν τοῖς παρ' ἐκείνου βαπτισμοῖς, τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων τὸ κάλλος ἐδήλωσεν; ἵνα μὲν οὖν, καὶ ἔστι θεὸς ὁ υἱός. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἔπαθε μέτρον, καὶ σὺν δόξῃ βλέπειν ἐπιήσατο τὴν οἰκονομίαν, ἔστι μένει δὲ πάντα διὰ τὴν κένωσιν ἣν εἵλετο δι' ἡμᾶς· πάντη τι, καίτοι καὶ φύσει

Cyrilli defensio.

Et nunc quoque iisdem sermonibus defensionis modus incedet. Nam vnus quidem est absque dubitatione Dominus noster IESVS Christus, qui idem creditus est esse & ex Deo Patre Verbum æternum, & ante sæcula; & in nouissimis sæculi temporibus homo ex muliere, qui admirabilem habuit secundum carnem natiuitatem. Verumtamen cum vnus esset Filius & Deus & Dominus, operabatur signa per virtutem plusquam humanam; sufficientibus argumentis docens, quòd quamuis factus sit caro, nihilominus tamen sit etiam sic Deus verus, & virtus Patris. Non enim destitit esse quod erat, factus homo. Faciebat igitur insolita, tum quòd dæmonia increpabat, & Satanam conterebat, tum quòd cæcis lumen præstabat, mortuos resuscitabat, mare procellosum vno verbo sedabat; non sicut hominem quempiã, & alterum existentem seorsim, Christum glorificari faciens, quemadmodum scilicet & vnum ex sanctis Prophetis vel Apostolis; sed sibi gloriam procurans, vt ab omnibus crederetur Deus existens natura, tametsi factus esset homo. Fuisset igitur absurdissimum ferre Nestorium dicentem: Communes enim Trinitatis sunt operationes, & solis subsistentijs distinctionem habentes. Proinde Vnigeniti gloria interdum Patri adaptatur, interdum Spiritui, interdum Christi potentiæ. Idcirco qui reprehendere volunt, vel ostendant nobis alium Christum, qui priuatim & seorsim existat & intelligatur, cui suam potentiam applicuerit vnigenitum Dei Verbum, quasi seorsim diuersus sit ab ipso Filius; vel nisi sit alius & alius, sed vnus & idē & ex Patre vnigenitus, & ex matre homo secundum carnem, quomodo silendi locus esset, & non magis veritatis potentia illius nugis opponenda, pulchra pietatis dogmata corrũpentibus? Itaque erat quidem & est Deus ipse Filius. Quoniam autem semel subijt humanitatis mensuram, & dispensationē haud reijciendam censuit; ob exinanitionē autem sustinuit omnia voluntarie nostri causa: ea propter, quamuis sit secundum *Luc. 4. g. 10. c. 18. g. Ioan. 11. f. Matth. 14 d.*

natu-

ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ λέγῃ· καίτοι γε ἀεὶ σωεφρόνων ὡς λόγος τῷ ἰδίῳ πατρὶ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ κατ' φύσιν ὑπάρχων, πάλιν ἦκουε λέγοντος αὐτοῦ μετὰ σαρκός· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· οὕτω καὶ προσκυνεῖσθαι φαμὲν αὐτὸν παρ' ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. πρὸς οὖν ταῦτα φαμὲν, ὡς πάνυ ἀπριβῶς ἐπίσκηψε τοῖς σὺν τῇ σαρκὶ προσκυνεῖν τὸν υἱὸν, καὶ τῷ αὐτῷ ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος παρὰ τὸν, σὺν, τοῦ μετὰ ὅπερ αὐτὸς ἔθηκεν, ὡς προείρηται, λέγων αὐτὸν μὴ σαρκὸς δεῖν προσκυνεῖσθαι, ἀπαγορεύων ὃ συμπροσκυνεῖσθαι τῇ θεότητι τὴν σάρκα.

A rari, ſicut & ipſe in primo tomo dicit. Nam quamuis ſemper vt Verbum cum Patre ſuo conſideat, & ex ipſo & in ipſo ſecundum naturam exiſtat, tamen audiebat etiam in carne exiſtens dicentem: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ita & adorari dicimus ipſum & à nobis ipſis, & à ſanctis Angelis. Proinde ad hæc dicimus, quòd ſcite admodum præcepit his, qui cum carne vnum & eumdem Filium adorare volunt, tamquam aliud quiddam ſit σὺν, quàm αὐτὸν, id quod & ipſe poſuit, ſicut prædictum eſt, dicens, ipſum cum carne adorandum, negans autem coadorandam cum diuinitate carnem. B

Pſal. 109. a.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Νουνεχεστέρους ἡμᾶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος δοκιμάζειν φάσκει, λέγων· ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει· νοῦς μὲν γὰρ ὁ ἀνθρώπινος ὑπὲρ φιλαυτίας ἔνθ' ὅτε, κἂν εἰ ἔξω φέροιτο τῆς ἀληθείας ὁδοῦ, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων διαστρέφοιτο ἔχοι τὸν κίνδυνον, τῶν ἰδίων ἐννοιῶν καθαιρεῖν τὰ ἀπηχῆ, ὀκνεῖ πως ἀεὶ, καὶ δεδιὸς ἑαυτὸν μὲν ἐπανορθώσασθαι, καὶ μάλα ῥᾳδίως, τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων πολυπραγμονήσας τρόπους· οἱ δὲ ἐπ' ὀρθότητί τε, καὶ ἀπεριβόλοις δογμάτων διαβεβηκόσι τὴν ἔχουσι πᾶσι παντὸς τοῦ ἀφημίου. ὅτι τοῦ οἰκείαν ὑπέχειν δοκιμασίᾳ πίστιν σπουδὴ δὲ ἅπασι τοῖς θρόνοις τοῦ Φρένας, τοῖς ἐκείνων ἐπαθεῖν δόξαις· ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς τε θεσπεσιότητος, καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως τὸν οἰκεῖον ἐμπλήσωσιν νοῦν, καὶ τῶν ὅλῃ τῇ πίστει λόγων ὀρθῶς τε, καὶ ἀμωμήτως ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὧν μάλα κατορθωκότες, φωστῆρες ἦσαν ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες καὶ τὸ γεγραμμένον. χαίρει φησὶν ὁ τῆς ἀϊδίου μνήμης πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁμόσκηνος Ἀθανάσιος ὧδε ὑπὲρ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ ἐν τῇ ὡδὲ τῆς σαρκώσεως· ὁμολογοῦμεν καὶ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸν καὶ πνεῦμα, υἱὸν ἀνθρώπου καὶ σάρκα· ἐκ δύο φύσεις τὸν ἕνα υἱὸν, μίαν προσκυνητὸν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει· καὶ δύο υἱοὺς, ἄλλον μὲν υἱὸν θεοῦ ἀληθινὸν, καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, καὶ χάριν δὴ υἱὸν θεοῦ γενόμενον, ὡς καὶ ἄνθρωπον· καὶ μετ' ἐπεκτάσεως πάλιν· ὁ γὰρ ἕνωσις ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας, υἱὸς θεοῦ φύσει, καὶ θεὸς ἀληθινὸς, καὶ ἐκ χάριτος, καὶ μετουσίας, καὶ σάρκα μόνην τὴν ἐκ Μαρίας ἀνθρωπος, καὶ δὴ πάλιν· εἰ δέ τις ἕτερα τούτοις ἐκ τῶν θείων γραφῶν διδάσκει, ἕτερον λέγων υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας, καὶ χάριν ὁμοιωθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱοὺς, ἕνα καὶ φύσιν υἱὸν θεὸν, τὸν ἐκ θεοῦ, καὶ ἕνα καὶ χάριν τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον· ἢ εἴ τις τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν σάρκα ἄνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας· ἢ τραπῆναι τὴν θεότητα εἰς σάρκα· ἢ συγχυθῆναι· ἢ ἀλλοιωθῆναι· ἢ παθητὴν τὴν τοῦ κυρίου θεότητα· ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν σάρκα, ὡς ἀνθρώπου, καὶ μὴ προσκυνητὴν, ὡς κυρίου, καὶ θεοῦ σάρκα· τοῦτον ἀνα-

Cyrilli defenſio.

Mente attentiſſima nos eſſe hortatur diuinus Paulus, dicens: Probate vos ipſos, num ſitis in fide. Nam mens humana licet nonnumquam propter amorem ſui à recta via egrediatur, & à veris dogmatibus diſcedat, ferme ſemper grauatur, & formidat ſuas cogitationes abſurditatis damnare. Sed tamen ſe ipſam facile corriget, ſi labores ſcrutata fuerit ſanctorum Patrum, qui ab omnibus de rectitudine & certitudine dogmatum celebrantur, tum ſuam recte fidem explorabit. C Omnes enim, quibus integrum cor eſt, illorum ſententias ſequi contendunt: quia & ipſi Apoſtolica & Euangelica traditione ſuam mentem quũ impleuiſſent, & ex ſacris ſcripturis ſermonem Fidei recte & citra reprehenſionẽ tractaſſent, mũdi fuere luminaria, ſermonẽ vitæ continentes, prout ſcriptũ eſt. Itaque ſcribit æternæ memoriæ pater noſter & Epiſcopus Athanaſius de noſtri omniũ ſaluatore Chriſto in libris de Incarnatione: Confitemur etiam eſſe illum Filium Dei, & Deũ ſecundum ſpiritum, Filium hominis ſecũdum carnem, non duas naturas vnum Filium; vnam quæ adoretur, & alteram quæ non adoretur; ſed vnam naturam Dei Verbi incarnatam & adorandam cum carne ſua vna adoratione: neque duos filios; aliũ quidem Filium Dei verum & adorandum; alium vero ex Maria hominem non adorandum, ſcilicet ſecũdum gratiam Filium Dei factum, ſicut & homines. Et poſt alia iterum: Igitur qui natus ex virgine Maria, natura Filius Dei eſt, & Deus verus, & non gratia & participatione, ſecundum carnem ſolam ex Maria homo; ſecundum ſpiritum autem, ipſe Filius Dei, & Deus. Et iterum: Si quis autem præter hæc ex diuinis ſcripturis docet, alium dicens Filium Dei, alium ex Maria ſecundum gratiam filium adoptatũ, ſicut nos, ita vt ſint duo filij, vnus ſecundũ naturam filius Dei, qui ex Deo; & vnus ſecundum gratiam, homo ex Maria: vel ſi quis Domini noſtri carnem ſuperne eſſe dicit, & non ex virgine Maria; vel conuerſam diuinitatem in carnem, aut confuſam, aut immutatam; vel paſſibilem Domini Deitatem; vel non adorandam Domini noſtri carnem vt hominis, & non adorandam vt Domini & Dei carnem; hunc

Philip. 2. c 10.

Athanaſius.

De hũ diuerſi modo apud Patres ſæpe vſitatum de Myſter. ſent. lib. 3. diſt. 3. & 5. Tho. 3. ſ. q. 3. ar. 2.

Νουνεχέστερον

ἐν τῷ τοῦ πατρὸς κόλπῳ ὄντα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκλάμψαντα, καὶ ἐν τῷ πατρὶ ὄντα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκλάμψαντα

κατὰ φύσιν

ἐν τῷ πατρὶ ὄντα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκλάμψαντα

πω, τὸν δυοῖν, ἢ καὶ ἐπὶ πλειόνων αὐτὸν, καὶ οὐχ ἑνὸς κατ' A
ἀνάγκην πιστεύειν φαμὲν τῇ δηλώσει· οἷον, εἰ λέγοι-
μεν τυχὸν, συντιμᾶσθαι τῷ ἰδίῳ σώματι τὸν τοῦ αὐ-
* ἴσως, πα- θρώπου ψυχικόν· ἔστι γάρ τις παρ' αὐτοῦ τιμὴ καὶ εἰς τὸν
ρά του ἕνα ἄνθρωπον, ὃς ἐστιν ἐξ ἀμφοῖν· ἤγουν, εἴ τις λέγοι
εἶναι ζῶον μὴ τοῦ ἰδίου σώματος, οὐχὶ πάντως εἰς
ἀνθρώπους δύο διαιρεῖ τὸν ἕνα· φαίνεται δὲ μᾶλλον
οὐκ ἠγνοηκὼς τὰ ἐξ ὧν ἐστιν, ἤτοι συνῳκῆσθαι φυσικῶς·
ὅταν δὲ ἔστω Πέτρος τις, καὶ Ἰωάννης συγχρηματί-
ζωσιν ἀνθρωποι, ἤγουν, ὅτι μετὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννης
ἀνέβαινεν εἰς τὸ ἱερὸν, οὐκέτι τὸ, οὐ, ἤγουν τὸ, μή, τὴν
ἑνὸς ποιεῖται δήλωσιν· οὐ γὰρ συνῳκῆσθαι Πέτρος Ἰωάν- B
νῃ· ἀλλ' οὐδὲ εἰς ἑνὸς ἀνθρώπου σύστασιν πλοῦτον ἀμ-
* συμβά- φότεροι. τί οὖν * συμφιζόντων τὴν ἀλήθειαν, διαιροῦν-
λουσι τες ἀμαθῶς εἰς δύο Χριστοὺς τὸν ἕνα; εἰ δὲ νομίζου-
σιν, ὅτι συνεδόξαν λέγοντες τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν μὴ σὺν
ἰδίου σώματος, δύο νοητῶς διεδικάμεν υἱοὺς, ἐρωτάτωσαν, εἰ μὴ ἕνα λέγοντες υἱὸν, μιᾷ συνεδόξαν τιμᾶσθαι
φαμὲν, καὶ οὐ δυσὶ μᾶλλον· ὡς μίαν μὲν, καὶ
ἰδικὴν συντετιμῆσθαι τῷ σώματι, ἑτέραν δὲ πάλιν,
καὶ ἰδικὴν τῷ λόγῳ. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀποδεῖξαι
τοῦτο· πῶς γάρ, ἢ πόθεν; ἕνα γὰρ ὄντα υἱὸν, μὴ τῆς ἰδίας C
σαρκὸς τὸν υἱὸν θεὸν τὸν ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν,
μιᾷ συνεδόξαν τῇ θεότητι τὸν πατέρα. Ἀλλ᾽ οὐκ ἀλλ᾽
βεβαιούμεθα. τὸ γὲ μὴν συνεσχισμένως λέγειν
* καὶ ἀλλή- ἄνθρωπον θεῷ, καὶ συγχρηματίζειν θεὸν, δύο τον πάν-
λοις των ὁμολογεῖν εἶναι τοὺς συνῳκισμένους, * ἢ καὶ ἀλλή-
λοις συγχρηματίζοντας. διήρηται δὲ λίαν, ἔκ τῶν εἰς
ὀρθότητα, καὶ ἀληθείαν ἐννοιῶν ἀλλότριος παντελῶς ὁ
τοιόσδε λόγος. γέγονε γοῦν ἀναθεματισμὸς καὶ τῶν
ἀλλοτρόπως διαιρούντων τὸν Ἐμμανουὴλ εἰς ἄνθρωπον
ἰδικῶς, καὶ θεὸν λόγον ἰδικῶς· ἕνα γὰρ ἡμῖν αὐτὸν ὁ τῶν
θείων εὐηγέρκει λόγος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων D
ἡ ἀκριβὴς γνῶσις.

Ἀναθεματισμὸς θ'.

Εἴ τις φησὶ, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν * δεδοξάσθαι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ * ἰδίᾳ αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δυνάσθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησὶ, δι' οὗ ἐνήργησε τὰς θεοσημείας, ἀνάθεμα ἔστω. E

Ἀντίῤῥησις τῶν ἀναστολίων.

Αὖθις καλὸν τὰ πάλαι αὐτοῦ εἰρημένα εἰς μέσον ἀγαγεῖν· ἴσως * πεπληρωμένου τοῦ αὐτοῦ ὑπομνῆσαι αὐτόν· εἰρηκὼς μόνον τὸν κύριον τὰ σημεῖα ἐν πνεύ-
* αὐτὸν πνεύματι μασι ποιεῖν ἀπεφήνατο· ἀλλὰ δὴ * αὐτὸν τὰ πεθεω-θέντα ζωοποιῆσαι πνεύματι· ἐν οἷς φησὶν ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ· εἰ γοῦν εἰ πέπονθε τὰ παθήματα σαρκικῶς καὶ τὰς χαρὰς, εἰ δὲ ἐζωοποιήθη πνεύματι. σκοπεῖν ὃ δεῖ τὸν ἑαυτοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐναντίωμα. ἐν μὲν τοῖς ἀναθεμα-τισμοῖς αὐτοῦ ἀπαγορεύοντος τὸν κύριον ἐν πνεύματι θεοῦ δαίμονας ἐκβάλλειν, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα ποιεῖν· καὶ

tur, tunc duo, vel etiam plura, & non vnum, ſecundum compoſitionem ſignificari dicimus. Exempli gratia, ſi forte dicamus, cohonorari animam hominis cum ſuo corpore, ſi quis honor certe fieret à quopiam erga vnum hominem, qui eſt ex vtriſque: vel ſi quis diceret, animam cum ſuo corpore eſſe vnum animal; nō propterea in duos homines vnum diuidit, videtur autem potius nō ignorare ea, ex quibus eſt, hoc eſt, compoſitum eſt naturaliter. Quando vero dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel etiam cum Petro & Ioannes aſcendit in templū; non iam οὐ, vel μή, id eſt cum, vnum quiddam ſignificat. Non enim Ioannes compoſitus eſt cum Petro, ſed neque ad vnius hominis cōſtitutionem vterque aliquid conferunt. Cur ergo veritati illudunt, diuidentes imperite vnum in duos Chriſtos? Si autē putant, quòd dicendo Filium cum proprio corpore conſidere Patri, duos intelligendos filios conceſſerimus; inquirant, an dicamus vnum Filium vnica conſidentia honoratum eſſe, & non duabus; ita vt vna & priuatim tributa ſit corpori, altera vero rurſum & priuatim Verbo. Verum hoc non poterunt oſtendere. Quomodo enim, vel vnde? Nam vnum & eumdem cum ſua carne Filium, eumdem Deum ſimul & hominem, vna conſidentia apud Patrem honeſtari affirmamus. Ceterum dicere hominem adorari cum Deo, & coappellari Deum, omnino eſt confiteri duos adorandos, vel etiam inter ſe coappellandos. Atqui valde fatuus, & à rectis & veris cogitationibus omnino alienus eſt eiuſmodi ſermo. Igitur factus eſt anathematiſmus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem ſeorſim, & Deum Verbum ſeorſim. Nobis enim vnum & eumdem Theologorum ſermo prædicauit, ſacrarumq. ſcripturarum inadulterata cognitio.

Anathematiſmus IX.

Si quis vnum Dominum IESVM Chriſtum à Spiritu clarificatum dixerit, propria virtute ipſius, tamquam aliena vtentem; ac vim & efficaciam ab eodem accepiſſe, qua contra immundos ſpiritus operaretur, & diuina inter homines miracula patraret, ac non potius ipſum Spiritum, per quem diuina ſigna edidit, illius proprium eſſe confeſſus fuerit; anathema ſit.

Orientalium oppoſitio.

Iterum operępretium fuerit ea quæ olim ab illo dicta ſunt, in medium adducere, & ſuorum dictorum fortaſſis oblitum admonere. Non enim ſolùm Dominum ſigna in Spiritu feciſſe pronuntiauit; ſed etiam ipſum mortuum, viuificatum eſſe Spiritu dixit primo tomo, his verbis: Igitur ſi non pertulit mori carnaliter ſecundum Scripturas, non item viuificatus eſt Spiritu.] Hic videre licet, quantum ſecum ipſe pugnet, quum in anathematiſmis ſuis negarit Dominum in Spiritu dæmones eijcere, & alia ſigna facere; & ſcriptam

ἐγκαλέιτωσαν, ὅτι μὴ πάντα ἴφλιν ἐναργῶς, σιωπήσας τὰς θεοσημείας· εἰ δὲ ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ ἐκβάλλεσθαι τὰ δαιμόνια, τρόπος αὖ εἴη, ἓ οὐκ ἀθαύμαστος, τῆς θεοσημείας, τί δή ποτε μεθέντες ὡς ἀκερδὲς τὸ ἐλέσθαι μᾶλλον δύσεμῶν, καὶ τὸ ζηλῶσαι λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἔοικεν παραιτούμενοι, τὸ τῆς καθ' ἡμῶν ἀθρησομίας πεπιμήκασι ῥῆμα; εἰ δὲ οὐκ ἐν μικρῷ πεποίηται λόγῳ τὸ οὕτω καταψεγμένον παρά τε θεῷ, καὶ ἀνθρώποις; ἐπιλελῆσθαι δέ μοι δοκοῦσι λέγοντος· πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· ἀδελφὲ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ; ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σοῦ, καὶ τότε ἐμβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. ὅτι μὲν γὰρ ὁμοούσιός τε ἐστὶν ἡ ἁγία τριὰς, ἰσοσθενής τε, καὶ ἰσουργὸς, οὐ μόγις ἂν τοῦτο παρ' ὑμῶν ἐγνώκαμεν λόγου· πεπληροφορήμεθα δὲ μᾶλλον ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. ὅπη δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τοῖς τὴν ὀρθῆς πίστεως ἀμαλυμανεῖσθαι λόγοις, ὑπόνηοι δὲ μᾶλλον ὁ προκείμενος ἀναθεματισμὸς, ἀπαλαίπωρον ἰδεῖν. τοὺς γάρ τι διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν· μεμίζοντάς τε αὖτον, ὡς ἤδη πολλαχοῦ εἰρήκαμεν, εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς θεὸν λόγον ἰδικῶς, ὡς δύο νοεῖσθαι πρόσωπά τε, καὶ ὑποστάσεις διαχωριζομένας ἀπ' ἀλλήλων, τοῦτο ὁρᾶν οὐκ ἐᾷ· οὔτε μὴν ἐφίησι λέγειν, ὡς ἕνα κοινὸν ἄνθρωπον, ἐνηργῆσθαι φαμὲν τοῦ πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ· πρὸς γὰρ τὸ δικαιοῦσθαι καταφρονοῦσι τὰς θεοσημείας· ἐπεὶ κατ' οὐδένα δοιοῖ τρόπον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἤγουν προφητῶν, οἱ διὰ τῆς αὐτῶν ἡμιθεότητος τῶν θείων χαρισμάτων ἀναπιμπλάμενοι, φαίεν ἂν ἐκτὸς Χριστοῦ εἶναι θεοῦ ἐσμὲν ὁ ἐσμέν. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἁγίοις αὐθράσιν, οἷς ἡ τῶν θεοῦ θεοῦ χαρισμάτων ἐμπρέπει δίψα νόμῃ, ἁρμόσθεν ἂν ἐκτὸς ἡ τριὰς Φωνὴ Χριστῷ δὲ οὐκέτι· ἴδιον γὰρ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ ἅγιον· καθάπερ ἐμέλει καὶ τοῦ θεοῦ, καὶ πατρός· ἐνεργεῖ δ' ὥσπερ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ πνεύματος, οὕτω καὶ αὐτός. καὶ γοῦν, καίτοι λέγων ἰουδαίοις· πολλὰ καλὰ ἔδειξα ὑμῖν ἔργα θεοῦ τοῦ πατρός μου· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ, ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. ἔφη δέ που πάλιν· εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, τοῦ διὰ τοῦ πατρὸς ἐνεργήσαι ἀναθεῖς ἑαυτῷ τι, καὶ τῷ πατρὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας. καὶ πολλοὺς ἂν ἔχοιτο, καὶ μακρὸς ὁ περὶ τούτων λόγος· ἀρκῶ, οἶμαι, καιροῦ τοῦ καθήκοντος τοῖς ἐθέλουσι κατορθοῦσθαι αὐτόν. ἐκεῖνο δὲ οὐ παραιτητέον, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ πνεύματος ἐνεργῆσθαι φαμὲν τὸν Ἐμμανουήλ· ἀσπιεχρῆσθαι δὲ μᾶλλον αὐτῇ θεικῶς· καὶ ἰδίαν ἔχειν τὴν τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος δύναμιν. οἱ μὲν γὰρ μακάριοι μαθηταὶ τὰ σημεῖα ποιοῦντες, ἔλεγον· ἄνδρες, τί ἡμῖν προσέχετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει, ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν τὸν τῇ ὡραίᾳ πύλῃ προσῖζήσαντα χωλόν; ἴδιον δὲ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα αὐτό. τοῖς γὰρ μὴ καταφρονεῖν ἐθέλουσι τὰ παρ' ἡμῶν, ἐκεῖνο φαμέν· εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἀπάδει τῆς αὐτῶν διανοίας τὸ μεμίζεσθαι τὸ ἀμέμικτον, καὶ ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, ἐνηργῆσθαι λέγειν διὰ τοῦ πνεύ-

adscribant, accusent quòd hoc non manifeste dixerim, diuinaq. signa silentio prætericrim. Si autem inter cetera eijcere dæmonia genus est diuinorum signorũ admiratione dignum, cur linguæ temperare tamquam rem inutilem contemnentes, & loqui veritatem tamquam rem putidam refugiẽtes, dicendi intemperantia aduersum nos vti maluerunt, & rem tantopere apud Deum & homines vituperatam, nihil interesse putauerunt? Sed videntur mihi esse obliti Christi, dicentis: Quomodo dices fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Nam quòd sancta Trinitas eiusdem sit substantiæ, eiusdem roboris & operationis, non per vestrum didicimus sermonem; sed sumus edocti potius ex sacra Scriptura. Quòd autem propositus anathematismus nullo modo rectæ Fidei sermonibus obsit, sed prosit potius; sine labore videre licet. Nam eos qui diuidunt vnum Dominum Iesvm Christum, & diuidunt ipsum, vt iam sepissime diximus, in hominem seorsim, & in Deum Verbũ seorsim, ita vt duæ intelligãtur personæ & subsistentiæ inter se disunctæ, hoc facere nõ sinit: neque permittit dicere, quòd tamquã vnus cõmunis homo Iesvs operandi facultatem acceperit à Spiritu sancto, vt possit scilicet diuina signa perficere; alioquin nullo modo differet à sanctis Apostolis vel Prophetis, qui per diuinam benignitatem diuinis impleti donis, merito dicere possunt: Ciratia Dei sumus, quod sumus. Sed sanctis quidem viris, in quibus donorum sancti Spiritus distributio præcellit, bene congruit hæc vox; Christo autem non item. Proprius enim est eius Spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est Dei Patris: operatur autem sicut Pater per Spiritum, ita & ipse. Itaque quamuis diceret Iudæis: Multa bona opera ostendi vobis à Patre meo. &: A me ipso non loquor: Pater autem in me manẽs, ipse facit opera; rursus tamen alicubi dicebat: Si autẽ ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia; operationem per Spiritum referens in se & Patrem, propter identitatem substantiæ. Et multus quidẽ ac prolixus esset de his rebus sermo: sed illum dilatare volentibus conuenienti tempore, vt puto, opus esset. Itaque non quasi aliena virtute per Spiritum operandi facultatem accepisse dicimus Emmanuelem, sed illa potius diuino more vsum, & propriam habuisse consubstantialis Spiritus virtutem. Nam beati quidem discipuli signa facientes, dicebant: Viri, quid nobis attenditis, quasi propria virtute aut pietate fecerimus ambulare portæ speciosæ assidentem claudum? Proprius autem Christi est Spiritus eius. Illis autem qui nostra cauillantur, hoc dicimus: si quidem non displicet illorum mentibus diuidi indiuisibilem, & dicere, sicut communem hominem operandi facultatem Iesvm accepisse

Matth. 7. 4.

1. Cor. 15. b. 10.

Ioan. 10. f. 32. Ioan. 14. b. 10. Matth. 12. c. 28.

Act. 3. b. 12

λαβόντα; καὶ πάλιν φησὶ καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. καὶ τίς πάλιν κατὰ τὸν ἱερωσύνην Μελχισεδὲκ ἀπέκαστα; ἆρα ὅσιον τὸν θεὸν Λόγον προσλαμβάνειν, ἢ τὸν ἐξ ἡμῶν ληφθέντα σάρκα, τὸν ἑνωθέντα ἀχωρίστως ἅμα, καὶ ἀσυγχύτως συνημμένον; καὶ πάλιν φησὶν ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις τε, καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων. ἆρα ὁ θεὸς λόγος δεήσεις, καὶ ἱκετηρίας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς πρὸς ἕνα δυνάμενον σώζειν αὐτὸν προσφέρων, ἐπακούσθη διὰ τὴν εὐλάβειαν, καὶ ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν; εἰ τοίνυν ὁ θεὸς λόγος ἀρχιερεύς, καὶ ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν αὐτὸς, καὶ ἐτελειώθη. ἀλλὰ μὴ ταραττέσθω ὑμῶν ἡ διάνοια πρὸς τὰ παθόντα ἀκούσαντες· καίτοι ὢν υἱός· οὐ γὰρ δύο υἱοὺς φαμὲν τὸν τε παθόντα, καὶ τὸν ἀπαθῆ μείναντα· οὐ γὰρ κεχωρισμένως, καὶ ἰδιαζόντως τῆς θεότητος ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ υἱὸς ὠνόμασται· ὡς ὅδε ἡ θεότης μετὰ τὴν ἕνωσιν αὖθις τῆς φαινομένης σαρκὸς υἱὸς προσαγορεύηται· τὸ γὰρ τῆς υἱότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑκατέρας τῆς φύσεως ἓν, οὐ κεχωρισμένας ἀλλήλων· οὐ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν χωρισμὸς ἐπῆλθε· μένει γὰρ ἀΐδιος ἡ ἕνωσις. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἡ θεότης ἀχώριστος, ἀπαθὴς μένουσα· καὶ τὰ θεοπρεπῆ δι' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἐπετέλει. ὅθεν ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν ὁμολογοῦμεν· ἀσυγχύτων τῶν φύσεων μενουσῶν· οὐκ ἄλλον, καὶ ἄλλον λέγοντες· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἕνα, καὶ τὸν αὐτόν. ἀρχιερέα οἶδα, καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγνῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ τὰς θείας γραφάς, ἀδεὲς ἂν εἴη ὁμολογήσαι· ἀκεχωρισμένον μέν τι ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς τοῦ θεοῦ πατρὸς λόγου· ὡς εἶναι τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ λωβώμενον ἀσυγχύτως, ἀφράστως, καὶ ἀχωρίστως τῷ ἐκ πατρὸς λόγῳ, ἀρχιερέα πεπειραμένον κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, καθόσον ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· προσκεκομικότα δηλ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν μόνων τὴν ἰδίαν σάρκα· οὐ γὰρ ἀμφιβόλως φήσομεν τὸν θεὸν λόγον ἀρχιερέα, καὶ προσκεκομικέναι ἑαυτὸν τῷ θεῷ, καὶ πατρί· οὐ γὰρ τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος θεὸς ὁ πατὴρ, ἀλλὰ πατήρ.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Ἐπὶ καιροῦ δὴ πάλιν εἰρήσεται πρὸς ἡμῶν τῆς δι' ἐναντίας· ἕως ποτὲ χωλαίνετε ἐπ' ἀμφοτέραις τοῖς ἰγνύαις ὑμῶν; χρὴ γὰρ ὑμᾶς ὑγιῆ, καὶ ἀρτίως ἔχοντα πρὸς ἅδηστον ἀκριβῆ τῆς δόξης τῶν δογμάτων ἔχειν τὸν νοῦν· οὐ τῆς διψυχίας χωλεύοντα, καὶ πολὺ νοσοῦντα τὸ ἄπταιστον, καὶ ὀρθὸν βαίνειν οὐκ ἀνεχόμενον· ἀκαπάστατος γὰρ ὁ δίψυχος ἐν πάσαις τοῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἄν τι λάβοι παρὰ τοῦ κυρίου. καὶ πάντα φημὶ, πεπαιμακὼς ἄγαν τοὺς δι' ἐναντίας ἀναίδην οὕτω καὶ παγάλως ἀπωλήσειν ἐθέλοντας τῷ προκειμένῳ καὶ νῦν ἀναθεματισμῷ· καὶ τὸ ἁπλοῦν ἰδεῖν, εἰ μὴ βούλοιντο τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ὁμολογεῖν σαρκὶ γεγονέναι ἄνθρωπον· οἱ γὰρ

A iterum ait: Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Et quis rursus comparatus est ipsi Melchisedec secundum sacerdotium? num ipsum Deum Verbum existimare fas est, an carnem ex nobis assumptam, ipsi inseparabiliter & inconfuse vnitam? Et iterum dicit: Qui in diebus carnis suæ, preces & supplicationes ad eum, qui possit saluare illum à morte, cum clamore valido & lacrymis ſofferens, exauditus est pro sua reuerentia.] Numquid Dei Verbum supplicationes & preces, & cum clamore valido ad aliquem, qui possit ipsum saluare, offerens, exauditum est pro reuerentia, & didicit ex his quæ passum est, obedientiam? Si igitur Deus Verbum est Pontifex, etiam didicit ex his quæ passus est ipse, & consummatus est. Verum ne turbetur mens vestra, audiens de eo qui passus est: Et quidem cum esset filius. Non enim duos filios ponimus, eum qui passus est, & qui mansit impassibilis. neque enim à Deitate seorsim sequestratus is qui est ex semine Dauid, filius nominatus est; vt neque Deitas post vnitionem, sine carne visibili Filius appellata est: nam filiatio post vnitionem vtrique naturæ vna est, cum à se mutuo non sint separatæ. Non enim post vnitionem separatio facta est: manet enim perpetuo vnitio. Quin & in passionibus carnis, Deitas erat inseparabilis, manens impassibilis; & quæ Deum decét, per carnem perficiebantur: vnde vnum & eumdē Filium confitemur, naturis inconfusis manentibus; non alium & alium dicentes; absit; sed vnū & eumdem. Itaque Pontificem & Apostolum confessionis nostræ IESVM Christum secundum diuinas scripturas factum esse, nullus non confitebitur; non tamen separatum seorsim hominem ex muliere à Dei Patris Verbo, ita vt quod ex semine Dauid vnitum est inconfuse, ineffabiliter, & inseparabiliter Verbo ex Patre genito, sit Pōtifex tentatus per omnia absque peccato, & edoctus ex his quæ passus est, obedientiam; qui obtulerit Deo & Patri non pro seipso, sed pro solis nobis suam carnem. Non enim imperite dicemus, Deū Verbum Pontificem, & obtulisse seipsum Deo & Patri: nam Vnigeniti Deitatis ipse Pater non est Deus, sed pater.

Cyrilli defensio.

Iterum aduersarijs opportune dicemus: Vsquequo claudicatis ambobus poplitibus vestris? Oportet enim vos habere sanam & integram ad cognoscenda rectæ Fidei dogmata mentem, non duplicitate animi claudicantem, valde imbecillem, & recte incedere non valentem: Nam duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis, & non accipiet aliquid à Domino. Idq. dico valde admirans, aduersarios tam impudenter ac temere propositum etiamnum anathematismum perstringere velle. Nec absurdum, quòd nolunt Dei Patris Verbum à nobis nominari Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, quando factū est homo.

ibid.
Psal. 109.
Hebr. 5. 7.
ibid.
3. Reg. 18. 21.
Iacob. 1. 8.

Sed dicis, decenter illum quidem in cælis habitare: sed hominem indignam ipso habitatione putas, non veritate rationum, sed sola passione, anticipataq. opinione rei naturam iudicans. Dic quæso, quid sublimius, cælum ne, an homo? Non mihi iam elementorum splendorem attendas; non propter coloris elegantiam rerum naturas præferas; non coruscantis Solis radios obstupescas; non te moueat, quòd ego, iuxta diuinum Iob, pelle & carne indutus sum: sed rationalis animæ excellentiam considera, hominis constitutionem contuere; ita hoc animal admirabere. Mentem habet, qua ceteris omnibus animantibus dominari ac imperare potest. Manus sortitus est mentis intelligentiæ administras, quibus tamquam instrumentis omne artificij genus operatur. Solum hoc animal inter cetera omnia à coactione liberum conditum est: solum hominem suæ voluntatis dominum creauit Deus. Nonne cernis solem naturali quadam necessitate adactum volui? nonne constantem, semperq. sibi similem illius conuersionem aduertis? Cur autem hoc? Quia suæ voluntatis non habet arbitrium: tu vero procedis liber, facis quod lubet; necessitatem quæ te per vim impellat, nullam pateris; animo constitutus es libero. Sol famulatur necessitati; homo voluntatem sortitus est liberam. Quis ergo, dic mihi, præstantior est, seruus, an liber? necessitatis iugo subiectus, an ab omni necessitate immunis? Nihil igitur mirum, nihil incredibile ac nouum, si in homine habitauit Deus, quem ad suam imaginẽ formatum benigne complexus est. Suum namque erga hominem consilium in ipso statim creaturæ primordio declarauit:
Genes. 1. puluerem quidem ex terra sumens formauit eum, & simulacrum suæ diuinitatis effecit. Sed cur, quem tanto ornatu decoraturus erat, ex tam vili substantia formauit? Cur non ex Solis splendore materiam sumens, ipsum hominem condidit; sed ex terra, terræq. puluere, elemento vtique infimo, omniumq. pedibus conculcato, illum effinxit? Vis scire, quam ob causam? Quoniam hominem sua imagine honoraturus erat, ipsum ex vili natura formauit, ne forte honoris excellentia eleuaret hominem in superbiam: vt cum super naturam eum honoraret, abiectæ naturæ suæ memoria à fastu compesceretur; simulq. agnosceret, honoris amplitudinem non sui meriti esse, sed largitoris gratiæ. Pertinuit itaque & hoc quoque ad creatoris benignitatem, vt ipsa imago Dei ex terra haberet naturæ originem. Naturam enim illam pro moderati animi pignore habebat. Est ergo nobile animal homo; licet passionibus postea subeuntibus, magna ignominia sit affectus. Non enim

γὰρ αὐτὸν ἴδῃς προσκεκρουκότα, ἀλλὰ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τῆς εἰκόνος τοῦ θεοῦ τὴν ἀξίωσιν λόγισαι. τί οὖν ἐξουθενίζεις τὸν ἐκπεσόντα, τῆς πρώτης αὐτοῦ καταστολῆς ἀπηλεημένον, καὶ τὴν τιμὴν τὴν ἀρχαίαν οὐ λογιζόμενος, ὃν αὖτις πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας ἀποδέδωκεν ὁ θεὸς, ἐνώσας ἑαυτῷ τὴν ἰδίαν εἰκόνα; οὐδὲν οὖν ἀπᾴδον τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας ἐφάνη. οὐδὲ γὰρ ἐφύβρισεν ἀγαθῷ δεσπότῃ, κοινωνήσας δούλῳ τῶν δουλικῶν εἰς ὠφέλειαν οἰκέτου. οὐ γὰρ ὑβρίζεται τούτοις ὁ ἀγαθός· ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ, λέγε τῶν τοιούτων γνωρίζεται. καὶ μὴ θαυμάσῃς τοῦ πράγματος· καὶ γὰρ νῦν, ἐὰν σαυτὸν οἶκον κατασκευάσῃς θεοῦ, καὶ ἐν σοὶ κατοικεῖ, εἰ δὲ μὴ οὕτως, ὡς ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν Χριστῷ γὰρ κατῴκει πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. ἀλλ' ὦ τοῦ θαύματος· πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν ἑνὶ σωματικῶς κατοικεῖ, καὶ πάντα πληροῖ, καὶ ὑπερέχει τὴν κτίσιν, ὅλος ὢν ἐν ἑνὶ, καὶ τῶν κτισμάτων οὐδενὸς χωριζόμενος. καὶ μὴ δή σοι τὸ εἰρημένον φαινέσθω ἀδύνατον· καὶ γὰρ κἀγὼ νῦν προφέρομαι λόγον· ὅτος ὁ λόγος ἐστὶν ἐν ἑνὶ, καὶ ἐν πᾶσιν ὁ λόγος γέγονε· καὶ ὅλον τὸν λόγον ἐχώρησεν ἕις, καὶ ὑπὸ πληθους ὁ λόγος οὐ περιγράφεται. εἰ γοῦν τὸ πρᾶγμα γενόμενον, καὶ θεραπεύοντα, καὶ ἐν ἑνὶ ὅλον οἰκεῖ, καὶ ἐν πᾶσι γίνεται, τί θαυμαστὸν σοι φαίνεται, εἰ θεὸς καὶ ὅλος ἐν ἀέρι ὤκησε, καὶ ἐν πᾶσιν ἀφίσκεται; ὑπὸ θεοῦ τοίνυν τῆς * νῦν πανηγύρεως, τὸν θεὸν γενέσθαι ἀνθρωπον, ἐλόμενον τὰ ἀνθρώπινα, ἵνα δῷ τὰ θεῖα· καὶ οἰκειωσάμενον τὰ πάθη, ἵνα χαρίσηται τὰ ἀπαθῆ· ὑπομεῖναι θάνατον, ἵνα τὴν ἀθανασίαν δωρήσηται· καὶ ἴδια τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκτήσατο πάθη, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλλόμενος, τῇ δὲ γνώμῃ τοῦτο οἰκειούμενος· καὶ λίαν εἰκότως ταῦτα ποιεῖ, τὸν ἄνθρωπον σῶσαι βουλόμενος. διὰ ποίαν οὖν αἰτίαν ἴδια τὰ πάθη τὰ τῶν ἀνθρώπων πεποίηται; ἐπειδὴ ἐβούλετο * πάθος πάθει ἀναιρεῖν, καὶ θανάτῳ καταργῆσαι θάνατον. ὃ διὰ τῶν ὁμοιοπαθῶν τὰ ὁμοιοπαθῆ καταπαλαῖσαι ἠθέλησεν. οἰκειοῦται τὸν σταυρὸν, ἰδιοποιεῖται τὸ ῥάπισμα, τὸν δεσμὸν ἑαυτοῦ πεποίηται· ἵνα θεοῦ γενόμενα τὰ πάθη, καὶ παθῶν ἐξουσίαν λάβωσιν. οὔτε γὰρ φύσις θεοῦ ἠδίκηται· οὔτε γὰρ μεταβολῇ ἰδίᾳ τὰ πάθη ἐδέξατο· καὶ τὴν ἰσχὺν θεοῦ τὰ πάθη καὶ τὸ ὁμοιοπαθῶν λαμβάνει. λοιπὸν γὰρ ὁ θάνατος, ὡς θεοῦ γενόμενος, καταργεῖ τὸν θάνατον· καὶ ἀποθανὼν, λύει τὴν τυραννίδα τοῦ θανάτου· ἐπειδὴ καὶ θεὸς, καὶ ἄνθρωπος ἦν. οὐ γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν οἱ ἰουδαῖοι, οὐδὲ τὴν ὁρωμένην μόνην καθήλωσαν φύσιν. ἀλλεῖς τὸν ἐν αὐτῇ θεὸν ἦλασαν τοῖς ἥλοις, τῆς ὁρωμένης φύσεως οἰκειωσαμένου τὰ πάθη. καὶ ἵνα σοι καὶ τοῦτο γένηται σαφὲς, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ῥηθὲν ὑπόδειγμα τὸν λόγον ἀναγωμεν. κεῖσθω γὰρ βασιλέα φθέγγεσθαι λόγον· καὶ τοῦτον ἐντυποῦσθαι διὰ γραμμάτων χάρτῃ τινὶ, τῷ λεγομένῳ εἶναι ἐξαποστέλλειν τῆς πόλεσι, λόγον

enim illum ſpectes poſteaquam offendit; ſed illam diuinæ imaginis nobilitatem ante legis tranſgreſſionem æſtimes velim. Cur ergo [a] eiectum contemnis, primæ conditionis illius oblitus; honorémq. quo initio cumulatus fuerat, nullius eſſe pretij ratus, quem illi Deus, cum ſibi propriam imaginem vniſſet, munificentiſſime denuo reſtituit? Nihil proinde ab illius benignitate alienum admiſſum eſt. Neque enim turpe eſt bono domino, ſi in ſerui vtilitatem in quibuſdam ſeruilibus cum ſeruo communicet: ſiquidem qui bonus eſt, huiuſmodi rebus nulla iniuria violatur; ſed qualis nam ſit, per talia deprehenditur. Nec eſt quòd hac de cauſa mireris. Si enim dignũ Deo habitaculũ nunc teipſum conſtitueris, in te quoque habitabit, etiamſi non ad eum modum, quo in Chriſto. In Chriſto enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed ò miraculum. Omnis plenitudo diuinitatis in vno habitat corporaliter, & tamen omnia implet, & vniuerſam excedit creaturam: totus exiſtit in vno, & à nulla creatura ſeparatur. Nec quod hic dicitur, tibi impoſſibile videatur. Etenim ego quoque verbum nunc profero, & hoc ipſum verbum totum eſt in vno, & totum rurſum in omnibus factum eſt: & totum hoc verbum hauſit vnus; neque à multitudine ita circumſcribitur, [quin ſinguli hauriant totum.] Si itaque res ortui occaſuiq. obnoxia, tota exiſtit in vno, & tota comperitur in omnibus; quid mirum tibi videtur, ſi Deus & totus in cælo erat, & totus inuenitur in omnibus?

Hodiernæ itaque ſolemnitatis cauſa & fundamentum eſt, Deum hominem factum ſuſcepiſſe humana, vt tribuat diuina: & proprias ſibi feciſſe paſſiones, vt nobis impatibilitatem donet: mortem ſubijſſe, vt immortalitatem nobis largiatur. Et licet humanæ naturæ incommoda vt propria ſuſcepit; propriam tamen naturam non demutauit; ſed voluntarie id tamquam ſuum ſibi vindicauit: & id quidem admodum appoſite fecit, poſteaquam hominem ſaluare propoſuerat. Sed quam ob cauſam humanæ naturæ paſſiones ſibi proprias fecit? Quia paſſiones per paſſionem adimere, mortemq. morte abolere, ac ſimilia ſimilibus voluit debellare. In ſe ſuſcepit crucem, ſuam fecit alapam, vincula ſua fecit, vt Dei propriæ effectæ paſſiones, aduerſus paſſiones acciperent poteſtatem. Neque enim Dei natura læſa eſt, nec per ſui mutationem paſſiones in ſe ſuſcepit; ſed fortitudinem illis diuinam contra eiuſmodi paſſiones tribuit. Mors namque veluti ipſius Dei facta mortem deſtruit: & moriens ille, mortis tyrannidem ſoluit, quoniam ſimul Deus & homo erat. Neque enim purum hominem crucifixerunt Iudæi; neque eam ſolam naturam, quæ cernebatur, transfixerunt; ſed in ipſum Deum, qui vnitæ naturæ perpeſſiones ſibi appropriabat, impij temerarijq. extiterunt. Vt autem & hoc ipſum quoque tibi perſpicuum euadat, ad exemplum in exordio propoſitum orationem rurſus reducamus. Fingamus itaque, Regem quempiam ſermonem depromere, qui libertatis, vel aliorum regalium munerum quibus oportet impertiendorum, decretum

[a] lapſum

Ecclesiæ, vel Monasterii, vel Hospitalis, vel Capellæ, vel Cimiterii, vel Domus, vel Curiæ, vel Grangiæ, vel Molendini, vel Furni, vel Vivarii, vel Piscariæ, vel Stagni, vel Vineæ, vel Terræ, vel Prati, vel Pascui, vel Nemoris, vel Pratariæ, vel Pasturæ, vel Decimæ, vel Pensionis, vel Portionis, vel Jurisdictionis, vel Pertinentiarum, vel Jurium, vel Bonorum, vel Possessionum, vel Quasi-possessionum, vel Aliorum quorumcunque Bonorum, quæ Ecclesia, vel Monasterium, vel Hospitale, vel Capella, vel Cimiterium, vel Domus, vel Curia, vel Grangia, vel Molendinum, vel Furnus, vel Vivarium, vel Piscaria, vel Stagnum, vel Vinea, vel Terra, vel Pratum, vel Pascuum, vel Nemus, vel Prataria, vel Pastura, vel Decima, vel Pensio, vel Portio, vel Jurisdictio, vel Pertinentiæ, vel Jura, vel Bona, vel Possessiones, vel Quasi-possessiones, vel Alia quæcunque Bona

προθώμεθα· εἰς ἀπόλειαν κατέβη Ἰησοῦς, οὐ μειωθεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν χάριν δωρούμενος. ἔμεινεν ὁ ἦν, προσέλαβεν ὁ οὐκ ἦν. ἔμεινε Θεὸς διὰ τὴν ἰδιαν θεοῦ φύσιν· γέγονεν ὅπερ οὐ, διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν. μὴ οὖν τὸ εἶδος τῆς ἀπιμελείας ὕβριν νομίσῃς· μὴ ἐνυβρίσῃς τῷ ἰατρῷ, εἰ ἐν ἀπιμελείᾳ σώματος τὴν ὑγίειαν εἰργάσατο. οὐ γὰρ ὕβρις ἐστὶν ἡ ἀπιμέλεια, ἀλλὰ δεῖγμα φιλανθρωπίας. κατέβη πρὸς σε, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω, ἀλλ' ἵνα σε πρὸς ἑαυτὸν ἀναγάγῃ. μὴ δείσῃς τὴν καταβασιν, ἵνα μὴ ἀποστέρησις τὴν *ἀνάβασιν. δέξαι τὴν ὕβριν, τὴν σὴν δόξαν χαρήσεται. οὐχ ὕβρισται φύσις, ἀλλ' ἡ χάρις δωρεῖται σοι τὰ ἀγαθά. διὰ σὲ τὸν ὑβρισμένον οἰκέτην ὁ δεσπότης ὑβρίζεται. τὰ σὰ ἀνείληφεν, ἐπειδὴ σὺ τὰ ἐκείνα κατέλιπες· ἀποδράσαμεν ἡμεῖς ἀγαθοῦ δεσπότου· σὺν λυσιγκαμεν τῷ φιλῷ τοῦ δεσπότου δεδομένῳ χάριν· πρὸς χρείαν τῆς ἀπολλαυσιν ἣ παραδείσου ἐλάβομεν· τὸν νόμον παρετρώσαμεν· τὸν νομοθέτην παρέβημεν· τῷ ἐχθρῷ ἐπείθημεν· *ἐξεπέσαμεν τῆς τιμῆς· εἰς τὸν πρέσβυτον τόπον ἔπεσεν ὁ δραπέτης διηλθε· σὺν *ἀνέδυσε πρὸς τὸν δεσπότην· ἡ ἡδονὴ κάτω κατῆχε τὸν Φυγάδα· ἡ ἁμαρτία *δεσμώτην ἔχε τὸν δραπέτην· ἀπέγνω τῆς ἡμῶν Δεσποίνης, ὡς ἀδυναμίᾳ αἰσχυνθεὶς πρὸς τὸν θεόν. τί οὖν; ἡ ἐμὴ βραδύτης ζημιώσῃ θεὸν τὸ κάλλιστον κτῆμα τὸν ἄνθρωπον; ἀλλὰ σὺν λυσέχθη *τούτων ὁ τῶν ὅλων θεός. ἔδει γὰρ ἔδει, φθόνον κερδᾶναι δεσποτικῆς χάριτος· οὐδὲ τὸν τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἔδει νικᾶσθαι ὑπὸ τῆς διαβολῆς τοῦ Διαβόλου. τί οὖν ὁ δεσπότης ποιεῖ; πρόσεισι πρὸς τὸν δραπέτην. ὁ γὰρ δοῦλος πρὸς ἐκεῖνον ἰέναι σὺκ ἠδύνατο, πρόσεισι πρὸς τὸν οἰκέτην, σὺκ ἐν ἀξιώματι δεσποτικῷ· σὺκ ἀγγέλων δορυφορίαν προπαιδεύων· σὺκ ἀρχαγγέλων κινῶν τὰς φάλαγγας· οὐ πῦρ κινῶν· οὐ στοιχεῖα συνεῤῥοῦν· τοῦτο γὰρ ἐῶ Φυγάδα ποιῆσαι τὸν δραπέτην· ἀλλὰ παραγίνεται, ἀγρεῦσαι τὸν Φυγάδα βουλόμενος, κατασχεῖν τὸ ἴδιον κτῆμα θέλων· ἃ συμβαῖ τῷ φαινομένῳ, ἀλλὰ πρὸς ὁμιλίαν ἐκκαλεῖται τῇ ἀπλείᾳ τοῦ προσώπου· γίνεται συνδοῦλος, ἵνα *ἀναδεχθῇ δεσπότης. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγε· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν ἐπαῴδῃς λέγω. εἰπέ, τίνα ἡ μήτηρ ἔθετο τῇ προσηγορίᾳ τῷ βρέφει; καλέσεις γὰρ, φησι, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. ποῦ ὁ διαιρῶν τὸν Χριστόν; ποῦ ὁ τὸ μυστήριον ἡμῶν ὁμωνυμίαν ἐργασάμενος; καὶ Χριστὸν μὲν ἕνα λέγων, δύο δὲ ὑποπτεύμενος· τὸν μὲν δοῦλον, τὸν δὲ δεσπότην· τὸν μὲν πάσχοντα, τὸν δὲ μὴ πάσχοντα; τίς ἡ ὄνησις τῆς μιᾶς προσηγορίας, δύο κειμένων πραγμάτων; τοῦτο φρονείσθω ἐν ἡμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν λέγω τοῦτον τὸν ὁρώμενον, ὃν οὕτως ἐκάλεσεν ἡ παρθένος. τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τί γὰρ ἐφρονήσαμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν

litatem Deus sese demisit, nullam secundum propriam naturam perpessus diminutionem, sed hanc nobis gratiam faciens. Hoc quod erat permanens, assumpsit quod non erat. Deus esse non desitit propter propriam naturam: quod autem tu es, id factus est ille ob suam in te benignitatem. Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas; neque improperes medico, si incorporis humilitate constitutus, tuam operatus est sanitatem. Non est illa humilitas probri loco; sed certum humanitatis argumentum. Descendit ad te, non vt in inferioribus perpetuo hæreat, sed vt te ad seipsum subuehat. Ne ergo inficieris descensum, vt non amittas ascensum: amplectere contumeliam, quę tuam peperit gloriam. Diuinitatis natura nullam ignominiam est perpessa; gratia autem tibi contulit beneficia. Propter te seruum ignominiam promeritum, ignominia afficitur Dominus. Quæ tua sunt ille assumpsit, quoniam tu quæ illius erant, deseruerat. Nos à pio Domino aufugimus, gratiamq. ab eodem oblatam non tulimus. Ad vlum delicias paradisi acceperamus; sed legem violantes, necnon in legislatorem præuaricantes, & hosti morem gerentes, ex honore excidimus. Interrestri hoc loco degebat ille fugitiuus, neque oculos ad Dominum subleuabat, voluptatis sensus deorsum mersum tenebat, ipsa vis peccati vinctum habebat fugitiuum; desperabat posse fieri, vt humana mens Deum suspiceret. Quid ergo? Numquid mea tarditas Deum pulcherrimæ huius possessionis, quæ homo est, iactura afficiet? Absit. nequaquam enim id vniuersorum Deus est passus. Nefas enim erat, vt inuidia gratiam Domini superaret: sed neque decebat, vt Dei donum insidijs diaboli quasi deuictum cederet. Quid igitur Dominus facit? Venit ad fugitiuum. seruus enim ad ipsum venire non poterat. Accedit ad seruum non maiestate herili, non Angelorum satellitia præmittens, non Archangelorum phalangas ciens, non igneos globos vibrans, non elementa concutiens; (hoc enim erat, facere vt fugitiuus Dominum aduenientem fugitaret,) sed ita accedit, vt fugitiuũ capiat, propriamq. possessionem recuperet. Non enim per visibilem speciem illum abigit; sed personæ humilitate ad familiaritatem & amicitiam prouocat; efficitur conseruus, vt dominus declareris. Propter hoc enim magnus ille Apostolus dicit: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo IESV. IESVM hic vocat. Dic quæso, quale nomen mater infanti indidit? Vocabis, inquit, nomen eius IESVM. Vbi est ergo qui Christum diuidit? vbi qui nostrum hoc mysterium ad homonymiam redegit? vtpote vnum Christum nominans, re ipsa autem duos ponens; alterum seruum, alterum dominum; alterum patibilem, alterum impatibilem. Quid proficit vna appellatio, vbi duæ res ponuntur? Hoc, inquit, sentite in vobis, quod & in Christo IESV. IESVM enim nominat qui cernebatur, cui Virgo id nominis imposuerat. Hoc quiuis in se sentiat, quod est in Christo IESV. Quid ergo in Christo IESV sensimus? Nempe quòd cum in forma Dei esset, non

Philip. 2. b.

Luc. 1. v. 31.

Philip. 2. b

Ibid.

μωπάτω, καὶ ὑπερφυᾶ δυώαμίν τι, καὶ ἐξουσίαν. καὶ A non potuisset, nisi quadam lenitate ac mansuetudine temperata fuisset. Quare beatus propheta Dauid pro se aliisq. omnibus in terra degentibus preces fundens, modo ait: Memento Domine quoniam puluis sumus; modo rursum: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Quin optimus quoque Iob à diabolo tentatus, cum in acerbissimis atque sæuissimis ærumnis teneretur, ad Deum clamabat: Quare, ait, non fecisti obliuionem iniquitatis meæ, & expiationem peccati mei? Obsignasti enim iniquitates meas veluti in sacculo, & notasti si quid etiam inuitus prævaricatus sum. Sed statim, opinor, dicet hic quispiam: Quid igitur, ò generosissime athletarum? Tu ne id crimini Deo vertis, quòd eius qui deliquit, non miseretur? Tu ne ob id statim legislatorem insimulas, quòd peccata non obliuiscitur? Næ, inquit ille. Qui enim natura sua misericors est, neque vulgarem inde gloriam obtinet, cur non etiam mihi talem se præbet? Si enim fieri potest, vt humana mens nullo pacto prolabatur, exactissime in illum iudex inquirat, obsignet iniquitates velut in sacculo, deneget obliuionem ijs qui ipsum vel inopinato interdum offenderunt. Si vero in multis offendimus omnes, omniq. vacare culpa in ipsum solum conuenit, delicta eorum libens obliuiscatur, qui imbecilles esse solent. Decet itaque excellentes præstantesq. naturas, vt sereno placidoq. sint animo. Hæc autem lenitas animiq. serenitas singulari modo adest diuinæ supremæq. illi naturæ, & ad illius exemplum, etiam vestræ maiestati, Christi amantissimi Imperatores. Siquidem cælestis illius regni quoddam simulacrum, & hominibus exemplum propositum vos estis, & quidem soli, in omnes imperium sortiri, vt timore ac mansuetudine subditos vestros conseruetis, & veluti illustrem quamdam pacatamq. serenitatem per vniuersum orbem diffundatis. Quare & ego quoque impulsus sum, vt læsam vestram pietatem conuenienti defensione placarem. Quod vero mihi id efficere cupienti in primis vtile & necessarium futurum erat omitto, & quidem inuitus, propter obseruantiam quæ vestræ maiestati iure ab omnibus debetur. Etenim si me non eius temeritatis, aut væsaniæ fuisse dixero, vel non ita omnis decori oblitum pronuntiauero, vt aliquid deliquerim, & hoc aduersum vos, forte haud impune id dixero. Metuo enim, nec iniuria, sententiæ vestræ aduersari, ne aliquid eiusmodi mihi eueniat, quod Israëli accidit. Qui cum haud prorsus ita innocens esset, vt non aliquando deliqueret, (In multis namque offendimus omnes, & humana natura hoc veluti morbo laborat, vt facile labatur,) tamquã diligens Legis custos nullo pacto Deum se offendisse aliquando persuasum habebat. Verum hunc mox sibi dicentem audiuit: Ecce ego iudicio tecum contendam, eo quòd dicis, Non peccaui. Satius itaque consultiusq. est potentibus cedere, & offensionis veniam petere. Habet enim hoc, sicuti dixi, vestra maiestas ex diuina imitatione, vt offensarum obliuiscatur.

Psal.102. c.14. Psal.129.

Iob.7.d.21

Iob.14.d.17.

Iacob.3.c.2.

Hiere.3.e.1.

ἀπορρίπτους

καὶ εἴ τι

ὅτι πεπλημμελήκαμεν; αὐτὸς

παρολισθῆσαι

ἀνομίας

εἰς ἅπαν τὸ ἀμώμητον

ὑπερέχεις τὸ γαλήνιόν τι, καὶ ἥμερον φρόνημα. ᾧ δὴ καὶ τοῦτο κῆ τρόπον μὲν τὸν ἐξαίρετον τῇ θείᾳ τε, καὶ ὑπερτάτῳ φύσει, κῆ μίμησιν δὲ ἐπὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, φιλοχριστοι βασιλεῖς· ὅτι τῆς ἐν οὐρανοῖς βασιλείας ἔκτυπωμα ὥσπερ τι, καὶ μίμημα τοῖς ὑπὸ τῆς γῆς ὑμεῖς δὴ, καὶ μόνοι, τὸ κῆ πάντων λαχόντες κράτος, φόβῳ τε, καὶ ἡμερότητι σώζοντες τὸ ὑπήκοον, καὶ οἷον τινα λαμπρὰν τε, καὶ εἰρηνικὴν δίαιταν, τοῖς ἅπασιν ἀπλουστέρως ὑπ' οὐρανόν. πρώτῃ τοι κἀγὼ παρωρμήθην ἀναγκαίως ὅτι γε τὸ δεῖν τῆς καθηκούσης ἀπολογίας λελυπημένην ὑμῶν θεραπεῦσαι τὴν εὐσέβειαν. ὃ δὲ ἐμοὶ μέλιστα, τοῦτο ὀφὰν ἐλομένῳ μᾶλλόν τοῦτο ὀφᾶν, χρήσιμόν τι, καὶ ἀναγκαῖον, πεπεῖσμαι, καὶ οὐκ εἰκῇ, ᾧ δὴ τὸ τῷ ὑμετέρῳ κράτει πᾶσι πάντων ὀφειλόμενον σέβας. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὡς οὐ γέγονά τις οὕτω θρασὺς, ἢ ὀλιγωρῶν, ἢ καὶ σφόδρα τοῦ πρέποντος κατημελημένως, ὡς πλημμελῆσαί μέ τι, καὶ τοὺς εἰς ὑμᾶς, οὐκ αἰζήμιον, ἐὰν ὅτι. δεινὰ γὰρ, καὶ μάλα εἰκότως, τὰ παρ' ὑμῶν ἀνθρώποις ἀνεγείρειν ψήφους· ἵνα μή τι πάθοιμι τοιοῦτον, οἵπερ τι φασὶ πεπονθέναι τὸν Ἰσραήλ. ὃς γὰρ εἰς ἅπαν ἀπηλλαγμένος ἐὰν ὅτι πλημμελεῖν· πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, καὶ δοκεῖ τὸ δύσληπτον ἡ ἀνθρώπου φύσις, ὡς ἀκεραίως νομοφύλαξ, ὥστε πάσχα που κῆ μηδένα τρόπον πρόσκρουσαι θεῷ· ἀλλ' ἤκουε λέγοντος αὐτοῦ· ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρός σε ἐν τῷ λέγειν σε· οὐχ ἥμαρτον. ἄμεινον οὖν ἄρα, καὶ σοφὸν τὸ τοῖς κρατοῦσι προσκεχωρεῖν, καὶ τὴν ἰφοις λελύπηκε συγγνώμην αἰτεῖν. πρόσεστι γὰρ, ὡς ἔφην, κῆ μίμησιν, τὸ ὡς πρὸς θεὸν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει

B

C

D

E

Ibid.

Scripſi itaque tum veſtræ pietati, tum inclytis quoque Reginis, recte admodum id faciens, non vt diſſenſionem, aut perturbationem aliquam ſacratiſſimæ veſtræ aulæ cierē: abſit. non enim ita excors, mentisq. inops ſum: ſed non ignarus, illos qui ad hoc ordinati ſunt vt ſanctiſſimo Deo ſacrificent, ſobrios vigilantesq. eſſe debere, & illud quoque diſpicere, quod illi probetur, idq. non negligēter facere, veritos ſi in ea functione aliquatenus ſocordes extiterint, certam ſibi perniciem impendere. Oportet enim vt eos in fide cōfirmemus, qui iam in Dominū noſtrum IESVM Chriſtū. crediderunt, quos ſanguine ſuo acquiſiuit, ſincerosq. adoratores effecit, ac genus electum, regale ſacerdotium, gētem ſanctam, populumq. acquiſitionis vocauit; vt virtutes eius annuntient, qui omnes [è tenebris] vocauit in admirabile lumen ſuum. Itaque vbi de his præcipit, quæ ad eos pertinēt qui in ſacerdotum ordinem cooptati ſunt, ad Ezechielem prophetam ita loquitur: Fili hominis, loquere filijs populi tui, & dic ad eos: Terra, ſupra quam induxero gladium, & tulerit populus terræ hominem vnum de ſuis, & dederit eum in ſpeculatorem; & viderit gladium ſuper terram venientem, & cecinerit tuba, ac ſignificauerit populo meo; is autem qui tubæ vocem audierit, ſe non cuſtodiuerit, & ideo gladius veniens ipſum comprehēderit; ſanguis ipſius in caput eius erit, eo quòd cum tubæ vocem audiſſet, ſibi non cauerit: & alter quia cuſtodiuit ſe, animam ſuam eripuit. Si vero ſpeculator viderit venientem gladium, & tuba non ſignificauerit, nec populus ſe cuſtodiuerit, veneritq. gladius, & animam ex ipſis abripuerit; ipſa quidem propter ſuam iniquitatem capta eſt; ſanguinem tamen eius de manu ſpeculatoris requiram. Operæpretium autem erit horum verborum vim non indiſcuſſam præterire. Non enim mediocriter iuuabit, ſi eorum abdita intelligentia in apertū latius proferetur. Cū ergo barbarica aliqua irruptio expectatur, ciuitatis præſides, curamq. illius gerentes, in ſpeculis aut editioribus turribus quoſdam collocāt, qui directo in agrum proſpectu indeſinenter oculos hac illac circumferant, peruigili ſtudio ne quis hoſtium irrumpat obſeruantes. Quòd ſi hoſtiles inſidias tempeſtiue ciuitati denuntiauerint, digni cenſentur haud mediocri honore. Si vero per illorum deſidiam ciuitatem capi, hoſtileve quid pati contigerit, ipſi pœnas capitibus ſuis luent, vltimaq. ſupplicia expendent. Ad eumdem fere modum vnuſquiſque ſacerdotum, (quandoquidem ſpeculator à Domino conſtitutus eſt) ſi quidem populis curæ ſuæ commiſſis malum quod lædere ſolet, annuntiauerit, coronam hac vigilantia ſibi conciliabit. Quòd ſi tacuerit, incidet in mala quæ per iram Dei irrogari ſolent, quippe cum ſuo ſilentio haud mediocri damno affecerit eos, quos vocibus ſuis ad rectam viam dirigendos acceperat. Suſceptum itaque erat bellum non aduerſus aliquem vulgarem, nobisve ſimilem hominem, ſed aduerſus omnium no-

2. Petr. 2. b. 9.

Ezech. 33 a.

κρείνει τὸ ἀμφισβήτημα. γέγραφα τοίνυν τῇ σῇ ὑμῶν εὐσεβείᾳ, καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκριβεστάτης βασιλίσσης. ἔδοξεν ἔν τοῦτο, καὶ μάλα ὀρθῶς, ἵνα μὴ θορυβῶ, ἢ διχονοίαν τῆς ἱερωτάτης ὑμῶν αὐλῆς ἐμβάλλοιμι· πόθεν γὰρ οὕτως εἰλικρινῆ ἔχω τὸν φρένας ἀγαθῆς, καὶ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος· ἐπιγνοίην δὲ μᾶλλον, ὅτι νηφαλίους σφᾶς εἶναι χρὴ τοὺς ἱερεῖς πεπιστευμένους τῷ παναγίῳ θείῳ, σκεπτόμενός τι τὸ αὐτῷ δοκοῦν, μὴ ἀμελῆ τοῦτο ὁρᾶν, τὸν ἐπιτραπέντα αὐτοῖς θεσπέσιον ὅλεθρον, εἴ τι χαῦν τὸ ὅλως ἀπιστοίησεν εἰς ῥᾳθυμίαν. δεῖ γὰρ ἡμᾶς βεβαιοτέρους εἰς πίστιν ἀπεργάζεσθαι, τοὺς ἤδη πεπιστευκότας εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, οὓς τῷ ἰδίῳ αἵματι κατεκτήσατο, καὶ ἰδίως ἀπόρρητα σκεύη ἐκλογῆς, ὄχλος τε ἐκάλεσεν ἐκλεκτόν, βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον, καὶ λαὸν εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγέλωσι δι' ἅπαντος καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. καὶ χαῦν ὅτι τοῖς ἱερεῦσι λαχοῦσι θεσμοθετεῖν, σκοὺς τὸν μακάριον προφήτην Ἰεζεκιὴλ οὕτω που φησιν· υἱὲ ἀνθρώπου, λάλησον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· γῆν, ἐφ' ἣν ἂν ἐπάγω ῥομφαίαν, καὶ λάβῃ ὁ λαὸς τῆς γῆς ἄνθρωπον ἕνα ἐξ αὐτῶν, καὶ δώσουσιν αὐτὸν ἑαυτοῖς εἰς σκοπόν, καὶ ἰδὼν ῥομφαίαν ἐρχομένην ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ σαλπίσῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ σημανῇ τῷ λαῷ μου, καὶ ἀκούσας τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, καὶ μὴ φυλαξάμενος, καὶ ἐπέλθῃ ἡ ῥομφαία, καὶ καταλάβῃ αὐτόν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἔσται· ὅτι τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀκούσας, οὐκ ἐφυλάξατο· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ ἔσται· καὶ οὗτος, ὅτι ἐφυλάξατο, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξείλετο. καὶ ὁ σκοπὸς, ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ σημανῇ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτοῦ ψυχὴν, αὐτὴ μὲν τὴν αὐτῆς ἀνομίαν ἐλήφθη· καὶ τὸ αἷμα ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω. χρῶνται δὲ οἱ μὲν, τὸ εἰρημένον τὴν δύναμιν οὐκ αἰζήτητον ἐᾶν· ὑπόπτως γὰρ αὖ καὶ ἐπὶ μειζόνων, τῆς ἐπ' αὐτῷ θεοφιλοῦς ἐξδρωμούσης εἰς τὸ ἐμφανές. σκοπῶ ἐφόδῳ βαρβαρικῆς προσδοκωμένης ἔπαθλον κῆδος πόλεως, οἱ πανταχοῦ μελεδωνοὶ, καὶ φρουρικοὶ, καὶ προεστῶτες, σκοπευτηρίοις τοῖς, ἢ τοῖς πύργοις τοῖς ἄγαν ὑψηλοτάτοις, ἐφιζάνουσί τινες, οἱ τοῖς ἀγροῖς ἐπορῶντες ἀεί, τῇδε, κἀκεῖσε τὸν οἰκεῖον προνομίζοντες ὀφθαλμὸν, ἐπαγρύπνως προεργάζονται, μὴ ἄρα τις τὸν πολέμιον ἐμβάλλοι· προκαταμηνύουσι μὲν δὴ τῇ πόλει τὸν ἐφοδον, καὶ μετρίων ἀξιοῦσι μερῶν· ἀποτυγχάνουσι δὲ πολλῶν ἄλλων, καὶ παθεῖν, αἵπερ αὐτοὶ τῆς ἰδίας ἀναμάρτητοι κεφαλῆς, τὸν πταίοντα ἐκ ἀτῶν ἐπομένοντες δίκην. κἄν τι ἴσον, οἶμαι, τοῦτον τρόπον, καὶ τῶν ἱερέων ἕκαστος, ἐπειδὴ τάχιστα θεοῦ ἀκούσας, εἰ μὲν ἐπαγγέλλει τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς τὸν πτῶσιν ἀδικεῖν, στέφανον ἑαυτῷ τὸ χρῆμα ποιήσεται· πάλιν δὲ τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἁλισκομένοις κακῶς, ἀδικήσας τι μετρίως τῆς σωτηρίας, τῆς παρ' αὐτοῦ φωνῆς εἰς ὀρθότητα διοικούμενον. ἐκεῖνο ὁ πόλεμος ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἑνὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κατ'

κατ' αὐτὸ δὲ μᾶλλον κινούμενος ὑπὲρ πάντων ἡμῶν σω
τῆρος Χριστοῦ· γέγραφται μὲν γὰρ, ὅτι οὐδεὶς λέγει,
ἀνάθεμα Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ· πυνθάνε-
ται, οὐ- ἀ. Cor. 12.
δεὶς ἀρνεῖται τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ [a] ἔχει πρὸς τοῦτο διαι-
νίττεσθαι τὸν σατανᾶν. ἀληθὲς δὲ ὅτι τὸ εἰρημένον, οὐκ
ἂν τις ἀμφισβητήσειε. Σκοπῶ ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, πυ-
θόμενον, ὁ σατανᾶς, ἀνδρὸς ἱερέως, οὐκ ἀσφαλοῦς, μᾶλ-
λον δὲ καὶ παλαιωθέντα τῷ Ἀρείου [b] τυχὸν, καὶ
γλώσσης δυσερήσους ἑτοιμοτάτης, καὶ ἀπερισκέπτως
τοῖς τῆς ἀληθείας ἐναβεζώσης δόγμασι, καὶ τῷ τοῦ
σωτῆρος ἡμῶν καταμικρυνούσης δόξαν, θερσεῖαι δὲ
[c] ἀκαλινώτοις τῷ, καὶ [c] ἀκαλίνοις ὁρμαῖς πρὸς πᾶν ὁπουοῦν τῶν ἀ- B
πηχθεστάτων ἰῶσι θηρίων, θορύβων μὲν πάσας ἐπίμ-
πλα τὰς ἐκκλησίας. πολιορκουμένης δὲ οὕτω τῆς
ὀρθῆς πίστεως, ἀνεχόμεθα πανταχοῦ, καὶ πολὺς ἦν
ὁ λόγος καὶ τοῖς ἤδη πεπτώκασι, [d] μὴ ἄρα πως πεπλανήκα-
σιν, ἀληθῆ εἶναι καὶ [e] νομίσαντες τὸν
Χριστόν. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; νόσος οἵα τις λοιμικὴ
τῷ ὑφ' ἥλιον κατέβασκεν, ῥίζαν ἔχουσα τὸ ψεῦδος,
καὶ πατέρα τὸν σατανᾶν. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ἀνεθεμε-
θα σκοπεῖν, καὶ τῶν [f] ἄλλων κηδεμόνες, πῶς οὐκ ἔ-
δει, καὶ μάλα σπουδῇ, τῷ ἱερᾷ τε, καὶ ἐκκλη-
σιαστικῷ λαβόντας σάλπιγγα, τοῖς δυσεβεῖν ἑλο- C
μένοις τῆς ὑπὲρ Ἀρείου [g] παγίδος καταμιλῶσαι τῷ
ἔθνει; ἵνα γὰρ ἐκπρεπῶς δικαίως τοῖς σωπῶσι θεός· τὸ
αἷμα, φησὶν, ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. ἀλλ' ὦ,
Φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀσφαλὴς, καὶ ἀκλόνητος ἡ σὴ
καρδία· ναὶ, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ μᾶλλον δὲ ἐξ αὐτῶν
τούτων βοῶσι τὰ πράγματα· καὶ πρός γε τούτῳ μι-
κρὸς μαρτυρήσει χρόνος· καθ' ὃν ἐδοκίμου γενό-
μενος ἐν εὐσεβείαις, τῆς τῶν προγόνων ἀμιλλᾶσθε
δόξαις. καὶ, ἐπίπαν ἐστὶν ἐκείνοις δικλεὲς τὸ καὶ τῆς
ὑμετέρας καλλιώνυμος ἡπλῶσθαι, τυχὸν φαύλῳ αὖ εἰ- D
κότως, καταδείσας ἐδὲν, ὅτι τῷ ἀμείνονι, καὶ προφε-
ρεστέραν ὑμᾶς ἀνεδήσασθε ψῆφον. οἶδα τῆς εὐσυνε
ἡμῖν πίστεως τὸ ἀκλόνητον, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ
[h] ἰδρυμένον. ἔγραφον δὲ χρησίμως, ἵνα τοῖς ἄλ- [h] ἱδρυμέ-
νον
λοις, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης θορυβου-
μένας ὑπουργήσω· σώζειν γὰρ ἔθος ὑμῖν. ἡ βαρ-
βαρικὰς ἐφόδους σημαίνουσα σάλπιγξ, τὸν μὲν ἀν-
δρεῖόν τε, καὶ μαχιμώτατον τῆς αὐτοῦ πεποιθυίας δικαι-
οσύνης ὑπομιμνήσκει μόνον, τὸν δὲ ἐσφόδρα χορ-
γὸν, ἢ ἐμπροπολεμοῦν, ἀσφαλίζεται, μὴ ἄρα πως
τῆς τῶν πολεμίων φάλαγγιν ἀδοκήτως ἐμβα- E
λοῦν, τῆς ἐνούσης αὐτῇς ὠμότητος χάριν θήραμα·
ὁ ἐμὸς παιγνιωδῶς πρὸς Χριστοῦ λόγος, τὸν μὲν δυσεβείας
τῆς ὑμετέρας τὸ κέντρον ἐκείνοις καὶ τῆς τοῦ Ἀρείου
παγίδος, ἀσφαλίζεται δὲ πρὸς πίστιν τοὺς ἐλαφρόν
τι, καὶ διαζωπυρήσειν ἔχοντας τὸν νοῦν. ἐν πολλοῖς
δικαιότερόν ἐστι τὸ ἐν Χριστοῦ μυστήριον βαθὺς ἅλις
ὁ λόγος ὁ πρὸς αὐτὸ· ἐν τοῖς ὅπου μάλιστα νευρισταῖς,
ἐν τοῖς θείαις ἡκριβωκόσι γραφαῖς, μόλις, ὡς ἐν αἰνίγ-
ματι, καὶ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ, γνώριμος. ἐν καθὸ φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· καὶ
μὴν καὶ κατὰ γε τὸν Σολομῶντος λόγον, σκωλὰ σώζουσα πολλάκις πέτρας· τὸ γὰρ [i] συνεχῶς εἰς νέον τὸ ἀνθρώπινον [i] συνεχῶς

A nostrum saluatorem Christum Dominum. Scriptum namque est, neminem dicere, Anathema IESVM, nisi in Beelzebub; hoc est, neminem negare Christum, nisi satanam habeat, qui ad hoc illum instiget. neque quisquam est, qui hoc in dubium vocet. Draco igitur apostata ille, hoc est satanas, virum sacerdotē incautum, ac potius mente seductum nactus, & linguam adeptus temerariam, & ad veritatis dogmata inconsiderate calumniandum, Christiq. saluatoris nostri gloriæ detrahendum promptissimam, (erat enim petulans, effrenatoq. impetu quēuis etiam absurdissima audacter aggrediens,) turbis seditionibusq. omnes Ecclesias adimpleuit. Oppugnatā autem ad hunc modū recta Fide, vbique oriebantur dissensiones, & multa cura sollicitabantur ij etiam, qui iam crediderant, num errauerint quòd Christum verum Deum esse putassent. Et quid inde sequutum est? Pestifera quædam lues orbem depascebatur vniuersum, originem quidem habens ex mendacio, patrem vero satanam. Cum itaque à Deo speculatores constituti simus, vt populorum curam geramus; quomodo nobis non incumbebat, vt admodum alacriter sacra ecclesiasticaq. tuba arrepta, his qui pietatem seruare cupiunt, diabolici [f] laquei inuasionem detegeremus? Quam enim pœnam Deus parauit tacentibus? Sanguinem, inquit, eius de manu tua requiram. At erat, religiosissime Rex, tutū immotumq. cor tuum. Erat sane, & hoc ipse profiteor; potius autem res ipsæ hoc clamant, longusq. præterea tēporum tractus testatur, quo omnium approbatione cùm pietatē coleueritis, cum maiorū vestrorum gloria certatis: immo vero, quia illis gloriosum est quòd à vestra serenitate superantur, nihil veritus merito dixerim, meliorem hac de re honestioremq. vos tulisse sententiam. Noui enim, quàm immota vobis insit fides, quàm firma in Christum dilectio. Scripsi vero non inutiliter, ad hoc vt ipsi alijs, immo vero Ecclesijs omnibus hoc tempore turbatis opem feratis. Vestri enim moris est conseruare. Vt ergo tuba, quæ barbarorum insultus denuntiat, robustissimum quidem ac pugnacissimum quemque tantum propriæ fortitudinis admonet, timidum vero tironemq. cautum reddit, ne qua ratione in hostium acies per imprudentiam incidens, crudelitatis ipsorum præda fiat: ita quæ ego de Christo conscripsi, vestræ quidem pietatis aculeos aduersus diaboli laqueos excitabāt, cereros vero qui leui mobiliq. in malū mente sunt, cautos in Fide stabilesq. reddebant. Christi mysterium non ita facile à multis capitur. illius enim doctrina admodum profunda est; & illis etiam qui mente plurimum valent, diuinasq. Scripturas exquisite versant, vix tamquam in speculo atque ænigmate cognita. Cum autem, vt sacratissimus Paulus dixit, corrumpant bonos mores colloquia mala; guttaq. distillans, secundum Salomonis dictum, saxa excauet; si noxij illi sermones in humanam mentem instar distillantis guttæ

a. Cor. 12. 4. 3.

Ezech. 33. 6.

1. Cor. 15. 33.

Iob. 14. d. 19.

guttæ ſubinde incidant, fit quandoque, vt non mediocre, ſed maximum potius afferant damnum. Inſtituta itaque vtiliter ac neceſſario hæc à me eſt admonitio, tum ad eum ipſum [retundendum,] qui præter omnem opinionem Chriſto bellum intulerat, tum ad alios quoque [confirmandos inſtruendosq.] qui cum myſterij huius cognitionem non admodum exacte tenerent, ſeductoris verbis non ſecus ac graui tempeſtate iactabantur. Quòd autem neceſſario ſcripſerim, ex ipſa rei natura confirmari poteſt. Superioribus quidem temporibus, multisq. retro ſæculis, res humanæ à Deo diſſidebant. (errabat enim vniuerſa terra, & ſicut beatus Dauid canit, Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.) ſed viſitauit nos oriens ex alto: apparuit nobis vnigenitum Dei Verbum, & cum ijs qui in terris degunt, conuerſatum eſt, noſtri ſimilis factus homo, ita vt maneret ſecundum naturam Deus; ac interſtitio ſublato, per ſe ipſum Deo & Patri nos coniunxit; & iniuriarum oblitus, à peccato, per quod ab illo dirimebamur, nos liberauit, fideq. iuſtificauit. Eſt enim ipſe pax noſtra, ſecundum Scripturas. Futurum itaque erat, vt Fide violata, vinculũ pacis noſtræ, quo Deo connectimur, diſrumperetur, iuſtitiæq. via à mentibus noſtris abſcõderetur, ne quid dicam grauius. Iuſtificamur enim per ſanctum baptiſma, mortem Chriſti annuntiantes, ſimulq. reſurrectionẽ eiuſdem confitentes. Verumtamen, Chriſtianiſſime Rex, mortem annuntiamus non vulgaris hominis, ſed inhumanati Dei, paſſi quidem noſtra cauſa ſecundum carnem, vt ſcriptum eſt, viuentis autem tamquam Dei, & ſecundum propriam naturam impaſſibilis manentis. Cum ergo Chriſtianorum ſpes, quod quidem ad ſeductoris ſermones, imperitamq. & effrenatam eiuſdem linguam attinebat, in apertum periculum adduceretur; neceſſitate quadam adacti non potuimus, ò Rex, ſocia habentes ipſius veritatis arma, illos qui recte credunt, non defendere. Vt autem hoc faceremus, illud maxime nos impulit. Beatinamque Patres noſtri, [a] cum ſacerdotium à Deo accepiſſent, hæreticorum peruerſitati ſuo quique tempore ſeſe intrepide oppoſuerunt, maxime vero impiorum Arianorum; etiam ſi ij qui tunc humanarum rerum dominium obtinebant, veritatem ignorarent, immo magis cum illis quoque ſentirent, dentibusq. aduerſum Eccleſiæ doctores infremerent. Verum illi omni metu ſuperato, rectam & irreprehenſibilem Fidei doctrinam libere prædicabant. Nouerant enim Dominum noſtrum IESVM Chriſtum dixiſſe: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt: ſed potius timete eum, qui animam & corpus poteſt perdere in gehenna. Cum igitur illi, tametſi infenſiſſimos eos haberent qui vniuerſale per id tempus in omnes imperium obtinebant, nihilominus nõ ſiluerint, vt Saluatoris noſtri omnium gloriam ab iniuria vindicarent; quomodo neceſſe non erat, vt nos quo-

Pſal.13.a.3. *Luc.1.b.78.* *Baruch.3.c.38.* *Epheſ.2.c.14.* *Ibid.* *Rom.6.* *Matth.10.d.28.*

[a] Deo animi virtus acceptis, hæreſum peruerſitati ſuo cuiuſque tẽpore exiſtenti ſacerdotium obiecerunt, maxime vero hæreſi impiorum Arian.

A ἐκείνους δηλῶ τοὺς ἀθλιῶν πνευμάτων κακοδιδάκτους λόγους, ὑ μετρίως, ἐοῦ ὅπου, μᾶλλον ἦ, ὡς ἔπαθεν, ἐρωτᾶσθαι τὸν ζημίαν. ἀναγκαία πεπαρεῖν, ϗ ἐπωφελὴς ἡ παρ' ἐμοῦ γέγονεν ὑπόμνησις, πρός τε ἐκεῖνον αὖτ, ὃ πᾶσαν ἐλπίδα Χριστῷ πολεμήσαντα, ϗ πρὸς γε τοὺς ἄλλους, οἱ τὸν μυστηρίου γνῶσιν ὑ λίαν ἀκριβῶς ἔχοντες, τοῖς δ' πλανῶντος λόγοις ὑ μετρίως κατεχόμενοι. ὅτι γὰρ ἔχρηζον ἀναγκαίως, ϗ αὐτὴ πρώτη τ πραγμάτων ἡ δύναμις. ϗ μὲν γὰρ τοὺς ἀνωθεν, ϗ παρωχηκότας ἤδη καιρούς, διεσπάκει θεοῦ τὸ ἀνθρώπινον· πεπλάνητο γὰρ ἡ σύμπασα γῆ, ϗ καθὼς φησιν ὁ μακάριος Δαυὶδ· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρεώθησαν· οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα· οὐκ ἦν ἕως ἑνός. ἀλλ' ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους· ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς θεοῦ λόγος, ϗ συναναστράφη τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος μὴ δ' μείνας φύσει θεός· αὐτὸς ἡμᾶς συνῆψε δι' ἑαυτοῦ τῷ θεῷ, ϗ πατρὶ, ϗ ἀφελὼν τὸ μεσολαβοῦν, ϗ ἀμνησικάκως ἀπαλλάξας τ διῖσθεν ἡμᾶς ἁμαρτίας, ϗ δικαιώσας τῇ πίστει. ϗ γὰρ ἔστιν αὐτὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ϗ τὸ χαλεπὸν ἔμελλε τότου ὁ τῆς πρὸς θεὸν εἰρήνης ἡμῶν σωδέσμος διαῤῥήγνυσθαι, ἀθῳλυμένης τῆς πίστως· ἔμελλεν ἡ τῆς δικαιοσύνης ὁδὸς ἐκ τῶν ἡμετέρων κρύπτεσθαι διανοιῶν· ἵνα μή τι λέγωμεν φορτικὸν. δικαιούμεθα γὰρ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τὸν θάνατον δ' Χριστοῦ καταγγέλλοντες, ὁμολογοῦντες δὲ ϗ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. πλὴν ἐκ ἀνθρώπου κοινοῦ θάνατον καταγγέλλομεν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀλλ' ἐνανθρωπήσαντος θεοῦ, ϗ παθόντος μὲν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καθὰ γέγραπται, ζῶντος δὲ, ὡς θεοῦ, ϗ τῇ ἰδίᾳ φύσῃ μεμενηκότος ἀπαθοῦς. κινδυνεύοντος παρεῖναι τῆς χριστιανῶν ἐλπίδος, τὸ γὰ ἦκον εἰς τοὺς τοῦ πλανῶντος λόγους, ϗ τὴν ἀπιστίαν, ϗ ἀπώλειαν γλῶττάν, ἀναγκαῖόν πως ἦν, ϗ ἀπαραίτητον, βασιλεῦ, σωσάλιον ἡμᾶς ἔχοντας τὴν ἀλήθειαν, τοῖς ὀρθὴν ἔχουσιν ἐπιμιξίαν πίστιν. τὸ δὲ δὴ μάλιστα ἡμᾶς ποιεῖν τοῦτο παρορμῶν ἐλθεῖν, ἐκεῖνό ἐστι· ἐστὶν γὰρ μὲν δὴ οἱ μακάριοι πατέρες ἡμῶν θαρραλέως περὶ θεοῦ, τὴν ἱερωσύνην τῆς τῶν αἱρέσεων ϗ καινοὺς αὐτοπτίζοντο δυσεβείας, μάλιστα δὲ τῇ τῶν αἰσίων Ἀρειανῶν. καί τι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ‖ τῶν ἀνθρωπίνων κρατούντων πραγμάτων, οὐκ ἤθελεν τὴν ἀλήθειαν· ἐφρόνουν δὲ μᾶλλον τὰ ἐκείνων· ϗ τοὺς ὁδόντας αὐτῶν ἐπέτριζον τῆς τῶν ἐκκλησιῶν διδασκάλοις. ἀλλ' ἦσαν ἐκεῖνοι πάντως ἡμέτερους δόγματος, τὸ ὀρθόν τι, ϗ ἀνεπίληπτον τῆς πίστως διακηρύττοντες λόγον. ἤδεισαν γὰρ λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον, ϗ ψυχὴν, ϗ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. ἐπ τοίνυν ἐκεῖνοι, τοὺς τῶν ὅλων κρατοῦντας κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πλειμιωπότους ἔχοντες, ϗ ἀσεβήσασιν εἰς δόξαν ἀδικουμένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον, ϗ ἡμᾶς αὐτοὺς κατ' ἴχνος ἰέναι τῆς ἐκείνων

[a] Deo animi virtus acceptis, hæreſum peruerſitati ſuo cuiuſque tẽpore exiſtenti ſacerdotium obiecerunt, maxime vero hæreſi impiorum Arian.

Matth.10.d.28.

[a] θεὸν ἀνθρ. ὑ μετρίως βλασφημοῦντας

[b] ἐπιτρίζον

[c] ἀνεπίληπτον

[illegible] [illegible] [illegible] [

γλωσσαλγίας, ὁ τοῦτον κεκινηκὼς, ὑπερίπτερον δίκας,
τῷ ἑωυτοῦ δίκῃ τὴν Ἐφεσίων καταλαβὼν, καὶ ὥσπερ
ἐξουσίας ἐκὼν ἐπ' ἐξουσίας αὐτῷ, τὸ, ὅσα πρὸ αὐ βούλοιτο, δρᾶν,
ἀδενὸς ἀντιμῶντος ὅλως, ὡς ἀνῃρημένων εἰς ἅπαν τὸ
τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, ὡς οὐκ ἐφορώντος θεοῦ τὰ αὐ
θρώπινα, καὶ ἀλογίᾳ μᾶλλον, ἢ φρονήσει διοικούμε-
νος, καὶ θυμῷ δοὺς τὸ πλέον, ἢ λογισμῷ τῷ σώφρονι
κρατῆσαι ἀνεχόμενος, ἄρτι, καὶ μόλις τοῦ ὀχήματος
ἀναπηδήσας, ἔτι τὸ δωμάτιον εἰσδύς, ἔτι τι κεκμηκασ-
μένος, ψῆφον ἐκφέρει σαθρὰν, καὶ ἑνωμοσιτίτην, ὁμοῦ τοῖς τὰ αὐτὰ φρονοῦσιν αὐτῷ· ἄνδρες δὲ
ἦσαν ἀπόλιδες, καὶ Κελεστιανοὶ καθῃρημένοι,
καὶ οἱ τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας ὑπασπισταὶ,
καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐμβροντησίας μεμιγμένοι σὺν
αὐτῷ τῆς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίας τὸ ἐγκλήμασι. ὑ-
βρίζει γοῦν ἅπασαν μὲν τὴν ἁγίαν σύνοδον, τῷ δ'
ἀκοινωνησίας ὀνόματι σωρεύσαι τοὺς ἐκ πάσης ἥ-
κοντας τῆς ὑπ' ἀρετὴν, ἄνδρας ἀοιδίμους, καὶ τῷ ὑμε-
τέρῳ κράτει γνωρίμους, καὶ πολλοὺ λαχόντας
ἐφ' ἅπασι τοῖς δρίστοις τὴν εὐφημίαν. ἐμὲ δὲ, καὶ τὴν
τῆς Ἐφεσίων ἱερωσύνην, φορτικωτέρᾳ σωρεύσαι ὑ-
βρει, ψευδηγορῶν, καὶ λέγων, ὡς τὰ τοῦ δυσσεβοῦς
Ἀπολιναρίου πεφρονήκαμεν, καὶ τοῖς τοῦ Ἀρείου, καὶ Εὐ-
νομίου, βδελυροῖς τισι, καὶ ἀνοσίοις συναισθόμεθα δόγμα-
σιν. ἔσται δὲ τοῦτο, ὡς ἔφην, πάντα καλῶν αἰσθήσεων
τῆς ἀπηλλαγμένος ὀργῆς, καὶ ὅλως ὥσπερ λυττᾶν αὐτὸν
τοῖς ἐκ θυμοῦ, καὶ ἑτεροψίας ἀφιλοθέοις κινήμα-
σιν· ὃ δὴ καὶ θαυμάσαι ἔχω. ὁ γὰρ ἀεὶ φίλος, καὶ ἀγα-
πητὸς, ὁ μηδὲ πώποτε τοῖς ἐμοῖς ἀπεσκώψας λό-
γοις, ὁ χαίρων ἀσμένως, καὶ τὰ πρὸς ἐμοῦ κομιζόμε-
νος γράμματα, ὁ πρὸ αὐτῶν τῶν τῆς Ἐφέσου πυλῶν
τοῖς ἐξ ἀγάπης προσφθέγμασι μονονουχὶ πεῖθῶν, καὶ
τῆς ἰδίας ἀπολαῦσαι εὐθείας· Τῷ δεσπότῃ μου, τῷ
θεοφιλεστάτῳ, καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ,
Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν. ἀδὲ ἐμὲ μετρίως ἀκνεῖ
τὸ ὅλως, τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος εἰς τὴν Ἐφεσίων πα-
ροικίαν φθανούσης, τὰς μικρὰς ταύτας ὑστερῆσαι ἡμέρας·
τῆς γὰρ χρείας ὁ πρὸ τοῦ σοῦ ἁγιωσύνου πόθος πλέον
μοι ἐγκεῖται, πανύστως τὴν ὁδὸν ἐξανύσαι. καὶ μεθ' ἕ-
τερα· εὔχου σὺν, δέσποτα, καὶ πάντας τοὺς σὺν, ἢ
ἐξ μονὰς ὥστε ἀλύπως ἡμᾶς ὁδεῦσαι, καὶ θραμεῖν,
καὶ προσπίπτεσθαι τοῦ ἱερέως ἡμῖν, καὶ θείου κε-
φαλοῦ. εἰ πρὸς τὸν κύριόν μου, τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκο-
πον Ἰωάννην, Παῦλον, Μακάριον, προσφθέγγοντό
σου τὴν ὁσιότητα. πᾶσαν τὴν σὴν οἰκ ἀδελφότητα ἐγώ
τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες προσαγορεύομεν. ἐρρωμέ-
νος, ὑπερεύχόμενος ἡμῶν ἀμπλοίᾳ, δέσποτα θεο-
φιλέστατε, καὶ ἁγιώτατε. πῶς οὖν ὁ συλλειτουργὸν, καὶ
ἀδελφὸν ὀνομάσας, ἀδοκήτως μοι ἐχθρὸς, ἠδικημέ-
νος ἁδεῖ; ἀκούω δὲ, σοφὸν εἰσεδεῖ τινα λέγειν αὐτὸν, τῆς
κατ' ἐμοῦ παλαμιαίου ἀποκρυόμενον τὸ ἐγκλή-
μασι· ὅτι γέγραφα, κρύπτων ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς, καιρῷ τῷ δέοντι παμιδόμενος τοῖς φανέρωσιν. εἶτα πῶς,
εἴπερ μοι ἀρεστὸς ἐγὼ, καὶ τῆς τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου, φαυλότητος
ἀλλοτρίος, συλλειτουργὸν ἀνόμαζε; τί δὲ καὶ ὁσίαν τὴν ἐμοὶ κεφαλοῦ, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἱερέα; ἢ

rat; vbi primum alitis more volans Ephesum venit, perinde ac si quodcumque vellet, priuata auctoritate facere ipsi licuerit, nullo prorsus accusante, quasi in vniuersum leges Ecclesiasticæ sint sublatæ, neque Deus res humanas quidquam curet; cùm stultitia potius, quàm prudentia ageretur, iræ indulgens magis, quàm sobriæ rationi dominatum permittes, cum vix curru desilijsset, cubiculumq. ingressus esset, adhuc puluerulentus, ijs assumptis qui eadem cum illo sentiebant, putidam ac plane iniquissimam sententiam tulit, (erant autem factionis illius socij viri exules, Celestiani depositi, Nestorianæq. dementiæ satellites, necnon ex magna quadam stupiditate in blasphemiæ contra Christum crimine cum illo participes,) vniuersamq. Synodum insigni contumelia afficere studuit, vtpote excommunicationis nota ad vnum omnes inuoluens, quotquot ex vniuerso orbe Ephesum venerunt, viros celebres, vestræq. maiestati notissimos, & in omni virtutum genere laudatissimos: mihi vero, & Ephesiorum Antistiti grauiorem contumeliam intulit, mentiens ac dicens, quòd cũ impio Apollinario sentiamus, & execranda impiaq. Arij & Eunomij dogmata approbemus. Fecit autẽ hoc, vt dixi, implacabilis iræ impulsibus omnẽ lapidẽ mouens, totasq. impio furori & arrogantiæ habenas permittens. quod sane admiror, cum semper amicum ac beneuolum animum erga me ostenderit, nec vmquam sermones meos reprehenderit, quin & magna cum beneuolentia ad me scripserit, measq. vicissim litteras susceperit, atque ante ipsas Ephesi portas dulcibus me dilectionis affatibus pæne cõplexus sit, suisq. ad me litteris hæc inseruerit: Domino meo pijssimo, sanctissimoq. comministro Cyrillo, Ioannes in Domino salutem. Non mediocriter me angit, quòd cum sanctitas vestra Ephesum aduenerit, pauci plane hi itineris dies mihi reliqui sint. Desiderium enim tuæ sanctitatis magis me vrget vt iter hoc celeriter absoluam, quàm vlla alia necessitas. Et post alia: Ora igitur domine, vt hos quinque aut sex dies nobis adhuc residuos sine molestia transigamus; occurrentesq. sacrum nobis diuinumq. caput tuum complectamur. Dominus meus religiosissimus Episcopus Ioannes, Paulus & Macarius, sanctitatem tuam salutant. Vniuersam quæ tecum est fraternitatem, ego ceteriq. qui mecum sunt, salutamus. Vale, & pro nobis orare perge, domine pijssime & sanctissime. Quomodo igitur qui me comministrum & fratrem appellabat, ex inopinato factus est inimicus, nihil à me læsus? Verum vt commissi in me delicti culpam repellat, illum sibi videri acute dicere audio, quòd scripserit, inimicitiam adhuc cælans, quam suo tempore in lucem prolaturus esset. Quomodo itaque, si hæreticus erã, si impiæ Apollinarij & Arij & Eunomij improbitatis consors, me comministrum vocat? Cur caput meum sanctum ac præterea sacrum appellat? An non

Habetur 7. par. 1 cap. 36.

Ilias q. a. f. mansiones n. a. residuas

Ἐφεσίων, τί κεκώλυκε συντυχεῖν, αἰτιᾶσθαι μὴ παρ-
ρησίας, εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἐγκλήματα, συνεδρεύον-
τα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καλέσαι πρὸς ἀπολογίαν, εὔτυ-
πτα ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ἢ ἀπαλλάξαι τῆς αἰτίας ὀρθὰ
φρονοῦντας, καὶ λέγοντας, ἢ γοῦν ὑποπτῆναι ψήφῳ
δικαίᾳ, τὰ τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀπάδοντα δόγμασι
φρονεῖν ἠρημένας; ἐπειδὴ δὲ ἥψατο μᾶλλον ἐγκα-
λῶν, καὶ συντρῆξαι οἰόμενος τὰς πρὸς τῶν ὀρθοδόξων συ-
κοφαντίας, ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον αἰδοῖ, καὶ φιλίᾳ τὰ
καθ' ἡμῶν δωρούμενος, λελῆσθαι ἠθέλησε· καὶ κα-
θάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ πατάξαι, οὐχ ὁρώμενος, καὶ
ψευδηγορίας μέσην συντρῖψαι χάρτην, πάλαι μηκέ-
τι αὐτὴν ἐγκρῦψαι εἰς τὰς ὑμετέρας ὑμῶν ἀκοάς, ἐπ' ἐκεῖνο
λαβὼν εἰς νοῦν, τὸ θεῖον τῇ θείᾳ κείμενον γραφῇ·
μηδὲν ψεῦδος ἐπὶ γλώσσης βασιλεῖ λεγέσθω. ἡμεῖς
μέντοι τοῦτο μαθόντες, βιβλίων ἔδοσαν πτοιηθέντες
μεθ' ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, τὴν μὲν ὀρθὴν,
καὶ ἀβέβηλον τῆς ἐκκλησίας ὁμολογοῦντες πί-
στιν, ἀναθεματίζοντες δὲ τοὺς τὰ Ἀρείου, καὶ Ἀπολινα-
ρίου, καὶ Εὐνομίου φρονοῦντας. παρεκαλοῦμεν δὲ,
κατὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας θεσμοὺς ἥκειν τε αὐτὸν εἰς
μέσον, τῆς ἰδίοις συγχεόμενον λόγοις, καὶ διελέγχειν
ἡμᾶς. ἔννομα δὲ ἐῶν, ὡς γε οἶμαι, τὰ παρ' ἡμῶν. ὁ δὲ
εἰς τοῦτο κατώλισθεν ἀμαθίας, μᾶλλον δὲ δειλίας
τε, καὶ ἀπορίας, ὡς καταναρκῆσαι τὴν ἄφιξιν, κατὰ μη-
δὲ ὅσον ἰδεῖν καταθαρρῆσαι μόνον τὴν ἁγίαν συνό-
δον. καί τι ἐχρῆν δήπου μᾶλλον ἐνστῆναι νεανικῶς,
καὶ τὴν κλῆσιν σὺν αἰσχύνῃ τε, ὀφλεῖν αὐτόμολον, ἐλέγξαι σαφῶς, ἀπορρῆναι κατηγορισμένας, καὶ
τῆς ἰδίας αὐτὸν ἐπιγωνίσασθαι ψήφοις. ἀλλὰ σὺν
ἔδραμεν τούτῳ σαθρῷ συνειδότι χρώμενος· δειλιῶς
δὲ οὕτω τὴν ἄφιξιν, τὴν εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, ὡς,
μηδὲ ὅσον εἰπεῖν, τῆς ἔπαρσης προκύψαι τολμᾶν. καίτοι
πῶς ἂν εἰκὸς, τοὺς ἐξελεγμένους ἱερουργοὺς, μεμνη-
μένους ἱερουργίας, μεμνημένους θεοῦ, λέγοντος· κρίμα
δίκαιον κρίνατε· καὶ· ὃ λήψῃ πρόσωπον οὐ κρίσεις·
ὅτι ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ ἐστι, μὴ ὀχὶ, πάντη, καὶ πάντως,
ἐληλεγμένους ἡμᾶς, ὡς αἱρετικοὺς, τῆς τῆς κατακρί-
σεως ὑποφῆναι ψήφοις; ἐῶ γὰρ ὡς ἀνάγκη, καὶ
ὑπομνημάτων συχνὴν παρᾶξιν, καὶ ταῦτα ὑμῖν γνώ-
ριμα καταφανῆ. χώρας μὲν γὰρ ὅλας, καὶ πόλεσι
τῆς μεγάλας, νόμοις δ' ὑμετέροις κρίτους, εἰς ἀνα-
δείκνυται δικαστὰς· ὅπερ τι δὲ κρίσις τὰς ἐφ' αἵ-
ματι, καὶ ψυχῇ, δεδιέναι τοὺς νομοθετοῦντας ὑμᾶς,
καὶ τοῖς παρ' ὑμῶν θεσπίσμασι πρὸς τὸ δίκαιον
ἤθεσαν ἀπρόφυκτοι. εἶτα πῶς ἦν μέλλον οἱ πρὸς
θεοῦ πρὸς ἱερουργίαν ἐξελεγμένοι, τοσοῦτόν τι ὄντες
τὸν ἀριθμὸν, καὶ σὺν ἀδιαφόρῳ ἔχοντες τὴν ὑπο-
ληψιν, τὴν ὅτι γε φημὶ τῷ βίῳ καὶ λαμπρῶς, ἡ-
μᾶς αἰδεσθῆναι μᾶλλον, καὶ οὐχὶ τὴν θείαν ὑπο-
λῆψιν; ὅτι δὲ ἀχάλινος αὐτῷ πρὸς ὑπερηφάνειαν
τε, καὶ ὕβριν γέγονεν ὁ νοῦς, καὶ δι' ἑτέρων πραγ-
μάτων ἀπαλαίωτον ἰδεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ πού φαντάζεται ἔτος δυσφημῶν ἐπ' ἐκκλησίας ὁ τῶν νέων
δογμάτων εὑρετὴς Νεστόριος· ἐπειδὴ καὶ δι' οἰκείων γραμμάτων τῷ ὁσιωτάτῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλη-

sum venerat, quid prohibuit, quominus nos conueniret, libere accusaret, in medium crimina, proferret, confidens in sancta Synodo ad respondendum vocaret, ac denique vnà cum alijs aut crimine liberaret, si quidem recte sapiebamus & loquebamur, aut certe ab Ecclesiasticis dogmatibus aliena sentire deprehensos iustæ condemnationi subijceret? Verum qūia non ignorabat, frustra se nos accusasse, impiamq. contra orthodoxos calumniam se struxisse; nihilominus Nestorij reuerentię & amicitiæ, nos infectando, gratificari volens, abscondite nos læsit; & veluti in nocturna quadam pugna non visus, iaculo nos petijt: siquidē chartam quamdam falsis accusationibus plenam concinnauit, eamq. ad pias vestras aures deferre ausus est, nequaquam id quod diuinis litteris proditum est, animo perpendens: Nullum mendacium coram Rege protuleris. *Pron.24.* Nos vero vbi hoc resciuimus, libellos sanctæ & *c. sec. LXX.* œcumenicæ Synodo exhibuimus, cum rectam ĳlibatamq. Ecclesiæ Fidem profitentes, tum eos quoque qui Arij, Eunomij & Apollinarij dogmata sectantur, anathematizantes. Rogauimus etiā illum, vt iuxta Ecclesiasticas leges in mediū prodiret, suos sermones firmaturus, errorisq. nos conuinceret. Erant autem, opinor, quæ agebamus, legi consentanea. Ipse autem in eam stultitiam, immo vero timiditatem ac desperationē prolapsus est, vt neque ad nos venire, neque sanctam Synodum intueri ausus fuerit; cum tamen potius fortiter instare oportuisset, neque expectare vt vocaretur, sed sponte occurrere, diserte redarguere, damnationis reos pronuntiare, ac pro sua ipsius sententia decertare. Verum male sibi conscius id minime fecit; adeoq. sanctæ Synodi præsentiam metuebat, vt ne ex ædibus quidem prodire auderet. At quomodo verisimile erat, electos sacerdotes, memores sacerdotij, memores Dei dicentis: Iustum iudicium iudi- *Deut.1.6.* cate; & personam in iudicio non accipies; Dei *16.17.* enim iudicium est: nos condemnationis sententię omnino subiecturos non fuisse, si hæresi infectos deprehendissent? Erat enim admodum necessarium, vt actorum commentarij conficerentur, & hæc ipsa vobis palam fierent. Regionibus etenim totis, magnisq. ciuitatibus dominationis vestrę nutu vnus iudex præficitur, qui [vestra fretus auctoritate] capitalium rerum iudicia exercet, vosq. legislatores veretur, vestrisq. decretis ad ius inuestigandum dirigitur. Cum itaque hæc ita habeant, quomodo credibile sit, homines à Deo ad sacerdotium electos, tantoq. numero, qui propter vitę splendorem existimatione admirabili essent, nos magis reuerituros fuisse, quàm diuinum præceptum? Quòd autem illius animus ad superbiam & arrogantiam sit plane infrænis, id ex alijs quoque rebus perfacile cognoscere licet. Iam tertius agitur annus, ex quo nouorum dogmatum inuentor Nestorius blasphemias suas in Ecclesia euomere non destitit. Postquam vero suis etiam litteris sanctissimo Roma-

ελος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, εἰς ἀπαθῆ δ' τολμίαν ἐπα- A
λείφων τοὺς μαθητὰς, & ψευδηγορίας ἁπάσης ἀλο-
γεῖν ἀναπείθων, καὶ τῶν ὅπι τῷ διώκεσθαι πόνων· εἰ
ἐμὲ ἐδίωξαν, φησὶ, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν οἰκοδε-
σπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πολλῷ μᾶλλον
τοὺς οἰκειακοὺς αὐτοῦ. ἐκδυσωπεῖ δὲ, & σφόδρα
χρησίμως, τοῦ σεπτοῦ πάθους· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν
διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. εἰ
γὰρ αὐτοῦ κατεῤῥήκασι τοῦ Χριστοῦ, πῶς, ἢ ποῖος ἡμῶν ὁ
λόγος; καὶ εἰ πρὸς πάντας ἁγίους γεγόνασιν αἱ συκοφαν-
τίαι, πῶς ἂν ἄρα διαφυγεῖν τοὺς ἐλαχίστους ἡμᾶς;
ἀνεκτὴς μὲν ἡ κατὰ τῶν ἁγίων γλῶττα· φέρεται B
δὲ ὥσπερ κατά τινος πταικότος· ἀλλ' ἔστιν ἐπάρατος, καὶ θεῷ
καταψυχομένη. ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος προφήτης
Δαυίδ· ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δό-
λια, καὶ γλῶσσαν μεγαλορρήμονα. Πεπείραται σοὶ
ἐμοὶ τῶν ἐκ γλώττης ἀκαλίνου βελῶν καὶ ὁ ἀγαπη-
τὸς μοναχὸς Βίκτωρ. ἐπεφήμισαν γάρ τινες αὐτῷ τῶν
τάχα που ψευδηγορεῖν εἰωθότων, ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν
ἐκεῖθεν τινὰ προφυάρηκε κατ' ἐμοῦ· ὥστε καὶ ἀ-
φιγμένον εἰς τὴν Ἔφεσον πρός με, κατηπιῶντο σφό
δρα τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου τινές· μᾶλλον δὲ καὶ C
ἀπεσράφησαν ἅπαντες, ὡς ἕνα τῶν ἀνοσίων μεμιση-
κότες· ἀφαπλέκασι καὶ πατραλοίαν ὀνομάζοντες,
ἀδελφοκτόνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐστὶ βλασφήμια. καὶ
τοῦτο γοῦν ὁ πρεσβύτης, πλείστων ὅσων αὐτὸν περιε-
στηκότων ἁγίων ἐπισκόπων, ἀναπίνας τὰς χεῖρας εἰς
τὸν οὐρανὸν, ὁμώμοκε ἀσινῆ θῶς, καὶ τὸ τοῦ ἁγίου βα
πτίσματος, καὶ τῶν σεπτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, μη-
δὲν ἑαυτῷ συνειδέναι τοιοῦτον· οὕτω τε μόλις ἐγὼ,
καὶ αὐτὸς ἰσχύσαμεν τὰς τῶν λυπουμένων θεραπεύ-
σαι ψυχάς. πολλοὶ εἰ καὶ πολλοὶ λίαν οἱ ψευδοεπεῖν
ἐθέλοντες, ὑπηφυόμενοί τε, καὶ ὑπιππεύοντες μάτην, D
μᾶλλον δὲ καὶ παροτρυνόμενοι πρὸς τούτῳ τῷ καὶ τὸν
Νεστορίου πταῦσαν, ἀλλ' ἤρκεσεν εἰς ὑπακοὴν τοῦ
σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τὸ
μισοπόνηρον. ὥσπερ γὰρ ἐκ καμίνου καιομένης ἁρπά-
σαντες, ἡμερωτάτοις νεύμασι διεσώσατε ἵνα τοῖς ἄλ-
λοις ὁμοῦ, τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμετέραν Αἴγυπτον
ἁγίοις ὑπισκόποις, καὶ μοναχοῖς, ἀκατάλ ήκτους ὑ-
χαριστίας, τὰς ὑπὲρ τε τοῦ ὑμετέρου κράτους, νίκης
τε, καὶ διαμονῆς, ἀναφέρωμεν τῷ παναγίῳ Χριστῷ
δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, ἅμα σὺν ἁγίῳ
πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. E

nus noſter IESVS Chriſtus diſcipulos ſuos ad bonam confidentiam inſtruens, ſuadensq. vt quoduis mendacium, omnemq. perſecutionis moleſtiam contemnerent, ita aiebat: Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Solatur autem non ſine quadã verecundia, & valde vtiliter, ſubiungens: Non eſt, inquit, diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra dominum ſuum. Si enim Chriſto contradixerunt, quæ noſtri habenda erit ratio? Et ſi contra quemuis ſanctum inſtructæ ſunt calumniæ, quomodo nos minimi illas effugiemus? Intolerabilis quidem eſt aduerſus ſanctos viros armata lingua, ac præceps quodammodo fertur; verum execrabilis & odibilis eſt coram Deo. Pſallit igitur beatus propheta Dauid: Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. *Ioan.15. c.20. Matth.10 c.25. Ibid.c.24. Pſal.11.a. 4.*

Expertus eſt mecum infrænatæ linguæ iacula etiam dilectus ſolitarius Victor. Sparſerant enim de illo quidam ex ijs qui mentiri conſueuerunt, quòd is contra me quoque abſurda quædam nugatus eſſet: tantumq. valuerat hæc fama, vt cum Epheſum ad me veniſſet, nonnulli ex ſancta Synodo plurimum ipſum accuſarint; immo vero vniuerſi veluti vnum ex impiorũ numero peroſi, illũ auerſati ſint; perſtiteruntq. parricidam & fratricidam, alijsq. eiuſmodi nominibus appellare. Cum autem ille ſenex hoc intellexiſſet, multis admodum ſanctis Epiſcopis ipſum circumſtantibus, ſublatis in cælum manibus, præter morem ſuum per ſacroſanctum Baptiſma & veneranda Chriſti myſteria, nullius horum ſcelerum ſibi cõſcium eſſe iurauit: ac denique offenſorum animos ægre ego & ipſe ſimul hac ratione placare potuimus. Verum enimuero licet plurimi mentiri volẽtes extiterint, & inſurrexerint, & fruſtra inſilierint, ſeu potius à Neſtorij ſtudioſis ad hoc incitati fuerint; ſuffecit tamen ad opem nobis ferendã Saluatoris noſtri gratia, veſtræq. pietatis iuſtitia. Nam velut ex ardenti camino eroptos, placidiſſimis veſtris nutibus ſeruaſtis, vt vnà cũ alijs, qui per vniuerſam veſtrã Aegyptum ſparſi ſunt, ſanctis Epiſcopis & monachis continue pro Imperio veſtro, & victoria, ac ſtabilitate, gratiarum actiones ſanctiſſimo Chriſto offeramus. Per quem, & cum quo, Deo & Patri ſit gloria, cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΘΕΣΠΙΣΜΑ ΤΟ ΑΝΗΜΟΣΘΕΝΟΥ, ΚΑΙ ΕΞΟΡΙΖΟΝ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ.

DECRETI REGII, QVO NESTORIO exilium aperte & publice indicitur, relatio. *

* *& de ordinatione Maximiani Epiſcopi Conſtantinopolitani.*

ΑΝελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑπτὰ, καὶ ἑπτὰ, ὑπισκόπων ἐξ ἑκατέρου μέρους, ἐπληροφορήθη ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ ἁγία, & οἰκουμενικὴ, συνοδος πάντα κανονικῶς, καὶ ἀκολούθως πράξασα, καθῄρει Νεστόριον. διὸ καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, κατέγνω τῶν ἀκαρδιακῶν. & λοιπὸν ἐξώρισε μὲν Νεστόριον,

C. XIV.

CVm ſeptem & ſeptem ex vtraque parte Epiſcopi Conſtantinopolim veniſſent, Imperator certo comperit, ſanctam & œcumenicam Synodum canonico legitimoq. ordine in omnibus ſeruato, Neſtorium depoſuiſſe. Itaque legatorum Synodi ſententia approbata, Orientales quidem condemnat, Neſtorium vero exilio mul-

Chapter 1 1

Chapter 2 15

Chapter 3 32

Chapter 4 47

Chapter 5 63

Chapter 6 78

Chapter 7 94

Chapter 8 110

Chapter 9 125

Chapter 10 141

Chapter 11 156

Chapter 12 172

Chapter 13 188

Chapter 14 203

Chapter 15 219

Chapter 16 235

Chapter 17 250

Chapter 18 266

Chapter 19 281

Chapter 20 297

Chapter 21 312

Chapter 22 328

Chapter 23 343

Chapter 24 359

Chapter 25 374

Chapter 26 390

Chapter 27 405

Chapter 28 421

Chapter 29 436

Chapter 30 452

Chapter 31 467

Chapter 32 483

Chapter 33 498

Chapter 34 514

Chapter 35 529

Chapter 36 545

Chapter 37 560

Chapter 38 576

Chapter 39 591

Chapter 40 607

Chapter 41 622

Chapter 42 638

Chapter 43 653

Chapter 44 669

Chapter 45 684

Chapter 46 700

Chapter 47 715

Chapter 48 731

Chapter 49 746

Chapter 50 762

Chapter 51 777

Chapter 52 793

Chapter 53 808

Chapter 54 824

Chapter 55 839

Chapter 56 855

Chapter 57 870

Chapter 58 886

Chapter 59 901

Chapter 60 917

Chapter 61 932

Chapter 62 948

Chapter 63 963

Chapter 64 979

Chapter 65 994

Chapter 66 1010

Chapter 67 1025

Chapter 68 1041

Chapter 69 1056

Chapter 70 1072

Chapter 71 1087

Chapter 72 1103

Chapter 73 1118

Chapter 74 1134

Chapter 75 1149

Chapter 76 1165

Chapter 77 1180

Chapter 78 1196

Chapter 79 1211

Chapter 80 1227

Chapter 81 1242

Chapter 82 1258

Chapter 83 1273

Chapter 84 1289

Chapter 85 1304

Chapter 86 1320

Chapter 87 1335

Chapter 88 1351

Chapter 89 1366

Chapter 90 1382

Chapter 91 1397

Chapter 92 1413

Chapter 93 1428

Chapter 94 1444

Chapter 95 1459

Chapter 96 1475

Chapter 97 1490

Chapter 98 1506

Chapter 99 1521

Chapter 100 1537

τῶν γενομένων, καὶ ὅτι περιτρέχοντες ἑκάστην ἐκκλησίαν, ὡς κοινωνικοὶ τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ, σπουδάζουσιν ἀπατᾶν ἕκαστον, καὶ τὴν πρὸς λαούς τε, καὶ κλήρους κοινωνίαν ἐφέλκεσθαι, πολλὴν περὶ τούτου πρόνοιαν ποιούμενοι, ἐδικαιώσαμεν ἅμα τῷ καταστῆναι τὸν τὰ πάντα θεοφιλέστατον, καὶ ἁγιώτατον κύριον ἐπίσκοπον Μαξιμιανὸν τῆς μεγάλης πόλεως, τὸ γράμμα τοῦτο πρὸς ὑμᾶς σὺν αὐτῷ διαπέμψασθαι· ἵνα γνόντες τὰ κατ' αὐτοὺς, παντοίως αὐτούς τε, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν φυλάξησθε. ὑπὲρ δὲ πλείονος ἀσφαλείας, καὶ τοῦ γνῶναι ὑμᾶς, ὅτι οὐχ ἡμετέροις μόνοις πειθαρχεῖτε γράμμασιν, ἀλλὰ καὶ δόγμασι τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ, ὑπετάξαμεν τὸ συνοδικὸν γράμμα, ὥστε ὑμᾶς καὶ ἐξ ἐκείνου πληροφορηθῆναι, τίνα τί ἐστι τὰ τυπωθέντα περὶ τῶν ἀποστατησάντων, καὶ τὰ Νεστορίου φρονησάντων, καὶ οἷα τὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν κοινωνεῖν αὐτοῖς τολμώντων. πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀδελφότητα ἡμεῖς τε, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, πάντες προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένοι ἐν κυρίῳ ὑπερεύχεσθέ μου θεοφιλέστατοι ἀδελφοί.

Ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ οἱ προγεγραμμένοι ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Ἐστι δὲ τὸ συναποσταλὲν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ συνοδικὸν γράμμα, τοῦτο.

Ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ θεαπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, τοῖς κατὰ ἑκάστην ἐπαρχίαν τε, καὶ πόλιν, ἐπισκόποις τε, καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ.

Συναχθέντων ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, μικρῷ πρός. καὶ τὰ λοιπά.

A pertam habentes, certiq. quòd singulas Ecclesias, tamquam qui cum sancto magnoq. Concilio Ephesino societatem habeant, circumcursitantes, vnumquemlibet circumuenire, populorumq. & cleri communionem modis omnibus aucupari studeant; in hoc sollicite incũbentes, æquũ iudicauimus, simulatque sanctissimus, Deoq. per omnia dilectissimus Maximianus magnę ciuitatis Episcopus institutus est, has litteras vna cũ eo ad vos transmittere; quò statum, artesq. illorum perspectas habentes, ipsos ipsorumq. communionem auersemini. Vt autem securiores sitis, & sciatis quòd nõ litteris tantum nostris paretis, sed etiã decretis sanctæ & œcumenicæ Synodi Ephesi congregatæ, subiecimus synodicas litteras, vt vos ex illis certiores reddamini de ijs quæ contra schismaticos, & Nestorianos decreta sunt; & qualis item pœna illis constituta est, qui cum ipsis communicare præsumpserint. Vniuersam quæ vobiscum est fraternitatẽ, & nos & qui nobiscum sunt, salutamus omnes. Valete in Domino, & orate pro me, Deo dilectissimi fratres.

Subscripserunt simili modo & reliqui quoque prænotati Episcopi.

Scriptum autem synodale vna cum hac epistola missum, huiusmodi est.

C Sancta & œcumenica Synodus ex decreto pijssimorum Imperatorum nostrorũ Ephesi congregata, singularũ prouinciarũ ac ciuitatũ Episcopis, presbyteris, diaconis, & vniuerso populo.

CVm essemus in Ephesiorum metropoli secundum pias Imperatorum litteras congregati, defecerunt à nobis quidam numero paulo plus triginta, &c. *Habetur 3. act. vij. pag. 498.*

ΙΣΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ, ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ παρὰ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Μαξιμιανοῦ πρὸς Κύριλλον ἀρχιεπίσκοπον Αλεξανδρείας.

D

Τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ εὐλαβεστάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Μαξιμιανὸς ἐπίσκοπος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΕπλήρωταί σοι τὰ τῆς ἐπιθυμίας, θεοφιλέστατε· ἠνύσταί σοι ὁ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας σκοπός· εἰς πέρας ἐλήλυθεν ὁ ὑπὲρ εὐσεβείας πόθος. θέατρον ἐγένου καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἱερεῦσιν. οὐ μόνον ἐπίστευσας εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαθες. μόνος ἄξιος ἐκρίθης τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, καταξιωθεὶς τὰ στίγματα αὐτοῦ ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι βαστάσαι. ὡμολόγησας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὡμολογήθης παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ἀνεδήσω τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας στεφάνους. πάντα ἴσχυσας ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Χριστῷ. ἐταπείνωσας τὸν σατανᾶν διὰ τῆς ὑπομονῆς. κατεγέλασας κολαστηρίων. ἐπάτησας θυμὸν ἀρχόντων. λιμοῦ κατεφρόνησας· ἔσχες γὰρ τὸν ἄρτον, τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθόντα, καὶ ζωὴν δεδωκότα τοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἄνωθεν. ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπελείφθημεν τούτων, τὰ μὲν αἰσθητῶς παιδευόμενοι ἐνταῦθα, τὰ δὲ ἐν τῇ ἐκοῇ τῆς θλίψεως τῆς περὶ ὑμῶν; πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀντικαταστάντων, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμο-

E

* παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν ἀγγέλων

* ὑμετέρας, πρὸς

EXEMPLVM EPISTOLAE SCRIptæ à Maximiano creato Episcopo Constantinopolitano, ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum.

Religiosissimo & reuerendissimo comministro Cyrillo, Maximianus Episcopus in Domino salutem.

EXpletum est desiderium tuum, Deo deuotissime; perfectum est quod religionis causa susceperas; ad finem perductum est pietatis tuæ votum; spectaculum factus es & Angelis & hominibus, vniuersisq. Christi sacerdotibus. Neque enim solum in Christum credidisti, sed etiam pro ipso passus es: solus dignus habitus es qui ferres Christi passiones, qui stigmata illius in corpore tuo portares. Confessus illum coram hominibus, promeritus es vt ipse te confiteretur coram Patre, in conspectu sanctorũ Angelorum. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certãtibus debentur: potuisti omnia in Christo, qui te confortauit: humiliasti satanam per patientiã; contempsisti tormenta, conculcasti furorem Principum, famem pro nihilo duxisti. Panem enim habebas, qui de cælo descendens, cælestem vitam hominibus dedit. Quia vero nos nec ab his absuimus, dum & hic sensibiliter castigamur, & vestras afflictiones, quas, dum principatibus & potestatibus, dũ

XVII.

1. Cor. 4. b. 9.

Philip. 1. d. 29.

Galat. 6. c. 17.

Matth. 10. d. 32.

Ioan. 6. d.

Ephes. 6. b.

mundi dominis & tenebrarum ſæculi huius rectoribus,dum nequitiæ ſpiritibus reſiſtitis, toleraſtis , auditione accepimus , & quia ad magnæ huius ciuitatis Archiepiſcopatum promoti ſumus ; dignare , Deo dilectiſſime , & precibus nos fulcire, & conſilijs informare , & omni denique beneuolentiæ ſtudio proſequi , vt hac ratione illud Scripturæ dictum in nobis adimpleatur: Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma . Vere enim ſpiritalis dilectio munita ciuitas eſt , quæ neque cuniculis à diabolo ſuffodi, neque ſcalis ab eodem poteſt ſuperari. Neque enim illa bellicis ſatanæ machinis cedere nouit , vt quæ à Chriſto Domino cuſtodiatur, Chriſto vtique illo,qui & mundum hunc deuicit, & ſempiterna bona tibi præparauit, qui dixit: Qui non accipit crucem ſuam , & ſequitur me , non eſt me dignus . Cum itaque Chriſto Domino dignus euaſeris , propterea quòd crucem tuam ſuſtuliſti, & illum ſecutus es,Chriſtum pro nobis deprecari ne omittas , fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogatiuas eſſe ratus . Vale in Domino,& pro me,Deo dilectiſſime & ſanctiſſime frater ac comminiſter, ora .

Prou.18. c.19.

Matth.10. c.38.

κεφάτος τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, παρεχώρησεν δὲ εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς μεγαλοπόλεως, καταξίωσεν, θεοφιλέστατε, ἀκοῆς τε ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, καὶ συμβουλῆς φιλοτιμῆσαι, καὶ πάσῃ τῇ ἡμᾶς κατηχῆσαι ἀνάγκῃ ὥστε πληρωθῆναι καὶ ἐφ' ἡμῖν τὸ γραφικὸν ῥητόν· ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά· ἀληθῶς γὰρ ἡ πνευματικὴ ἀγάπη πόλις ἐστὶν ὀχυρά, οὐ δυναμένη κατασκαφθῆναι, οὔτε πολιορκῆσαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου οὔτε ὑποσκαφῆναι, οὔτε καταβῆσαι, οὔτε γὰρ ἔοικε ταῖς ἐλεπόλεσι τοῦ σατανᾶ, διὰ τὸ φυλάττεσθαι τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάττεσθαι, Χριστοῦ, τὸν κόσμον νικήσαντος, καὶ τὰ αἰώνια σοι ἀγαθὰ ἑτοιμάσαντος, τοῦ εἰρηκότος· ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ἄξιος οὖν ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάττεσθαι, Χριστοῦ τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθῆσαι ὀπίσω μου, ἡγούμενος, μὴ ἀμέλει τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας, τὰ τῆς ἀδελφικὰς καταρθώματα, οἰκείας σωτηρήματα λογιζόμενος. ἔρρωσό μοι ἐν κυρίῳ, ὑπερεύχου μου, θεοφιλέστατε, καὶ ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, καὶ συλλειτουργέ.

CYRILLI EPISCOPI EPIſtola ad Maximianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

Reuerendiſſimo , Deoq. dilectiſſimo comminiſtro Maximiano , Cyrillus in Domino ſalutem .

XVIII. OPportune, vt arbitror , conuenienterq. hoc tempore, quo tua integritas exoptatũ illud ſacerdotium ſortita eſt , cum Propheta nobis dicere liceat : Lætẽtur deſuper cæli, & exultet vniuerſa terra,& clamet cum lætitia . Etenim os illud, quod magna loquebatur , contra Saluatoris noſtri gloriam vltra ſe non extollit; neque cornu more ſuo amplius in altum ſubrigit , neque iniquitatem ,Domino qui nos redemit,negato,contra Deum amplius loquitur . Redemit enim nos IESVS Chriſtus,vnus & ſolus & verus Dei & Patris filius,non corruptibilibus argento vel auro, ſed magis ponens animam ſuam pro nobis , & ſemetipſum offerens immaculatũ ſacrificium Deo & Patri in odorem ſuauitatis; & ſuum ipſius ſanguinem dans redemptionem pro vita omnium . Cunctis enim pretioſior erat ; immo vero ſupra vniuerſam creaturam , quamuis homo perfectus,nobisq. ſimilis factus ſit,illud inquam vnigenitum Dei Verbum ; non ob id tamen verſionem,aut alterationem , aut illam plurimorum ſermone iactatam confuſionem aut mixtionem perpeſſum , nec in id , quod ante non erat , demutatum . manſit autem potius & in noſtra natura quod prius erat . Creditur namque , vereq. eſt , viuens ſubſiſtensq. Dei Patris Verbum . Sed agedum,tamquam ab vna lingua, vnoq. Dei amante animo rectæ Fidei confeſſionem illi offeramus,dicentes cum beato Baruch:Hic eſt Deus noſter,

2.Paral. 16.d.31.

Pſal.74. a.5.

1.Petr. 1. c.18.

Ioan.10.b

Epheſ.5.a. 2.

Epheſ.2.b. 1.Tim.2.

Baruch.3. d.36.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ πρὸς Μαξιμιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ θεολαβεστάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Μαξιμιανῷ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡέπον οἶμαι, ᾗ νῦν εἶναι, τῆς σῆς πλείστης τὴν πολύδακρυν ἡμῖν λαχούσης ἱερωσύνην ἐφεσπέσθω ὁ ἱερὰν ᾠδὴν· χαιρέτω δὲ ἡ σύμπασα γῆ, καὶ βοάτω μετ' εὐφροσύνης, τῷ δὲ σεσῳσμένῳ φωνάτω. εἰ γὰρ ἔπρεπε λαλοῦν μεγάλα, τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καταπαύεται δόξης· οὔτε μὴν ὁ πρὸ ὁρᾶν εἰωθὼς, τὸ κέρας εἰς ὕψος ἐπαίρει, ἢ ἀδικίαν λαλεῖ κατὰ τοῦ θεοῦ, τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς ἑαυτῷ τιμίῳ δραστηρίῳ. ἐξεπρίατο γὰρ ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ εἷς τε, καὶ μόνος, καὶ ἀληθῶς υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, ὁ φθορᾶς, δηλονότι, ἢ χρυσίου, τιθηνὸς δὲ μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν τῷ ἑαυτοῦ ψυχῷ, καὶ εἰς ἄμωμον ἱερεῖον ἑαυτὸν προσκομίσας εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ, καὶ πατρί· καὶ δὴ καὶ ἀντάλλαγμα τῆς πάντων ζωῆς τὸ ἴδιον αἷμα. καὶ γὰρ ἦν ἀπείρατον ἀχράντου πρὸς· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ἡ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς τέλειος ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, οὐ τροπὴν, οὐκ ἀλλοίωσιν, οὐ τὸν θρυλλουμένην ἀνάχυσιν σύμμειξιν, οὐ φυρμὸν, οὐ μετάπτωσιν, τὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τοῦτο, ὅπερ ἦν. πιστεύομεν δὲ, καὶ ἔστιν ἀληθῶς ζῶν τε, καὶ ἐνυπόστατος λόγος τοῦ πατρός. φέρε πάντως ὡς ἀπὸ γλώττης μιᾶς, καὶ θεοφιλοῦς διανοίας, τῆς ὀρθῆς πίστεως τὸν ὁμολογίαν αὐτῷ προσφέρωμεν, λέγοντες μετὰ τοῦ μακαρίου Βαρούχ· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν·

ἡμῶν· ἀλλοιωθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν παιδείας· καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ιακὼβ, τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ισραὴλ, τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὁ γὰρ ἕτερος μὲν οὐκ ἦν υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ πατὴρ, ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ χρόνων, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς γένεσιν, ἕτερος δὲ πάλιν ὁ ἐπ' ἐσχάτης τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ σάρκα γεγονημένος· ὁ αὐτὸς δὲ μᾶλλον σπέρματος Αβραὰμ ἐπιλαβόμενος, κατὰ τὸν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, καὶ ὡς ἔπος πλησίον ἡμῖν μετέσχηκεν αἵματος, καὶ σαρκὸς, ὁμοιωθεὶς δὲ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, τουτέστιν, ἡμῖν, δίχα μόνης ἁμαρτίας. ἑνωθῆναι γὰρ μὲν ψυχῇ νοερᾷ προσομολογοῦμεν τὸν ἐνανθρωπήσαντα αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα. ἐπὶ γὰρ τῆς τοῦ Φρεσβλαβοῦς Απολιναρίου προσκείμεθα δόξαις. ἀναθεματίζομεν δή, Φρονεῖν ὀρθῶς, Απολινάριόν τε, καὶ Αρειον, καὶ Εὐνόμιον, καὶ σὺν αὐτοῖς Νεστόριον. τὴν γὰρ ἄνωθεν ἡμῖν παραδοθεῖσαν πίστιν, ὡς ἄγκυραν ἐχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε, καὶ βεβαίαν, καὶ κατὰ γεγραμμένον. ὁμολογοῦμεν τοίνυν, ὡς ἔφην, ἕνα, καὶ μόνον, καὶ ἀληθῶς υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστόν· τὸν αὐτὸν ἀόρατον καὶ θεὸν, καὶ λόγον ἐκ πατρὸς, καὶ ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς· καὶ κατὰ νόμον ὡς θεὸν, καὶ ὑπὲρ νόμον διὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἐν ἀξιώματι τῷ δεσποτικῷ καὶ φύσιν, καὶ ἐν δούλου μορφῇ διὰ τὴν οἰκονομίαν. ταύτην ἡμῖν παρέθεντο τὴν παράδοσιν καὶ λόγοι Μωσαϊκοὶ, καὶ προφητικαὶ προρρήσεις προφητικαὶ, ἃ δὴ καὶ οὗτοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ μεθ' ἡμᾶς οἱ ἐκ τῶν ἡμετέρων γεγονότες ἅγιοι πατέρες· οἱ δὲ γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, τὴν πίστιν ἀπομιμούμεθα· τουτέστι, τὰ αὐτὰ καὶ φρονεῖν αὐτοῖς, καὶ λαλεῖν, ἀπευθύζομεν, κατ' εὐθεῖαν τρόπων ἔξω φερόμενοι τῆς εὐσεβείας ἀνεχόμενοι τρίβου· μεμνήμεθα γὰρ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς βοώσης· ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσὶ καὶ τὰς ὁδούς σου κατεύθυνε. οἱ μὲν γὰρ τὰς ὀρθὰς πεμώντες τροχιὰς, καὶ σκοπὸν τρέχουσιν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐν Χριστῷ· οἱ δὲ τῆς ἀποστολικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως ἀλογήσαντες, καὶ τὴν νεωτερίαν, καὶ ἀσωφελῆ, καὶ καταγέλαστον ὡς ἀληθῶς τῆς ἑαυτῶν ἀφροσύνης πεμώντες εὕρεσιν, ἀνθυπέστησαν τῇ πάντων μὴ μετάρσια ὄρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. οὐ γὰρ ἀσφαλὴς τῶν φιούτων ἡ ὁδός· καμπαὶ γὰρ μᾶλλον αἱ τροχιαὶ, καὶ εἰς πέτρων ἀδὲ, καὶ παγίδα ἀνέτου καταπομίζουσιν. καί μοι δοκεῖ σοφὸς ὢν ἄρα ὁ Σολομὼν, ἀσεμνῳ γυναικὶ τὸ ἐπάρατον τῶν αἱρέσεων ἐπιθεῖναι πρόσωπον, εἶτα ἐπεὶ αὐτῆς εἶπεν, ὡς χρὴ παραπίπτειν, καὶ φεύγειν τὴν τοιαύτην γυναῖκα· ἥ τίς ἐστιν ἀπάτημα, καὶ πλατεῖα καρδία αὐτῆς, δέσμος εἰς χεῖρας αὐτῆς· ὁ ἀγαθὸς ἐπὶ προσώπου τοῦ θεοῦ, ἐξαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς· καὶ ὁ ἁμαρτάνων, συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. ἀλλ' ἐξῃρήμεθα μὲν ἡμεῖς τῆς τοῦ ἁρπάζοντος ἀπολήγου παγίδος· σεσώσμεθα δὲ διὰ τοῦ

A noſter,& non æſtimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ,& tradidit illam Iacob puero ſuo,& Iſraëli dilecto ſuo. Poſt hęc viſus eſt in terra, & cum hominibus cõuerſatus eſt. Neque enim alius quidẽ erat Dei & Patris Filius, qui ante omne æuum & tempus fuit, per quem omnia quoque ad ortum perducta ſunt; & alius rurſum,qui nouiſſimis ſæculi temporibus ex ſancta Virgine ſecundum carnem natus eſt;ſed vnus idemq. potius, qui ſemen Abrahæ, iuxta beati Pauli vocem,apprehendit,& carnis ac ſanguinis perinde ac vnus ex nobis particeps factus, fratribusque,hoc eſt nobis,per omnia,ſolo peccato excepto,aſſimilatus eſt. Sed & corpus quoque ipſi vere vnitum anima intelligente animatum confitemur. Neque enim væſani Apollinarij commentis adhæremus; ſed rectam ſententiam tenentes,Apollinarium,& Arium,& Eunomium, & cum illis Neſtorium quoque anathematizamus. Fidem namque initio nobis traditam,ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, ſicut ſcriptum eſt. Confitemur itaque Dominum noſtrum IESVM Chriſtum vnum & ſolum & verum, vt modo dicebamus, Dei & Patris Filium; ſcientes eumdem ex Patre quidem & Deum & Verbum eſſe,hominem vero ex muliere: eumdem rurſus ſupra legem tamquam Deum; ſub lege autem propter humanæ naturæ conditionem: eumdem in domini dignitate exiſtentem ſecundum propriam naturam; in forma autem ſerui propter incarnationis diſpenſationem. Hanc nobis traditionem commendarunt Moyſis ſermones, ac propheticæ prædictiones, & illi ipſi præterea, qui Verbi huius ab initio miniſtri & ſpectatores extiterunt; tum ſancti quoque Patres,qui nos anteceſſerunt, vitæq. ſermonem habentes,luminaria mundi facti ſunt. Quorum proinde conuerſationis exitum ſpectantes fidem imitamur,hoc eſt, eadem cum ipſis ſentire & loqui ſatagimus, nullo pacto ſuſtinentes, vt à recto pietatis tramite declinemus: Meminimus enim diuinæ Scripturæ ita clamantis: Rectas ſemitas fac pedibus tuis, & vias tuas dirige. Nam qui rectas ſemitas magnificiunt, hi ad deſtinatum currunt, ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto. Qui vero Apoſtolica & Euangelica traditione contempta,nouitiam, "inutilemq. ac ſane ridiculam mentis ſuæ adinuentionem in pretio habent,hi ab omnibus audiant: Non transferas terminos ſempiternos, quos poſuerunt patres tui. Non eſt enim recta eiuſmodi hominum via; ſed peruerſæ eorum ſemitæ,atque in profundum inferni & mortis laqueum præcipitẽ agunt. Ac mihi videtur ſapientiſſime Salomon impudenti mulieri perſonam cuiuſcumque hęreſis imponere: quam proinde mulierem vitandam ac fugiendam eſſe admonet, quæ laqueus eſt; & ſagena,cor eius; vincula ſunt in manibus eius. Qui bonus ante faciem Dei,cruetur de illa: qui autem peccator eſt,capietur in illa. At è venatoris huius inexplebili laqueo erepti, & per Chriſtum om-

Hebr.4.c.

Hebr.6.c. 19.

Luc.1.a.

Philip.2. c.15.

Prouer.4. d.26.

Philip.3. b.14.

" pernicioſamq.

Prouer.22 d.28.

Num.22. d.32.

Prouer.2. b.& 9.c

Eccls.7. d.27.

omnium noſtrum Saluatorem ſalvati ſumus: quẽ & Deum eſſe credentes, & genitricem illius ſecundum carnem Deiparam eſſe profitentes, accedimus ad eum dicentes: Viuificabis nos, neque recedemus à te, & nomini tuo confitebimur in ſæcula. Horum autem omnium exoptatiſſimorum bonorum cauſa & conciliatrix nobis extitit diuina illa arcanaq. ac ſuperna ſententia, & illa cæleſti nutui conſentiens religioſiſſimi Chriſtiq. amantis Regis voluntas. Decebat namque illius ſerenitatem, vt non modo viſibiles, verum etiam inuiſibiles hoſtes expugnaret: tum rurſum, vt non tantum barbaricas phalanges conteret, ſed diaboli quoque improbitatem enerauaret: tum denique, vt per tuam pietatem, eorum qui in Chriſtum credunt, ſecuritati conſuleret. Qui enim temere in Eccleſia nugabatur, blaſphemijsq. effrænato ore Chriſtum inſectabatur, à ſacris diuinisq. atrijs amotus eſt. In cuius locum integritas tua veluti pacis planta, vt ſcriptum eſt, ſucceſſit. Et hoc rurſum illuſtre pij Regis munus eſt, præuio, vt modo aiebam, cæleſti ſuffragio. Proinde congratulamur etiam vobis rectam inculpatamq. Fidem habentibus. Surrexit enim ſacrorum miniſter, quem ſcitis, & diuturnum tempus vobis commendauit, & ipſa rerum experientia decorauit: quiq. in ſollicitudine pro vobis gerenda multum temporis inſumpſit, venerandamq. adeo canitiem emiſit. Oportebat enim, oportebat ſelectis Saluatoris noſtri gregibus ſapientem peritumq. præſidem dari, cui animus eſſet paſtòrali induſtria refertus, quiq. pabulo bono & loco paſcuo paſcere ſciret; qui denique rebus ipſis probatus foret, tamquam fidelis ſincerusq. œconomus. Qui enim ita viuere inſtituerunt, eos Chriſtus recipit, & quouis honore dignos cenſet: ſecus vero affectos, à miniſterio quod ipſis crediderat, explodit. Quod dicimus, verum eſſe, ex ſacris litteris perfacile cognoſcas. Loquitur enim alicubi Deus ad beatum prophetã Eſaiam:

Eſai.22.v. 15. Vade in paſtophorium ad Sobnam quæſtorem, & dic ei: Quid tu hic, & quid tibi hìc eſt? Ecce Dominus Sabaoth eijciet & conteret virum: & auferet ſtolam tuam, & coronam tuam glorioſam; & abijciet te in regionem latam & immenſam, ibiq. morieris, & tolleris à diſpenſatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum ſtola tua, & coronam tuam dabo ei, & diſpenſationem tuam dabo in manus eius: & erit tamquam pater omnibus habitantibus in Hieruſalem, & qui habitant in Iuda: & dabo ei gloriam Dauid; & principatum geret, & non erit qui contradicat: & ponam eum principem in locò tuto; & erit in thronum gloriæ domni patris ipſius: & fiduciam in eum habebit quiſquis glorioſus eſt in domo patris eius, à modico vſque ad magnũ; & pendebunt ab eo die illa. Hæc vero dicit Dominus exercituum: Amouebitur homo, qui iam in loco tuto confirmatus eſt, & cadet; & auferetur

A πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστὸν· ὃν καὶ θεὸν εἶναι πιστεύοντες, ὁμολογοῦντες δὲ θεοτόκον καὶ τὴν κατὰ σάρκα τεκοῦσαν αὐτὸν, αὐτῷ προσιμεν, λέγοντες· ζωοποίησον ἡμᾶς, καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ· καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἁπάντων δὲ τούτων ἡμῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν μέσος γέγονε παράξενος ἡ θεία τις, καὶ ἀπόῤῥητος, καὶ ἄνωθεν ψῆφος, καὶ ἡ τοῖς ἄνωθεν νεύμασι συντρέχουσα γνώμη τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως. ἔπρεπε γὰρ τῇ γαληνότητι αὐτοῦ, μὴ μόνον ὁρατοὺς καταπολαίειν ἐχθροὺς, ἀλλὰ δὴ καὶ τούτῳ καὶ ἀοράτους, καὶ βαρβαρικὰς μὲν συνθραύειν φάλαγγας, ἀπράκτους δὲ καὶ τὰς τοῦ διαβόλου δυσκρασίας ἀπενεργεῖν, καὶ τοῖς εἰς Χριστὸν πεποιθόσι διὰ τῆς σῆς θεοσεβείας περιποιεῖν τὴν ἀσφάλειαν. ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖ βασιλεύων ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ δυσφημίας ἀκρατὴς αἰσίγων τὸ στόμα, τῆς ἱερᾶς τε, καὶ θείας ἐστερήθη αὐλῆς, ἀποπεσὼν, καὶ ἀπεβλάσφησεν ἡ σὺ πλειότης, ὡς φυτὸν αἱρόμενος, καὶ τὸ μεχαμμένον. ξένιον δὲ καὶ τοῦτο βασιλέως ἀσεβοῦς λαμπρὸν, ποθουμένης, ἧς ἔφλυ, τῆς ἄνωθεν ψήφου. συνοδόμεθα τοίνυν καὶ ὑμῖν, τοῖς τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀμώμητον, ἔχουσι πίστιν· ἐγήγερται γὰρ ἱερουργὸς αὐτῇ, ὃν ἴστε, ἐκ χρόνου ὑμῖν παρέσχετο μακροῦ· καὶ αὐτὴ δὲ τῶν πραγμάτων ἐπεφαύσατο ἡ πεῖρα· ἀνὴρ τῆς εἰς ὑμᾶς ἀγαθῆς φροντίδος μακρὸν ἀπανηνέγκατο χρόνον, καὶ τὴν οὕτω πάνσεμνον πολιὰν ἐξελιπαρῶς. εἶδε γὰρ, εἶδε, τῆς ἐξαιρέτοις μάλιστα τοῦ σωτῆρος ἀγέλαις πόθον τε, καὶ ὀπτημένα δοῦναι τὸν ὀπτησόμενον, τοιμενικῆς ἀπραγίας ὀπάτιμον ἔχοντα τὸν νοῦν, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ ποίᾳ κατειμένῃ εἰδότα, δεδοκιμασμένον δὲ ἀπὸ πραγμάτων, ὡς πρὸν, καὶ γνήσιον οἰκονόμον. τοὺς μὲν γὰρ οὕτω ζῆν εἰωθότας καὶ προστάτην Χριστὸν, καὶ λόγου πάντας ἀξιοῖ, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἐξίστησι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς οἰκονομίας. καὶ τοῦτό ἐστιν ἀληθὴς ἰδεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἔφη γοῦν που θεὸς τῷ μακαρίῳ προφήτῃ Ησαΐᾳ· πορεύθητι εἰς τὸ παραφόρημα πρὸς Σωμαν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· τί σοι ὧδε; καὶ τί σοί ἐστιν ὧδε; ἰδοὺ κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ, καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα, ἐ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην, καὶ ἀμείτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ, καὶ ἀφαιρεθήσῃ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας σου, ἐ ἐκ τῆς λειτουργίας σου. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καλέσω τὸν παῖδά μου Ελιακείμ, τὸν τοῦ Χελκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ, ἐ τὴν ἐξουσίαν σου δώσω εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ· ἐ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ιερουσαλὴμ, ἐ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ιούδᾳ· καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαυὶδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, ἐ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων· καὶ στήσω αὐτὸν ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ· καὶ ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἔσται πᾶσιν ἐπ' αὐτὸν πᾶς ἔνδοξος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου καὶ ἕως ἀπηρεμαίνει αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. τάδε λέγει κύριος Σαβαὼθ· κινηθήσε ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἐστηριγμένος ἐν

Pſal.79.c. 18.

Eſai.22.v. 15.

νος ἐν τόπῳ πεσῶ, καὶ πεσοῦμαι, ἢ ἀφαιρεθήσεταί μου ἡ δόξα ἡ ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὁ κύριος ἐλάλησεν. ἀγαπᾷ τοίνυν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὸν πιστὸν ἀληθῶς, καὶ γνήσιον οἰκονόμον τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον, ὡς βέβηλον, ἀποστρέφεται. εὐμηχανοῖτο δὲ ὅπι τῇ σῇ ὁσιότητι, καὶ τοῖς ἄνωθεν δῶρεαῖς χαρίσμασι πλουσίᾳ χειρὶ, πληροῖτο μεν· ἵνα τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦσα λόγον, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἐχνηλατοῦσα πίστιν, ἀδόκιμος ἀφαιρεῖται δόξης θεοῦ τε, καὶ ἀμοιβῆς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ, τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. ἀσπάζεται τὴν σὴν ὁσιότητα ἀδελφότης· ὅπι σε ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ συμπορεύεται. ἐρρῶσθαί σε, καὶ μιμνήσκεσθαι ἡμῶν, τῷ κυρίῳ εὐχόμενον, ἀλλαβέσθαι, καὶ γνησιοφιλίσασθαι ἀδελφέ.

A tur ab eo gloria quæ eſt ſuper eum, quia Dominus loquutus eſt. Diligit itaque omniũ Deus vere fidelem ſincerumq. œconomũ; eum vero qui talis non eſt, tamquã profanum auerſatur. Hic, vt ſperamus, ſanctitati tuę opem feret, eamdemq. opulenta manu cæleſtibus donis exhilarabit; quò verbum veritatis recte tractando, & ſanctorum Patrum Fidei veluti veſtigijs quibuſdam inſiſtendo, laudabilis perſeueret per miſericordiam & beneuolentiam Chriſti ſaluatoris noſtri omniũ: per quem & cum quo, Deo & Patri cum ſancto Spiritu, gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen. Saluta fraternitatem, quæ tecum eſt. B Salutat te, quæ mecum eſt, in Domino. Valere te, noſtri memorem, precor à Domino, reuerendiſſime Deoq. dilectiſſime frater.

CYRILLI EPISCOPI EPISTOLA ad Iuuenalem Epiſcopum & ceteros Concilij Legatos Conſtantinopolim miſſos.

Dominis deſiderabilibus & Dei cultoribus & comminiſtris Iuuenali, Flauiano, Arcadio, Proiecto, Firmo, Theodoto, Acacio, & Philippo presbytero, Cyrillus in Domino ſalutem.

XIX. SAtisfactum nobis eſt iterum, & ipſo experimento cognouimus, quia veritas viuit & vincit, ſecundum Sancti vocem: reſiſtit autem ei omnium nihil: eſt autem ſic validiſſima, vt inſurgat aduerſus omnes inimicos, & reſiſtẽtium ſibi virtutem ſoluat. Ecce enim, ecce falſe quidem loquentium ora deſtruxit, & illicitarum blaſphemiarum caligo ceſſauit; reſplenduit autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato Epiſcopo ſecundum decretum Dei atque Concilium per ſanctitatem veſtram reuerendiſſimo & Dei D cultore Maximiano, quem etiam & longa ætas ornauit non in deſidijs & delicijs conſtitutum, ſed in laboribus & virtute; & qui multa rerum decoratus eſt cura pro veritate & dogmatibus pietatis. Congaudens igitur vniuerſis Eccleſijs & populis ibidem conſtitutis, merito proclamabo: Benedictus Dominus, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Non enim poterat dormitare ſic bonus paſtor, vt etiam ſuam animam poneret pro ouibus: & ſemper ſaluificare ſciens, antiquam quidem beſtiam à ſacra & diuina aula repulit, ſapientiſſimum autem & totius virtutis inſignem præceptorem elegit, E quem etiam credimus decorari in omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem, gubernare ſub ſua manu populum conſtitutum. Incolumes vos eſſe in Domino, & noſtri memores, oramus, cariſſimi & deſideratiſſimi.

omnino

obſtruxit,

Luc.1.g. 68.

Ioan.10.b

malignam

EPISTOLA SANCTAE MEMORIÆ Cæleſtini Papæ, poſt damnationem Neſtorij ad ſanctam Synodum Epheſinam ſcripta.

Cæleſtinus Epiſcopus ſanctæ Synodo apud Epheſum conſtitutæ.

XX. TAndem malorum fine gaudendum eſt; tandem nobis omnibus in commune dicendũ: Dextera tua Domine glorificata eſt in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos. Propriene namque ipſi confracti ſunt, quando iniqua loquentium, dicente Dauid, os videamus eſſe obſtructum. Huiuſce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores nobiſcũ videmus fuiſſe fidei defenſores; qui conuenientes in vnum, & ſecundum Apoſtolum, non quæ veſtra ſunt quærentes, ſed quæ Chriſti IESV, negotium Domini communis egiſtis. Apud vos ergo de veſtra loquimur ſanctitate, quorum in omnem terram ſonum gaudemus exiſſe, cum & in finem eiuſdem orbis prædictæ veritatis à vobis verba venerunt. Deus noſter non patitur latere quod præſtitit: quia numquam beneficia ſuperna cælantur. Ita namque fit, vt tanto munere innoteſcente cæleſti, pro voluntate diuina, ſicut ſcriptum eſt, omnis homo ſaluus fiat, & veniat ad ſcientiam veritatis. Loquor ergo victoribus, & qui in prælium ſolam contra hoſtem portauerunt Fidem, quæ & Ioanne Apoſtolo dicente, vicit & mundum: vobis eiuſdem proprie perſcribo ſermonibus, qui ſecundum diuinam paginam, vt patres cognouiſtis quod ab initio eſt; & vt iuuenes, dum fortes eſtis, & verbum Domini in vobis manet, viciſtis malignum. In talibus ſocijs gratulantes, de hoc euentu minime dubitamus. Habuit animum noſtrum fiducia ſuperandi, qui vobis videremus diuinæ cauſæ pondus incumbere, quos bene admodum noueramus, ſecundum illud propheticum, odiſſe congregationem malignorum, & cum impijs non eſſe ſeſſuros. Obtinui ergo quod credidi, quia contra nocentes atque peruerſos, ſicut ſupradictus ait, innocentes & recti adhæſerunt mihi. Vna igitur eademq. relatione per filios noſtros religioſos & Deo amabiles viros Ioannẽ presbyterum & Epictetum diaconum, deiectionem iuſtam, & exaltationem didicimus iuſtiorem; illud quod in Euangelio legimus, appro-

Exod.15. 6.6.

Pſal.62.b. 12.

fidelis Dei ſacerdotes;

Philip.2. 6.21.

Pſal.18.a

1.Tim.2. 4.4.

ego

1.Ioan.5. 6.4.

1.Ioan.2. b.13.

Pſal.25.a. 5.

Pſal.24.d. 22.

Luc.1. f. 58. bantes, quia Deus noſter exaltat humiles, & po-
tentes de ſede deponit. A qua ſententia ille no-
Eccli.10. c.21. ſter ſapientiſſimus minime deuiauit, qui ait, à
Deo noſtro humilium ſeruatam memoriam, &
perditam ſuperborum. Quod quando magis vi-
deatur impletum, quàm nunc, cum Saluator no-
Pſal.18. b.6. ſter parans bene meritos honorare, oſſa homi-
num ſibi placentium diſſipauit, & prouiſo paſto-
re digniſſimo, feralem lupum de ouilibus ſuis im-
maculatus agnus eiecit? Legimus eius à veſtra
fraternitate ſcripta præconia; nec quiſquam no-
ſtrum mirari potuit, quia nota dixiſtis. Aſſertio
impendatur incertis: teſtimonium comperta
non quærunt. Bonorum hunc actuum palæſtra
ſemper exercuit: talem hunc didicimus, qualem
in litteris inuenimus: talem certe, vt breuiter di-
cam, qualem doctor noſter eſſe præcepit ſacer-
dotem, vt conuenienter omnium iudicio merea-
Ioan.1. g. 47. tur audire: Ecce homo vere Iſraëlita, in quo do-
lus non eſt. Nonne laudibus in eum veſtris iſta
conueniunt? Taliter denique quæ dixiſtis, audi-
ſtis. Talem ſucceſſorem quærebat ſanctæ me-
moriæ Siſinnij beata ſimplicitas, vt locum ſuum
non niſi ſui ſimilis obtineret. Etenim melius agi-
mus, ſi abſtinẽtes iam ab illius ſacrilegi nomine,
ſedem vacaſſe dicamus. Actum eſt diuino iudi-
cio, vt hunc Eccleſia pro remedio mereretur.
Denique diſcordiã ſuſtulit, & concordiam reddi-
dit ordinatus. Quid non poterit præſtare per
tempora, cuius hoc primordia præſtiterunt? Hæc
de eo inuicem dicimus, quem pax reparanda
quærebat. Interfuimus, nec nos dixerimus ab-
ſentes, cum eius capiti verba myſtica dicerentur, cum redderetur omnibus diuina lætitia ſalu-
taris: poſtremo nemo illic catholicorum defuit,
vbi omnes in commune vicerunt. Lætati præte-
rea ſumus de hoc clementiſſimi & Chriſtianiſſi-
mi Principis teſtimonio, cùm epiſtolis dilectio-
nis veſtræ eius ſententiam videremus eſſe con-
Prouer.21 a. cordem. Nec mirum eſt, ſi cor regis, quod eſt in
manu Dei, cum his ſenſerit, quos eius nouerit ſa-
cerdotes. Itaque ſermo regalis diuinas res exe-
ad Chriſo. quendo militauit Auguſto. Felix imperium, cui
militat exequutio diuinorum: nec hic minus fe-
lix, quem prædicat dominatio mundanorum.
Hoc teſtimonio dignus eſt qui ordinandus pro-
bari, non qui improbari potuit ordinatus. Sci-
mus quo itinere ſanctus frater & coëpiſcopus no
ſter Maximianus, quibus gradatim ſtipendijs ad
faſtigium ſacerdotale peruenit. Non hunc diui-
tiarum gloria, non velut * in potentia cupidum,
qui ſolet ineſſe ambientibus, honorum ſaltus eue
Matth.24 fqq. xit: ſuffragio pauperum, quibus fidelis ſeruus &
prudens cibum dabat in tempore, ſuper omnia
Domini ſui conſtitutus eſt bona. & tamen etiam
¶ deſiderium fuit Epiſcopatus, non niſi propter
1.Tim.3.a opus bonum, ſicut ait Apoſtolus, concupiuit. ita
Deus noſter & quid velimus, & cur velimus at-
tendit. Quis dubitet poſſe magis agere præſi-
dentem, quod potuit exercere ſubiectus? Exoſus
& blaſphemus iſtud officium nõ poterat habere,
id eſt, corporum curas, qui nitebatur animas vul
nerare. Facta eſt ruina eius magna; tam ruina
magna, quàm praua doctrina. Nunc qui de præ-
teriti emendatione gaudemus, cauere nos con-
uenit in futurum, ne poſſint magis ac magis quæ
abſciſſa ſunt pullulare: quia neceſſe eſt, quocum-
que peſtis hæc loci ſit, noſtri corporis membra
vexentur, & per patiẽtiam noſtram peiora prio-
ribus nutrita videantur. Scripſimus clementiæ
Principali, vt de ſanitatis medio longius infirmi-
tas auferatur. Didicimus namque hunc Antio-
chiam reuertiſſe, atque ſibi illic, vnde venerat,
viuendi præſtitam facultatem. Innocentum exi-
tium eſt iſtud exilium. Aſpiciamus diligentius
quid illic poſſent parere, quæ illic ſunt ante con-
cepta. Non eſt notis ſuadere difficile. In oculis
eſt eiuſdem ciuitatis Eccleſia, quæ per hunc per- M. pelle
didit ſacerdotem; & tamen laboramus aduerte-
re, quis cui fuerit cauſa peccati. Niſi forte, quod
pro quiete Eccleſiarum dicimus, deceptum ſe il-
le demonſtret, deſerendo damnatum. Sed quis
illic ſperet aliquem poſſe corrigere, vbi arcem
tenere videat peruerſitatis auctorem, vbi cola-
tur ab omnibus exulatus? Magna illic eſt (quod
lugentes dicimus) deſperatio ſanitatis, vbi ſicut
Eſaias dicit, omne caput in dolore, & omne cor Eſai.1.a.5
in mæſtitia à pedibus vſque ad caput. Quando
ibi membrum aliquod habere poterit ſpem ſalu-
tis, vbi periclitatur corporis tota compago? Ela-
borate, fratres cariſſimi, elaborate obſecro, vt
vere tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fe- 1.Cor.5.a. 2.
cit. Sola decet tales homines ſolitudo. Vbi enim
debet hic inuenire ſolatium, qui ſic tractauit
vbique regnãtem? Peracta eſt à vobis totius ſum-
ma negotij: agendum nunc eſt quod inſtat & re-
ſtat, ne ſit in vacuum laboratum. Longius qui-
dem ſumus poſiti: ſed per ſollicitudinem totum
propius intuemur. Omnes habet beati Petri
Apoſtoli cura præſentes. non nos ante Deum
noſtrum de hoc poſſumus excuſare quod ſcimus.
Nam quamquam hæc quæ loquimur, ſanctitas
veſtra tacuerit; agnouimus tamen omnia dili-
gentius requirentes. Tantæ igitur cauſæ finis,
qui ſupereſt, actibus veſtris quæſo reſpondeat:
quia nolumus in modico vos deeſſe, qui maxima
peregiſtis. Adiutorio apud Reges terræ his eſto-
te quæ ſcripſimus. Norunt & ipſi quid ſuis de-
beant præſtare temporibus: ſciunt quòd catho-
licæ Fidei fundamento ſua regna ſubſiſtant. Pu-
ra ab heredibus ſanctis paternæ & auitæ credulitatis vena ſeruatur: fluit ab illis incorrupta per
poſteros, nec hanc in his aliquis vmquam limus
infecit. Cuſtodit fortis ſui fidelis curſus exor-
dium, cum id quod in origine acceptum eſt, vi-
detur in prole. Canem & operarium malum pa- Philip.3.
riter perſequamur. Facite præſentes, quod hor- a.2.
tamur abſentes. Nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus; præcipue tamen nos
conuenit Antiochenis præcipitantibus ſubuenire, quos peſtifer morbus obſedit. Abſoluamus
modis talibus ciuitatem, in qua, ſicut Actus Apo- Act.11.b.
ſtolorũ loquuntur, dicti primum legimus Chri- 26.
ſtianos. Omnibus ergo virtutem præſtemus,
quibus ſecundum religionem debere nos nouimus quod vocamur. Hanc autem ſollicitudinem
noſtram præſentes probarunt Deo amabiles filij
& cariſſimi atque animis noſtris acceptiſſimi

Ioan-

Whereas by an Act passed in the Session of Parliament holden in the Twenty-fifth and Twenty-sixth years of Her Majesty Queen Victoria, intituled "An Act for the Regulation of the Forces," it is amongst other things enacted that if any person who has been enlisted to serve in the Militia, or who has been duly balloted to serve in the Militia, and has received notice thereof, or any person who has been duly balloted to serve in the Militia, and has received notice thereof, and has been required to appear for the purpose of being attested, or of making the declaration required by the said Act, shall desert, or shall not appear at the time and place appointed for his being attested, or making the said declaration, or shall not appear at the time and place appointed for his being attested, or making the said declaration, or shall not appear at the time and place appointed for his being attested, or making the said declaration

rapax lupus ab ouilibus Dominici gregis cum A
ſæuierit excluſus, rurſus ſerpentino lapſu ad mor
tem perueniat animarum, effoſſis quà poteſt par
te cuniculis. Nec enim poteſt quieſcere, cum
prædæ ſuæ rapidus cupiat incubare. Munimen
ſanis, remedia præbete ſanandis: vallate muris
veſtræ fidei religionis catholicæ veritatem, per
quos & credentes muniti ſint, & tanti ſequaces
erroris non audeant introire. Hic enim plenus
victoriæ veſtræ fructus eſt, nihil relinquere, quod
rurſus Dei Eccleſia debeat formidare. Quem
igitur vniuerſorum eiecit ſententia ſacerdotum
in prædicatione ſacrilega perdurantem, eum ve-
ſtra clementia ab omni ſocietate remoueat, vt B
facultatem aliquos perdendi non habeat. Reli-
gioſos vero filios meos Ioannem presbyterum &
Epictetum diaconum tantæ rei nuntios cum to-
tius Eccleſiæ gratulatione ſuſcepimus, & lectis
in tota Chriſtianæ plebis congregatione apud
beatiſſimum Apoſtolum Petrum veſtræ pietatis
apicibus, Deo noſtro pro vobis vota perſolui-
mus. Ita enim ad nos agente Domino peruene-
runt, vt ad eum diem, quo celebrabamus Chriſti
Dei noſtri Natalem ſecundum carnem, cui quæ-
ſtio inferebatur, concurrerent, & impietatem
conuicti vniuerſa congregatio confutaret.

Cauſæ Fidei congrue & Eccleſiaſticæ & paupe-
rum vtilitatis cauſa ſubiungitur: vt qui integri-
tatem Fidei præſtitiſtis, pauperum quoque com-
modis conſulatis. Inluſtris & ſanctæ recordatio-
nis Proba poſſeſſiones in Aſia conſtitutas lon-
ga à maioribus vetuſtate ſic reliquit, vt maio-
rem ſummam reddituum clericis pauperibus &
monaſterijs annis ſingulis præciperet erogandã:
ſed hæ poſſeſſiones ibidem conſtitutæ, in dam-
num pauperum huius negligentia (vt grauius nil
dicamus) qui his præfuerat, ea ſunt ratione tra-
ctatæ, vt non ſolum conſueta non ſoluerent, ve-
rum etiam ſubreptitia impetratione earum [11] ius
dominiumq. violetur. Rogamus pietatem ve-
ſtram, vt religioſæ & illuſtri domui & Eccleſiæ id
pro clementia veſtra præſtetis, vt omnis ab his
inſidiantium inquietudo diſcedat, & tam Eccle-
ſiæ, quàm ſuis dominis ſit tuta poſſeſſio: vt quod
inde alimoniæ pauperum acquiritur, veſtrum eſ-
ſe credatur. Data Idib. Martij, Fl. Aëtio & Va-
lerio vv. cc. Conss.

[11] laſtum do minium

EIVSDEM CAELESTINI Papæ epiſtola ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, poſt Synodum.

Caleſtinus Epiſcopus Maximiano Epiſcopo Conſtantinopolitano.

XXII. VIdimus & amplexi ſumus fraternitatem tuã in litteris tuis, talemq. ſanctitatem tuam, qualem noueramus, inſpeximus; ſimplici ſcilicet puritate glorioſam, & mentis fulgore potius, quàm [*] ſermone perſpicuam. [||] Sed in ſe atque in ſtatum ſuum illa, de cuius fide ſemper gloriaba-

[*] hónore
[||] f. Redit in

mur, Eccleſia, quæ nunc te Præſulem diuino iudi-
cio accepit, poſtquam illum qui eam obſide-
bat, eiecit. Sume gubernacula notæ tibi nauis,
eamq. vt didiciſſe te à tuis prioribus nouimus,
rege. Obſiſte vndis, quas ille ventus, qui & à nau-
ui [11] vectores abegerat, ſed omnibus inimicus, ex- [11] nullum
ciuit, omni eam laterum cupiens compage diſ-
ſoluere, vt rapidis eam poſſet vorticibus deuo-
rare; profeſſus falſum (quid enim non iniquitas
profitetur?) gubernatoris officium, vt videretur
regere, quos perdere nitebatur. Adhuc te excit-
tatæ ab eodem vndæ circumſonant, & elati flu-
ctus vel procellæ ſollicitant. Reſiſte peruigil, &
commiſſæ tibi nauis magiſter, ſaluti commiſſo-
rum tibi qua potes cura ſuccurre. Fac quietum
mare eſſe quo nauigas: fac tua arte tutam nauem
poſt eas tempeſtates, quas ſuſtinuerat, quam gu-
bernas. Illum ſequere piſcatorẽ, qui maris aquas
pedibus, vt ad Chriſtum Dominum noſtrum, quẽ Matth. 14
ambulantem in mari viderat, poſſet peruenire,
calcauit. Sequere priorum, à quibus eruditus es
& nutritus, exempla Pontificum; beatiſſimi Ioan
nis in prædicando ſcientiam, ſancti Attici in re-
purgandis hæreſibus vigilantiam, deceſſoris tui
Siſinnij, cuius te ſucceſſorem credimus, ſimplicẽ
puritatem; vt de illa, ſicuti ſolebamus, gratule-
mur Eccleſia. Congrega ſparſos, piumq. animũ, C
qualem te habere nouimus, in eos quos diſſipa-
uerat perturbator, exerce. Congrega populos
tuos ad matris ſuæ vbera, reuoca quos [11] inuitos [11] f. illo
veneni ſapore abſtraxerat inimicus. Confirma vel, inhibi
in Fide, quos videris [*] appetitos, cura quos inſpe- [*] inſidijs
xeris vulneratos; remoue qui non [11] ſentiunt me- [11] ſentiant
dicinam. Interdum enim dolore [*] tollitur, & cum [*] Excipim
ea quæ ſunt noxia præcidũtur, ſalus reliquis præ-
paratur. Latus campus eſt, frater cariſſime, in
quo gloriam & vigilantis paſtoris & benigni ſa-
cerdotis exerceas, & ſaporem Chriſtianæ ſalu-
britatis infundas; vt plus in reparando potuiſſe
te liqueat, quàm ille potuit in lædendo, qui imita- D
tor diaboli maluit eſſe quàm Chriſti, perturbans
omnium Eccleſiarum quietem: cui nunc debe-
mus operam in commune præſtare, vt omnium
vna Fides, & vnus ſit animus ſacerdotum. Teneat Luc. 3. 17.
manus tua Dominicum ventilabrum, & purget
aream creditam tibi, vt à frumentis paleæ ſepa-
rentur, & omne, iuxta mandatum Chriſti Dei no-
ſtri, horreis triticum aggregetur. Locum im-
pietas nouella non habeat, & compreſſo olim per
totum orbem ſua damnatione noto Celeſtiano
errori, tua vigilantia reſiſtatur; vt quicumque
huius dogmatis ſunt ſequaces, ab omni ſocietate Luc. 10.
hominum repellantur. Obſiſtat illis per te Spiri- E
tus ſanctus his in omnibus, qui ad has quaſcum-
que conatur prouincias peruenire, ne eorum
impia prędicatio reſurgat. Obſiſtite eis: ita enim,
vt damnentur quocumque perueniunt, innote-
ſcunt; & tamquam non illis ſententia toties re-
petita ſufficiat, longinquas terras remotasq.
prouincias inquietant. Sed eos ille perſequitur,
cuius Fidem ſua prauitate perſequi nitebantur:
& quo ſe abſcondant, ad quas latebras confu- [*] hominis
giant, ſua ſe impietate prodentes, [*] non poſſunt.
Filios vero noſtros religioſos viros Ioannem

pre-

presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia susceptimus, & cum maiore gratulatione remisimus. Data Idib. Martij, Fl. Aëtio & Valerio vv. cc. Conss.

EIVSDEM CAELESTINI epistola ad Clerum & plebem Constantinopoli constitutam, post Synodum.

Caelestinus Episcopus Clero & plebi consistentibus Constantinopoli.

XXIII. EXultatio matris est congregatio filiorum: denique lætatur Ecclesia ita se filios, quos diabolus disperserat, iterum congregasse, vt ex his, nisi filius perditionis, nemo sit perditus, quia eum filium suum nequaquam Pater agnouit. Illum namque, ex quo erat, sicut legimus, imitatus, vobis legitimis Dei filijs hereditatem conabatur auferre, quos dicente Apostolo, pro fide vestra & heredes Dei, & Christi nostri futuros credimus coheredes. Non ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma Fidei triumpharunt. Victores vos, immo com munis regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in vobis, cuius incerta fieri diuinitas putabatur. * Separetur "prauitas, quæstionem dixerim quam sibi vnusquisque bene credens debet simpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumq. discutere qualiter venerit subuenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare, qui potuit. Sed vnde illi peccatori in tanta caligine sua lumen non videre? vnde terrenis argutijs in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis Dauid propheta testatur. Cum quo Psalmographo, vt supra diximus, matrem lætantem, in vterum suum, quem dissipatio hucusque ridicula & blasphema turbauerat, reuersis filijs, cantare delectat: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus; mihi nãque ex parte maxima, venerandæ Trinitatis auxilio, Ecclesiæ vniuersalis quietem & summam præsentium vindico gaudiorum, quem hucusque omnes qui scandalizabantur, vrebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum. Meminit charitas vestra apud vos mihi dudum de patientia fuisse sermonem; iactaui quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me in vobis seges expectata decepit. Quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His inuidens seuerat peritura zizania intra aliquantorum mentes agricola periturus: seuerat longe aliud quàm acceperat seminandum, vel inuenerat seminatum. Habemus certe Fidei "nostræ semina, quæ ipsius Domini sermo vel Apostolorum doctrina iactauit: quæ quoties ista contingunt, non ea quæ terra suscepit, sed alia super-

Rom.8. c. 17.

natiuitas,

Psal. 118. v. 105.

Psal. 132. b.

Psal. 132. a.

2. Cor. 11. d. 29.

Matth. 13. c. 25.

Vulta

A rum & anima. Quamuis enim ratio & contemplatio horum discrimen non ignorent; tamen posteaquam illas vnierimus, vnam hominis naturam facimus. Quamobrem naturarum differentiam agnoscere, non est vnum Christum in duo diuidere.

Quia vero omnes Orientales putant, nos orthodoxos Apollinarij opiniones sequi, sentireq. naturarum commixtionem vel confusionem factam esse, (eiusmodi enim vocibus ipsi vtuntur) quasi Deus Verbum in carnis naturam transierit, & carnis natura in diuinitatis naturam conuersa sit: concessimus ipsis, non vt vnũ Chri-
B stum in duos diuidant (absit,) sed vt tantum fateantur, neque confusionem factam esse, neque commixtionem; sed carnem fuisse carnem, vt ex muliere sumptam; ac Verbum vt ex Patre genitum, fuisse Verbum: verumtamen vnum esse Christum, vnum Filium, ac Dominum vnum. Verbum enim, iuxta Ioannis vocem, factum est *Ioan. 1. b.* caro. sic autem paratos esse, vt lectioni epistolæ beati Papæ Athanasij attendant. Cum enim [a] suo tempore nonnulli contenderent ac dicerẽt, [a] illic nonnulli
Deum Verbum ex propria natura corpus sibi adaptasse; omni ratione confirmare conatus est, Christi corpus non esse Verbo consubstantiale.
C Quòd si Verbo consubstantiale non est, alia omnino atque alia natura sit oportet, ex quibus vnus ac solus Christus constitutus intelligitur. Nec illud ignorent; vbicumque vnio nominatur, ibi non vnius tantum rei coniunctionem significari, sed vel duarum, vel plurium, earumq. secundum naturam inter se differentium. Si igitur vnionem dicimus, carnis procul dubio intelligente anima prędita ac Verbi eam esse vnionem fatemur. Atque ita intelligunt qui duas naturas dicunt. Attamen vnione semel iam asserta, non amplius à se separantur quæ sunt vnita; sed
D vnus iam existit Christus, vnaq. ipsius natura, vt Verbi nimirum incarnati. Hæc confessi sunt Orientales, quamuis verbis aliquanto obscurioribus vsi. Qui enim confitentur, illud ex Deo Patre natum vnigenitum Verbum, idem etiam secundum carnem ex muliere natum esse; & sanctam Virginem Dei genitricem, & vnam esse Christi personam, & non duos Filios, nec duos Christos, sed vnum tantum: quomodo Nestorij opinionibus consentiunt? Nestorius enim in suis expositionibus simulat se dicere vnũ tantum Filium, & vnum solum Dominum esse; sed filiationem ac dominationem ad solum Dei Verbum
E refert. At vbi ad dispensationis mysterium ventum est, rursus vt alium Dominum seorsim hominem dicit ex muliere natum, qui sola æqualis honoris dignitate coniunctus sit Verbo. Quandoquidem dicere, Dei Verbum ob id Christum nominari, quòd cum Christo coniunctionẽ habeat; quid aliud est quàm clare asserere duos esse Christos, si Christus cum Christo coniunctionem habet vt alius nimirum cum alio? At vero Orientales nihil eiusmodi dicunt, solum autem voces discernunt. Discernunt autem ad eum modum, vt alias quidem diuinitati, alias vero humanitati, alias autem vtrique communiter conuenire dicant, quòd simul habeant quod Deo & homini con-

[a] μίαν.

conueniat, ita tamen, vt omnes de vna eademq. persona dicantur. At non ita Nestorius, qui alias Verbo Dei seorsim, alias vero illi adscribit ex muliere nato, tamquam alteri filio. Aliud autem est vocum agnoscere differentiam; aliud rursum duabus personis, tamquam alteri & alteri, differentes accommodare voces. Epistola vero ad Acacium præcipue, cuius initium est: Res sane dulcis & commendabilis est fratribus amica salutatio; plene de his omnibus satisfacit. Habes & plurimas quoque epistolas in capsula, quas studiosè tradere debes: offer etiam magnificentissimo Præposito duos libellos, quos ad illum misi; alterum contra Nestorij blasphemias scriptum, alterum acta Synodi contra Nestorium, eiusdemq. assecias, complectentem, & refutationes, quas contra Andream & Theodoretum Episcopos, qui aduersus capita scripserunt, edidi. Complectitur autem idem libellus sub finem breues quasdam de Christi dispensatione expositiones, easq. bonas admodum & vtiles. Offer ei similiter ex illis quæ corio obductæ sunt, quinque epistolas: vnam beati Papæ Athanasij ad Epictetum; alteram meam, illam videlicet, quam ad Ioannem perscripsi; rursum duas meas, quas ad Nestorium misi; exiguam vnam, prolixam alteram; denique illam, quæ est ad Acacium. Nam istas omnes à nobis petijt.

I. c. 15.

EIVSDEM CYRILLI EPIstola ad Donatum Nicopolis veteris Epiri Episcopum.

Domino meo dilecto fratri & comministro Donato, Cyrillus in Domino salutem.

XXXVIII. OPerępretium duxi pietatem tuam de ijs rebus certiorem facere, quæ super Ecclesiarum pace constituenda euenerunt. Venit itaque dominus meus præclarissimus Tribunus & notarius Aristolaus Antiochiam, litteras Regias secum deferens, quibus Ioanni pijssimo ecclesiæ Antiochenæ Episcopo mandabatur, vt scelerata Nestorij dogmata anathematizaret, necnon vnà cum sancta Synodo depositionis sententiam contra illum ferret, atque ita nostram communionem peteret. Et hæc quidem continebant illæ litteræ. Quidam autem ex Orientalibus Episcopis, qui Nestorium forte necdum condemnarunt, aut etiam illi fauent, rectam nostram Fidem offendunt, & Christi omnium nostrum Saluatoris gloriam haud mediocriter oppugnant, atque ita sanctissimum pijssimumq. Acacium Berrhœensem Episcopum, vt ad me absurda quędam scriberet, induxerunt, tamquam ipsi postularent, oportere vt omnia quæ aduersus Nestorium scripsimus, abolerentur, & velut irrita reijcerentur, solumq. Symbolum à sanctis Patribus in ciuitate Nicæa congregatis expositum admitte-

re-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΠΡΟΣ ΔΟΝΑΤΟΝ, ἐπίσκοπον Νικοπόλεως παλαιᾶς Ἠπείρου ἐπιστολή.

Κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Δονάτῳ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Δεῖν ᾠήθην τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὰ ᾠφεληθέντα ὑπὸ τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν κατιέναι γράμμα. ἀφικετο γάρ που ὁ κύριός μου ὁ θεοσεβέστατος τριβοῦνος, καὶ νοτάριος, Ἀριστόλαος εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἐπιφερόμενος καὶ βασιλικὰς συλλαβάς· αἳ παρεκελεύοντο τὸν ἁγιωτάτην τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον Ἰωάννην, ἀναθεματίσαι μὲν τὰ μιαρὰ τοῦ Νεστορίου δόγματα· καταψηφίσασθαι δὲ καὶ τῆς καθαιρέσεως αὐτοῦ, καθ' ὁμολογίαν τῆς ἁγίας συνόδου, ζητῆσαί τε οὕτω τὴν παρ' ἡμῶν κοινωνίαν. καὶ ἡ μὲν δύναμις τῶν γεγραμμένων αὕτη. τινὲς δὲ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόπων, οὕπω τάχα Νεστορίου καταγνώσεως, ἢ καὶ συνθέσεως αὐτοῦ νέμοντες, τὴν ὀρθὴν ἡμῶν λυπεῖ πίστιν· καὶ τῇ δόξῃ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ προσκρούσιν ἀμετρίως παρεσκεύασαί τι χαίρειν πρός με τὸν θεοσεβέστατον, καὶ ὁσιώτατον τῆς Βερροιαίων ἐπίσκοπον Ἀκάκιον εἰκαῖά τινα, ὡς αὐτῶν αἰτησάντων, γράμματα ἐπιστεῖλαι. πάντα τὰ παρ' ἡμῶν χαρίεντα κατὰ Νεστορίου ἀθετεῖσθαι, καὶ ὡς ἄκυρα ῥίπτεσθαι· καταψηφίσθαι δὲ μόνῳ τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως τῆς ὁρισθείσης ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῇ Νικαίων πό-

λει.

λει. οἶδε δὲ ἡ σὴ ὁσιότης, ὅτι τοιαῦτα παρ' αὐτῶν αἰ
τησάμενοι ἦσαν καὶ τὴν τῶν Ἐφεσίων πόλιν. ἐγὼ δὲ
πρὸς ταῦτα μεμάφαμαι, ὅτι πρᾶγμα αἰτοῦσιν οὐκ ἐν-
δεχόμενον. μεμάφαμεν γὰρ ὀρθῶς, ἃ μεμάφαμεν,
τῇ ὀρθῇ, καὶ ἀμωμήτῳ συναγορεύοντες πίστει· καὶ οὐ-
δὲν τὸ ἐξ ἐμπαθῶν τῶν ἰδίων ἐροῦμεν. οὐ γὰρ εἰρηκέναι τι,
καθάπερ αὐτοὶ φασιν, ἀτημελῶς, ἀλλὰ τῆς ὀρθότη-
τος ἐχόμενα πανταχῶς, καὶ παντοχοῦ, καὶ τῇ τῆς ἀ-
ληθείας δυνάμει συντρέχοντα· χρῆναι δὲ μᾶλλον
αὐτοὺς μὴ πρεσβεμάσεις τισὶ, καὶ ἀναβολαῖς κεχρῆσθαι
τοιαύταις, μή τι μεῖον ἔχω φέρεσθαι τῶν ἀναγκαίων,
ἀλλὰ καὶ τὸ δόξαν εὖ ἔχειν καὶ αὐτοὶ τῷ θεοσεβεστά-
τῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ,
τοὺς Νεστορίου φλυαρίας, καὶ τὰς καθ' ἡμῶν βλασφη-
μίας, ἀναθεματίσαι, ὁμολογῆσαί τε τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, καὶ συντίθεσθαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. τούτων πάντων παρ' ἐμοῦ διαπεμφθέντων αὐτοῖς τῶν γραμμάτων, συνιέναι φησὶν, ὅτι οὐκ ἂν λάβοιεν τὴν κοινωνίαν, μὴ εἰς πάντας ἐνηνεγμένων, οὓς δεῖ πρῶτον αὐτοὺς, ἀποστέλλουσιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὸν θεοσεβέστατον, καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ἐμισηνῶν Παῦλον, ἐπικομιζόμενον παρ' ἐμοῦ γράμματα, καινωνικὰ μὲν, ὑπαγορεύοντα δὲ οὐ σφόδρα καθηκόντως. προσποιοῦνται γὰρ κατ' ἐμέ τινες εἰρῆσθαι, οἷς οὐκ ὀρθῶς πεπραγμένοις ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. καὶ τοὺς μὲν τοιούτους ἐπιστολοὺς οὐ προσεκαλούμην, ἀλλ' ἔφην· ὅτι εἰ καὶ συγγνώμην αὐτῶν ὀφείλουσι τοῖς φθάσασι, πῶς καὶ δόξης ἐπάγουσιν ὕβρεις; ἀπολογουμένου δὲ τοῦ μνημονευθέντος θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου, ἐνομότως τε διαβεβαιωμένου, μὴ τοιοῦτον ἐγκλημα σκοπὸν αὐτοὺς, ἐξ ἀπλότητος δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ γράμμα ἐλθεῖν, παρηκάμην καὶ τοῦτο διὰ τὸν ἁγιώτατον. εὐθέτερον δὲ συναχθῆναι αὐτῷ συγκεχώρηκα, εἰ μὴ βιβλίον δοὺς ἐγγράφως, ἀναθεματίσει τὰ Νεστορίου δόγματα, καὶ ὁμολόγησιν ἔχειν αὐτὸν καθηρημένου, καὶ συντίθεσθαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. καὶ ἠξίου μὲν, ὡς ὑπὲρ πάντων τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὄντων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τὰ τοιαῦτα βιβλία δοὺς, μηδὲν ἕτερον ἡμᾶς προσαπαιτῆσαι. ἐναντιούμην δὲ οὐδαμῶς· ἀλλὰ δὴ συνεξέπεμψα τῷ κυρίῳ μου τῷ θεσμοσιοπάτῳ τριβούνῳ, καὶ νοταρίῳ, Ἀριστολάῳ, δύο τῶν ἡμετέρων κληρικῶν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἐγχειρίσας χάρτην, καὶ εἰπών· ὅτι ἐὰν ὑπογράψῃ ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Ἰωάννης, καὶ δέξηται τὸν τόπον τὰ κοινωνικὰ ἐνεχείρησα· ἦν δὲ ἐν τῷ βιβλίῳ ὁ μνημονευθεὶς θεσμοσιοπάτης τριβοῦνος Ἀριστόλαος. ὑπογράψαντος τοίνυν τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου, καὶ τὸν αὐτῷ ἀποφαινομένων, ἀναθεματισάντων τὰ αὐτὰ τῷ Νεστορίῳ δόγματα, καὶ ὁμολογησάντων ἔχειν αὐτὸν καθῃρημένον, συνῃρημένων τε τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ἀλλαβεστάτου, καὶ θεσμοσιοπάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, ἀπεδεδώκαμεν τὴν κοινωνίαν. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει πρεσπέμψαι

remus. Meminit sanctitas tua nuper Ephesi quoque eiusmodi ab illis propositas fuisse conditiones. Ego vero ad hæc rescripsi, rem illos postulare quæ fieri plane non possit, eo quòd quęcumque scripsimus, recte scripserimus, vtpote rectæ integræq. Fidei patrocinantes; nihilq. prorsus ex ijs quæ à nobis scripta essent, negare nos posse. Neque enim quidquam omnino temere à me dictum est, vt ipsi dicunt; sed ea tantum, quæ cum Fidei rectitudine vbique cohærent, veritatiq. per omnia consentiunt: æquiusq. multo esse, vt ipsi ambagibus illis ac dilationibus, quibus vtebantur, missis, neque vltra quàm necessitas postulat, progrederentur, sed pijssimi Deoq. dilectissimi Imperatoris, sacræq. Synodi placitis acquiescentes, Nestorij nugas & blasphemias contra Christum dictas anathematizarent; necnon & depositioni illius consentirent, atque ordinationem sanctissimi pientissimiq. Episcopi Maximiani comprobarent. Cum itaque has ad illos litteras misissem, animaduertentes se communionem recipere non posse, nisi ea quę facere debebant, prius perfecissent; miserunt Alexandriã Paulum reuerendissimũ religiosissimumq. Emisenũ Episcopum, qui ad me litteras afferret, communionis quidem instaurationem concernentes, parum tamen recte dictatas. Præ se ferebant enim quasdam querelas aduersus nos habere, quasi quædam in sacro Concilio neque recte dicta, neque recte facta essent. Verum huiusmodi quidem epistolas non admisi, sed respondi: Cum de prioribus veniam suppliciter petere deberent, quomodo nouas iterum contumelias inferre audent? Cum autem memoratus pijssimus Episcopus factum excusaret, iuramentoq. affirmaret, non esse hoc illorum propositum, sed ex mera animi simplicitate ad id scribendum progressos esse; charitatis causa purgationem admisi. Ceterum non prius illum ad synaxim recepi, quàm dato libello, Nestorij dogmata suo scripto anathematizasset, seq. illum pro deposito habere confessus esset, & ordinationi religiosissimi Episcopi Maximiani assensisset. Petijt autem, vt istis à se omnium religiosissimorum Orientalium Episcoporum loco oblatis libellis, nihil amplius exigerem: quod nulla ratione fieri sum passus; sed vna cum domino meo præclarissimo Tribuno ac notario Aristolao duos è nostris clericis misi Antiochiam, chartamq. tradidi, mandans vt si Ioannes reuerendissimus ecclesiæ Antiochenæ Episcopus subscripsisset, & illã accepisset, tunc demum litteras de communione redderet. Aegre enim moram ferebat memoratus clarissimus Tribunus Aristolaus. Cum igitur pijssimus Ioannes subscripsisset, ceteriq. qui cum ipso illustriores erant, cumq. Nestorij doctrinam anathematizassent, & quòd ipsum pro deposito haberent, professi essent, ac Maximiani religiosissimi pientissimiq. Episcopi ordinationem approbassent, communionem illis restituimus. Hæc enim sola etiam Ephesi sancta Synodus ab ipsis exi-

exigebat. Sciat & hoc quoque tua ſanctitas, religioſiſſimum pientiſſimumq. Epiſcopum Paulũ initio plurimum inſtitiſſe Helladij, Eutherij, Himerij, & Dorothei depoſitorum cauſa, obnixeq. rogaſſe, vt quæ contra ipſos decreta erant, abrogarentur. Affirmabat enim, pacem Eccleſiarum aliter perfici non poſſe, niſi id quoque ſuiſſet adiectum. Ego vero reſpondebam, rem ipſum modis omnibus impoſſibilem conari, eo quòd nos iſtud numquam eſſemus permiſſuri. Manſerunt itaque in eodem ſchiſmate, in quo etiam nunc perſeuerant; neque vlla eorum in condicionibus de pace ſanctarum Eccleſiarum propoſitis facta eſt mentio. Miſerunt autem eamdem illam epiſtolam, quam ad me ſcripſerunt, ad pijſſimos ſanctiſſimosq. Xyſtum magnæ Romæ, & Maximianum ſanctæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopos: id quod integritatem tuam perſpicue noſſe neceſſarium fuit, ne ſorte aliqui, qui alia pro alijs ſæpe nugari ſolent, nonnullos ex fratribus conturbent, perinde ac ſi nos quæ contra Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, iterum retractauerimus. Miſi autem exempla epiſtolarum, tum eius, quam ad Ioannem religioſiſſimum Antiochiæ Epiſcopum ſcripſi, tum illius rurſum, quæ de anathematiſmo blaſphemiarum Neſtorij, deq. eiuſdem depoſitione ipſe ad me miſit: vt integritas tua hæc omnia quàm exactiſſime pernoſcat; nec vllas alias litteras præter has, quiſpiam proferat. Saluta quæ tecum eſt fraternitatem. Te noſtra in Domino ſalutat.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanũ epiſtola.

Religioſiſſimo ſanctiſſimoq. domino meo Maximiano Archiepiſcopo & patri, Cyrillus in Domino ſalutem.

XXXIX DVbium plane nullum erat, quin ſanctitatis tuæ preces omnino & ſemper efficaces eſſent: quandoquidem Saluator omnium prompte alacriterq. eorum votis annuere ſolet, qui ipſum diligũt, ita vt eam ob rem quilibet cum lætitia & exultatione dicere queat: Exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo vocem meã, & clamor meus in conſpectu eius introibit in aures eius. Ecce enim, ecce diuulſa Eccleſiaſtici corporis mẽbra rurſum inter ſe coadunata ſunt, & iam nihil reliquũ eſt, quod miniſtros Euangelij Chriſti per diſcordiam ſeiungat. Omnes autem vna fide ornamur, cum Neſtorium impietatum inuentorem è ſacris ſeptis expulimus, & falſum paſtorem à nobili grege ſecluſimus. Et hoc quoque præclarum opus tuis precibus perfectum eſt. Cum ergo pijſſimi Imperatores de pace Eccleſiarum curam perneceſſariam ſuſceperint, nosq. ipſi vt id è medio faceſſeret, quod nos diuidebat, ac in diſcordia deti-

Pſal. 17. 6. 7.

A ωδὴ τ ἁγίας σιωνίδι. ἴσω δὲ κἀκεῖνο ἡ σὴ ὁσιότης εἰνεκεν μὲν ἦν ἐν δεχαῖς, πλεῖστα σπουδαλῶν, ὁ ἁλαβέστατος, καὶ φιλοχριστότατος ἐπίσκοπος Παῦλος τῶν καθυρημένων ἕνεκα, * Παλλαδίου τε, Ε Εὐθημέλου, Ἱμερίου, Ε Δωροθέου, καὶ ἑτέρων, τὰ ἐπ' αὐτοῖς δέοντος, διατινόμενος, μὴ ἑτέρως δυνασθῆ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνη πρὸς πέρας, εἰ μὴ προστεθείη καὶ τοῦτο. ἐγὼ δ' ἔφην, ἀδυνάτῳ πράγματι ἐπιχειρεῖν αὐτόν· ἢ τοῦτο οὐκ ἐπιτραπήσεται ποτε παρ' ἡμῶν. μεμενήκασι γοῦν ἐν ᾧ καὶ νῦν εἰσι * χίσματι· καὶ * σχίσματι
οὐδεμία γέγονεν αὐτῶν μνήμη ἐν ταῖς εὐχαῖς ταῖς
B περὶ τῆς εἰρήνης τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν. μεχάφασι δὲ τῷ αὐτῷ θεσπεσίῳ, ὧν ἐπεμψαν πρός με, καὶ πρὸς τοὺς θεοσεβεστάτους, Ε ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, τόν τε τῆς μεγάλης Ῥώμης Ξύστον, καὶ τὸν τῆς ἁγίας τῶν Κωνσταντινοπολιτῶν ἐκκλησίας Μαξιμιανόν. καὶ ὧν ἀναγκαίων ἀκριβῶς διδαχθῆναι παρὰ σοῦ πλείστα· ὡς αὐ μή τινες ἔτι περὶ αὐθ' ἑτέρων φλυαρῶν ἀφορμὰς, ταράξωσί τινας τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἡμῶν δεδιηκμένων ἀκριβάμην τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν. ἀπίστειλα δὲ Ε τὰ ἴσα τῶν θεσπεσίων, τῆς τε παρ' ἐμοῦ γεγραφότος πρὸς τὸν ἁλαβέστατον τῆς Ἀντιοχέων θεσπεσίου Ἰωάννου, καὶ τῆς
C παρ' αὐτοῦ γεγραφείσης πρός με ἐπὶ τῷ ἀναθεματισμῷ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, ἃ τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, πρὸς ἀκρίβειαν ἀκριβῆ τῆς σῆς πλειότητος. ἃ ἐπεσχεθείσθω πᾶσι τοῖς πρόσθεν μηδέν. πρέπει γὰρ τὴν σὴν εὐλάβειαν. εἰ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν * Χριστῷ πρεσβυτερίδιον. * μικρὸν

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ ἁγιωτάτῳ θεσπότῃ ἡμῶν, ἀρχιεπισκόπῳ, πατρὶ Μαξιμιανῷ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Οτι μὲν ἀμφίβολον, ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως αἱ τῆς σῆς ὁσιότητος ἰσχύουσι πρεσβεῖαι· καταδῆλον γὰρ ἐπίσημον τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἅπασιν ἡμῶν σωτῆρ· ὥστε ἔκλαγεν καὶ ἐπὶ τούτῳ χαίροντά τι, καὶ ἀναστιρτῶντα, λέγων· ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου· Ε ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ τὰ διεστασμένα μέλη Ε τῆς ἐκκλησιαστικῆς σώματος, συμφθῆ πάλιν ἀλλήλοις· Ε ἁρμόζεται μὲν ἐδέησε εἰς ἀρχόντισσαν τοὺς ἱερουργοῦντας τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. μιᾷ δὲ οἱ πάντες στόματι πίστεως, τὴν τῶν ἀθέσμων αἱρετὴν Νεστορίου ἐξω τῶν ἱερῶν ἐλάσαντες πολιβόλων· Ε ἀγέλης ἀληθοῦς ἀποσήσαντες τὸ ψευδόμενον. γέγονε δὲ Ε * πᾶσι ἐν τῶν σῶν καταρθω- * πᾶσι δὲ
μα πρεσβειῶν. ἐπεὶ τίνων φρονὶς αἰσχυναία γέγονε τῆς θεοσεβεστάτης βασιλείσσης ἡ περὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνη, ἀχόμεθα ὅ τε ἡμεῖς αὐτὴν, ῥᾳδίᾳ μὲν ἐκ μέσου τὸ ἀφανίζον, Ε ἁρμόζουσι ἡμᾶς εἰς ἀφορεσιν, ἀνα-

ἀναλάμψαι δὲ φωτὸς δίκην τῷ θεοφιλεστάτῳ ἱερεῖ A detinebat, & pax Deo gratiſſima lucis inſtar eſ-
νῷ, ὁμολογουμένων ἐγγράφως, τοῦ θεοφιλεστάτου, fulgeret, ſummis votis expeteremus; cumq. ſan-
καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Ἰωάννου, ctiſſimus Deoq. dilectiſſimus Ioannes Anti-
καὶ τῶν σὺν αὐτῷ λαμπροτάτων ἐπισκόπων, ὅτι κα- ochiæ Epiſcopus, & ceteri qui cum ipſo erant re-
θῃρημένον ἔχουσι Νεστόριον, καὶ ἀναθεματίζουσι τὰς uerendiſſimi Epiſcopi ſcripto confeſſi eſſent, ſe
ἐκείνου αὐτῷ δυσφημίας, πέμψαι γράμματα Neſtorij depoſitionem ratam habere, impiaſq.
πρός τε τὸν θεοσέβειαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκό- illius blaſphemias anathematizare; litteras com
πους, κοινωνικά· καὶ συνήφθημεν εἰς ὁμόνοιαν, συντε- munionis tum ad ipſius pietatem, tum ad cete-
χούσης πρὸς τοῦτο καὶ τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ ἁπάν- ros quoque Epiſcopos miſi: atque ita ſanctita-
των τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν τὸ τῆς ἁγίας συνόδου γέγονε te tua, reliquiſq. omnibus, ex quibus perfectum
πλήρωμα. ἐπὶ γὰρ ἔριδος, καὶ φιλονεικίας κεφαλὴ παρ' ἡ- ſanctæ Synodi corpus cõſtitutum eſt, ad hoc an-
μῖν· ἀλλ' ἕνα σκοπὸν ἅπαντες ἐσχήκαμεν, πρὸς εἰρή- B nuentibus & concurrentibus, ad priſtinam de-
νην βλέποντα. καὶ εἴπερ ἠθέλησαν οἱ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν nuo reducti ſumus concordiam. Non enim apud
διχονοήσαντες, καὶ ἑαυτοὺς ἡμῶν ἀποτμήξαντες, οὐδ' nos contentio aut concertatio regnat; ſed vnum
ὅλως μέγονέ τις ἔρις, καὶ διαφορὰ τῶν ἐκκλησιῶν. omnes ſcopum ad pacem ſpectantem propoſi-
πλὴν εὐλογητὸς ὁ σωτὴρ, ὁ τὸν χειμῶνα καταπαύσας, tum habemus. Et ſi quidem voluiſſent illi, qui
καὶ τῇ τῆς ὁμοψυχίας ἡμῖν ἀπλοίας γαλήνην initio per diſcordiam à nobis deſciuerunt, ſeq. à
ἐχαρίσατο, καὶ πρεσβείαις τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῶν ἄλ- nobis ſeparârunt, nulla vmquam contentio ac
λων δὲ πάντων, οἷς πίστιν ἔχοντες ὀρθὴν, καὶ εἰλι- diſcordia Eccleſiarum extitiſſet. Verumtamen
κρινῆ τὴν ἐν πνεύματι, καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν, benedictus Saluator noſter, qui hanc tempeſta-
καὶ λατρείαν πιστοῖν αὐτῷ. tem ſedauit, concordiæq. tranquillitatem reſti-
tuit, idq. per preces & interceſſiones ſanctitatis
tuæ & aliorum omnium, qui rectam ſinceramq.
Fidem habentes, illam in ſpiritu & veritate ado-
rationem ac ſeruitutem ipſi deferunt.

C

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΟΥΑΛΕ-ριανὸν ἐπίσκοπον, κατὰ τῶν τὰ Νεστορίου φρονούντων.

EIVSDEM BEATI CYRILLI ad Valerianum Epiſcopum religioſiſſimum, * aduerſus eos qui iuxta Neſtorij dogmata ſentiunt.

* de Verbi incarnatione exegeſis.

Ἀπόχρη μὲν, ὡς ἔμοιγε, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἔχει φύσεως τὸ ἀληθὲς, καὶ ἡ τῆς σῆς ὁσιότητος, εἴς γε τὸ δυνατὸν, καὶ μάλα γενναίως αὐτανασχέσθαι τῇ ἀκεραίᾳ τῆς πίστεως εὐκαιρουμένης. ψυχρολογοῦσι γὰρ χαριέντως, ἄνω που, καὶ κάτω πάντα κυκῶντες, καὶ συγχεόμενοι μὲν ἀδιεξικήτως λε- D πτῶς τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, καὶ κυρίου, τὸ μυστήριον, οὐ μὴν ἔτι καὶ συνιέντες αὐτὸ, ὡδηγεσπέμενοι δ', καὶ τοῦτο δόλως, πρὸς ἃ μὴ θέμις, καὶ φρονοῦντες τὰ διεστραμμένα. τὸ δέ γε πιγχάλεπον ἐκεῖνό ἐστιν ἐν τούτοις· ὑποκάθηται μὲν γὰρ τὸ ὀρθὸν βούλεσθαι φρονεῖν, καὶ δόκησιν ἑαυτῆς τῆς εἰς πάντα ῥοπῆς, καθάπερ τι πρόσωπον, ἐναρμόσασα, τὴν τῆς Νεστορίου δυσεβείας ἰὸν ἐγχέουσι τῆς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς. ἔοικασι δέ πως τοῖς τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀκέσταις, ἤγουν ἰατροῖς, οἱ τοῖς τῶν φαρμάκων ἀχθέσι τὸ γλυκὺ προσαλείφουσι μέλι, τῇ δ' χρηστῷ ποιότητι, δι' ἧς πεφύκασι λυπεῖν τὴν αἴσθησιν ἐπαπατῶντες. ἀλλ' ἡμῖν γὰ τὰ νοήματα ἀγνοεῖται, τὸν ἔχοντες Χριστοῦ, κατὰ τὸν σοφώτατα εἰπόντα πάντα Παῦλον. εἰ μὲν γὰρ ἓν τις ὁ λέγων· ὡς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως γεννηθεὶς μονογενὴς θεὸς λόγος, ὁ καὶ αὐτὸν τῶν αἰώνων ποιητὴς, ἐνέχειν ἐπάρξεως ἔσχεν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἔδοξεν ἂν αὐτῆς οὐκ ἔξω φέρεσθαι σκοποῦ τὸ χρεὼν λέγειν· εἰ πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, πῶς ἂν δὴ σαρκὸς ἐγεννήθη, τοῦ κυρίου λέγοντος· τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς

SAtis quidem habet virium, vt puto, immo ve- XL.
ro vt natura etiam veritatis habet, vel ipſa
tuæ ſanctitatis vigilantia atque prudentia in
hoc, vt viriliter admodum vanis quorumdam
nugamentis certam veritatem obijcere queat.
Nugantur enim aniliter nonnulli, omniaq. ſur-
ſum ac deorſum permiſcentes, incarnati Vni-
geniti myſterium acute ſubtiliterq. exquirere
præſumunt: non quòd iam illud intelligant,
ſed quòd illud in id facile detorqueant quod non
licet, ac peruerſa ſentiant. Ceterum quod hac
in re periculoſiſſimum eſt, dum ſe recte ſentire
velle fingunt, dumq. opinionem, quaſi in eam
rem ſint propenſi, velut perſonam quamdam ſibi
circumponendo conciliant, Neſtorianæ impie-
tatis venenum ſimplicium animis infundunt.
Sunt autem homines iſtiuſmodi humanorum
corporum medicis non abſimiles. Hi enim phar-
macis ſuauibus mel immiſcere ſolent, vt dul-
cedinis qualitate eorum fallant perceptionem,
quæ ſuapte natura triſtitiam nauſeamq. indu-
cunt. At nos Chriſti ſenſum, iuxta ſapientis Pauli 1. Cor. 2. d. 16.
ſapientiſſimã ſententiam, habentes, eorũ cogita- 2. Cor. 2. b. 11.
tiones non ignoramus. Si quiſpiam enim vnigeni
tum Dei Verbum, quod arcano quodam inexpli-
cabiliq. modo ex Deo & Patre genitum eſt, ipſo-
rumq. ſæculorum conditor, ex ſacra Virgine ſub-
ſiſtentiæ initium habuiſſe diceret, videretur non
extra ſcopum tendere quod aſſerunt: Si Dei Ver-
bum ſuapte natura ſpiritus eſt, quomodo ex car-
ne natum eſt, cum Dominus dicat: Quod natum Ioan. 3. d. 6.

est ex carne, caro est? At quia doctrina de Christi mysterio alia incedit via, nimirum recta & erroris experte, & nihil peruersitatis habente;
1.Tim.1. 7. cur illi temere frustraq. nugantur, non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant?

Nos igitur illud ipsum vnigenitum Dei Verbum, quod spiritus est, vtpote Deus, secundum
Ioan. 4. 6. 24. Scripturas, hominum salutis causa incarnatum & hominem factum asserimus: non quòd ex propria natura corpus sibi transmutauerit, aut ab eo quod erat, abscesserit, aut conuersionem alterationemve sustinuerit; sed quòd ex sancta Virgine corpus immaculatum assumpserit intelligenti anima prædituin, & illud incomprehensibili & inconfusa ac ineffabili prorsus vnione suum effecerit, vt non iam alterius cuiuspiã, sed suum ipsius proprium esse intelligatur. Ad hunc itaque modum vnigenitus Dei Filius in orbem ter-
Rom. 8. f. 29. rarum ingressus, tamquam primogenitus & in multis fratribus fuit; qui tamen quà Deus intelligitur, inter creaturas minime censetur. Quare cum dicitur natus & ex muliere, necessario secundum carnem simul infertur, ne à sancta Virgine subsistendi initium accepisse quispiam putet. Quamuis enim ante omne sæculum existat ille Deus Verbum Patri suo coæternus, & semper cum illo simul subsistens: attamen quando eiusdem Dei Patris beneplacito seruilem formam assumere voluit, tunc natiuitatem quoque secundum carnem ex muliere nobiscum subijsse dicitur. Quamobrem quod ex carne prodijt, id citra omnem controuersiam caro est; & quod ex Deo, Deus. Est autem simul ambo Christus, cum vnus sit Filius & Dominus vnà cum sua carne, non inanimi, vt dixi, sed anima intelligente prædita. Ne ergo nobis vnum Filium diuidant, seorsum Verbum statuentes, & alterum rursus filium seorsim, hominem illum qui ex muliere natus est, vt ipsi aiunt: sed cogitent Deum Verbum non homini coniunctum esse, sed ipsum dici hominem esse factum, semine Abræ,
Hebr. 2. 6. 16. iuxta Scripturas, apprehenso, fratribusque, solo peccato excepto, per omnia assimilatum. Hæc autem per omnia assimilatio consequens est vt habeat, & quidem præ ceteris, partum ex muliere: qui partus in nobis quidem humano more cogitatur, & secundum nos; at in Vnigenito, supra nostrum modum. Deus namque est incarnatus. Quare etiam Dei genitrix vocatur sancta Virgo. Quòd si dixerint, Deum & hominem simul coëuntes vnum constituisse Christum, vtriusque hypostasi inconfuse seruata, quæ tamen secundum rationem diuidatur: facile videas nihil illos hac in re quod verum certumq. sit sentire aut loqui. Neque enim, vt ipsi aiunt, Deus & homo simul concurrentes vnum Christum constituerunt; sed, vt modo dixi, Deus Verbum perinde atque nos carnis & sanguinis particeps effectum est, ita vt Deus homo factus esse, & carnẽ nostram sumpsisse, eamq. sibi propriam feciſſe intelligatur: vt quemadmodum quiuis nostræ conditionis homo ex anima & corpore conflatus vnus est, ita & ipsum quoque vnum esse

A τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστιν; ἐπεὶδὴ δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ μυστηρίου λόγος ἑτέραν εἶμον, ἤτοι ἀσφαλῆ, ἔχοντα τὸν εἰς δίκην, καὶ ἀπλανῆ, καὶ οὐδὲν ἔχοντα τὸ διάστροφον, αὐθ' ὅπου βασκολογοῦσιν εἰκῇ, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται; φαμὲν γὰρ, ὅτι ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, πνεῦμα ὤν, ὡς θεὸς, καὶ τὰς γραφὰς, ὅτι σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἐπε- *ὅλων κοίνωσή τι, καὶ ἐνανθρώπησεν, οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αὐτὸς ἑαυτοῦ σῶμα μεταβαλὼν, ἀλλ' οὐδὲ ἐκστὰς τοῦ εἶναι, ὃ ἦν, ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομείνας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὸ ἄχραντον σῶμα λαβὼν ἐψυ- *μεταλαβὼν, B χωμένον νοερῶς, ἴδιον ἀποφήνας αὐτὸ καθ' ἕνωσιν ἀδιαίρετον, καὶ ἀσύγχυτον, καὶ ἄφραστον πᾶσιν, ὡς μὴ ἕτερόν τινος, ἀλλ' ἴδιον αὐτοῦ τοῦτο νοεῖσθαι. οὕτως εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ μονογενὴς, ὡς πρωτότοκος· καὶ ἐν πολλοῖς γίγνεται ἀδελφοῖς, ὁ ἀναίτιος τῆς κτίσεως, καθὸ νοεῖται θεός. ὅταν τοίνυν γεγεννῆσθαι λέγηται καὶ ἐκ γυναικὸς, ἀναγκαίως τὸ κατὰ σάρκα περιτιθέμενον· ἵνα μὴ ὑπάρξεως ἀρχὴν νοῆται λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· καί τι πρὸ τούτου ὑπάρχων αἰῶνος, ὁ παναίδιος, καὶ ἀεὶ συνυφεστηκὼς τῷ ἰδίῳ πατρὶ θεὸς λόγος· ἀλλ' ὅτι κατ' οἰκονομίαν C τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων δούλης μορφὴν ἠθέλησε λαβεῖν, ὅτι καὶ δοκοῦσιν τῶν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα μεθ' ἡμῶν ὑπομεῖναι λέγεται. ὁμολογουμένως μὲν τὸ ἀπὸ σαρκὸς σάρξ ἐστι, τὸ δὲ ἐκ θεοῦ θεός· ἔστι δὲ καὶ *καὶ, κατὰ τὸν αὐτὸν ἀμφότερα Χριστὸς, εἷς ὢν υἱὸς, καὶ κύριος μὴ τῆς ἰδίας σαρκὸς αὐτοῦ, οὐκ ἀψύχου μᾶλλον, ὡς ἴσμεν, ἀλλ' ἐψυχωμένης νοερῶς. μὴ τοίνυν διαιρείτωσαν ἡμῖν τὸ ἕνα υἱὸν, ἀνὰ μέρος ἑκάτερον τὸν λόγον, καὶ υἱὸν ἕτερον, ἰδικῶς τι, καὶ ἀνὰ μέρος ἄνθρωπον τὸν ἐκ γυναικὸς, καθὰ φασὶν αὐτοί. ἀλλ' ἐννοείτωσαν, ὅτι οὐκ ἀνθρώπῳ συνῆφθη μᾶλλον ὁ θεὸς λόγος, ἀλλ' αὐ- D τὸς ἄνθρωπος γενέσθαι λέγεται, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὁμοιωθῆναι κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, δίχα μόνης ἁμαρτίας. ἡ δὲ εἰσάπαν ὁμοίωσις ἔχει οὐ εἰκότως, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τὸν ἐκ γυναικὸς τόκον· ἡ γοῦν τεκοῦσα μὲν ἐφ' ἡμῶν ἀνθρωπίνως, καὶ καθ' ἡμᾶς, ὅτι δέ γε τοῦ μονογενοῦς ὑπὲρ φύσιν· θεὸς γὰρ ὑπάρχοντος. τιμᾶται καὶ θεοτόκος καλεῖται ἡ ἁγία παρθένος. ἐὰν δὲ λέγωσιν, ὅτι θεὸς καὶ ἄνθρωπος συνελθόντες κατὰ ταυτὸν, ἀπτόλειπτον ἕνα Χριστὸν, Φυλαττομένης δηλονότι τῆς ὑποστάσεως E ἑκατέρου ἀσυγχύτως, τῷ δὲ λόγῳ διαιρουμένης, οὐδὲν ἀκριβὲς ὅτι τούτῳ φρονοῦσιν, ἢ λέγουσιν ἔστιν ἰδεῖν. οὐ γὰρ, καθὰ φασὶ, θεὸς καὶ ἄνθρωπος συνελθόντες, ἀπτόλειπτον ἕνα Χριστὸν, ἀλλ', ὡς ἔφθημεν ἤδη, θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἀνθρωπίνης ἡμῶν μετέσχεν αἵματος, καὶ σαρκὸς ἵνα θεὸς ἀνθρώπους ποιῇ, καὶ τὴν ἡμετέραν σάρκα λαβὼν, ἐξ ἰδίων αὐτὴν ποιησάμενος· ἵνα, καθάπερ ὁ καθ' ἡμᾶς νοούμενος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς, ἕις ἐστι, οὕτω καὶ αὐτὸς εἷς ὁμο-

λογῆται

λογῆται ὑπάρχειν καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν· μία γὰρ ὁμολογεῖται φύσις ἀνθρώπου, ἡ ὑπόστασις, κἂν ἐκ διαφόρων νοῆται, καὶ ἐξ ἑτεροειδῶν πραγμάτων· ἑτερόφυες μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, ὡς πρός γε ψυχὴν, τὸ σῶμά ἐστιν, ἀλλ' ἴδιον αὐτῆς, καὶ συναπτικὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου. καὶ νῦν μὲν, καὶ θεωρίᾳ, τὸ διάφορον τῶν ὀνομασμένων οὐκ ἀσυμφανές· ἡ δέ γε σύνοδος, ἥτις συνδρομὴ, τὸ ἀδιάτμητον ἔχουσα, ἓν δοκοῦσι ζῶον τὸν ἄνθρωπον. ὁ τοίνυν μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, οὐκ ἄνθρωπον προσλαβὼν, προῆλθεν ἄνθρωπος, ἀλλὰ, καί τι τῷ καὶ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτου ἔχων γόνιμον, διὰ τοῦ ἁγίου, καὶ ὁμουσίου πνεύματος ἑαυτῷ δημιουργήσας ναὸν, γέγονεν ἄνθρωπος. πιστεύεται καὶ εἰς νοῆται, κἂν τῇ θεωρίᾳ, τῇ καθ' τὸν λόγον, ἑτερόφυες ὂν παρ' αὐτὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ. ὁμολογεῖσθαι δὲ πανταχοῦ, ὅτι μὴ ἄψυχον ἦν, ἀλλ' ἐψύχωτο ψυχῇ νοερᾷ. Ἦκουσι γέ μοι εἰς τοῦτο δυσωπλῆξίας ἐπῳδόμενοί τινες, ὡς μὴ καταδέξασθαι λέγειν, ὡς ἂν πνι ἐν τῷ ὁσπαρθένε πεζῇνπι ἐνοικήσαντα τὸν θεῖον λόγον, τοῦτον δοκεῖν. ἀλλ' ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν αὐτοῖς, τὸ παρακεῖσθαί τι, καὶ ἐνοικεῖσθαι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἐγκαπικῆπαι δὲ μᾶλλον ἀνθρώπῳ, καθάπερ ἁμέλει καὶ ἐνί τῶν ἁγίων προφητῶν. ὁ δέ γε τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου λόγος, ὡς ἐν τοῖς ἀποστόλοις βεβοὴ προδεδήλωται, αὐτὸν βούλεται, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς γνησίως λόγον, σάρκα γενέσθαι, καθ' ἃς γραφὰς, οὐχ ὡς μετάπτωσιν φυσικὴν, ἤγουν τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομείναντα, τὸν εἰς σάρκα φημὶ, ἀλλ' ὅτι σάρκα, ἐψυχωμένην νοερῶς, ἰδίαν ἐποιήσατο, καὶ αὐτὸς προῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀνθρώπῳ συνὼν, ἀλ' ἀνθρώπου ἐφάνη, καθά φασι. τὸ δὲ καὶ δοκεῖσθαι λέγειν τὸν ἐσχηκότα τὴν ἐνοίκησιν, ὡς αὐτοὶ διατείνονται, τοῦτο δὲ παρ' ἡμῶν δοκεῖ βλακικῶς, πῶς οὐχ ἁπάσης ἐμβριθοῦς δοκοῦσιν ἔχειν; μάχεται δὲ τῷ σκοπῷ τῆς θείας γραφῆς. ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος Παῦλος τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τῇ πατρὸς ὄντα, φησὶν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἑαυτὸν δὲ μᾶλλον κενῶσαι, καὶ μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενέσθαι, ὡς ἄνθρωπον, ταπεινῶσαί τε ἑαυτόν. οἱ δὲ πρὸς πᾶν τοὐναντίον μεθιστάντες τὰ πράγματα τὴν φύσιν, καὶ τῆς ἀληθείας τὸν δρόμον ἀποκαμπύλοντες, θεοποιῆσθαί φασιν ἄνθρωπον. ἆπτε τίς ὁ κενώσας ἑαυτὸν, ὦ βέλτιστοι, καὶ πῶς ταπεινώσας; ποῖον, εἰπέ μοι, λαβὼν τοῦ δούλου μορφήν; αἰσχυνόμεθα γὰρ ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ παρ' αὐτῶν λόγος ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς ταπεινότητος ὑψούμενον ἄνθρωπον, ἢ ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς κενώσεως εἰς τὸ πλῆρες τῆς θεότητος ἀναβαίνοντα, καὶ ἐκ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς μεθιστάμενον εἰς δεσποτικήν. πῶς οὖν ἄρα κεκενῶσθαί φασι τὸν μονογενῆ, ἢ πῶς τὴν ἡμῶν ὑπομεμενε ταπείνωσιν, ἐκ ἔχω νοεῖν· εἰ μὴ ἄρα κεκενῶσθαί φασιν αὐτὸν, ὅτι τῇ ἰδίᾳ δόξῃ πεπύμκε τὸν ἄνθρωπον. ἢ πῶ-

A "ἑνωσις

B

"ἕως πρὸ

"συναλῖσι

C "ἐγκατοικῆσαι

"αὐτάρκως

D

"ἁρπαγμὸν

E

esse & Filium & Dominum fateamur. Vna namque hominis est natura, & vna hypostasis, etiam si ex rebus diuersis, specieq. differentibus constituatur. Palam est enim corpus esse quiddam ab anima diuersum, sed tamen proprium ipsius, & vnà cum ipsa vnius hominis hypostasim plene constituere. Et quamuis secundum mentem & cogitationem, prædictorum discrimen non sit obscurum; attamen illa coitio, seu concursio, cum sit indiuisa, vnum animal, hominem ipsum efficiunt. Itaque vnigenitum Dei Verbum non homine assumpto prodijt homo; sed quamuis ineffabilem ex Deo Patre generationem haberet, templo per Spiritum sanctum sibi consubstantialem constructo, homo factum est. Vnus proinde intelligitur, etiam si corpus quod assumpsit, ipsa rationis contemplatione diuersæ sit ab ipso naturæ. Vbique vero fateamur non inanime fuisse, sed anima intelligente præditum.

Audio nihilominus quosdam in eam vesaniam prolapsos esse, vt dicere non vereantur, Deum Verbum in illo homine ex Virgine nato perinde ac in quodam filio inhabitasse, eumdemq. sua illa inhabitatione deificasse. Sed, ò boni viri, non hoc est, inquam, Dei Verbum incarnatum, vel hominem factum esse; sed potius in homine non secus ac in aliquo sanctorũ Prophetarũ habitasse. Enimuero admirabilis illius secundũ nos mysterij ratio, vt paulo superius monuimus, illud ipsum Dei Patris Verbum carnem, secundum Scripturas, factum docet: non quòd naturalem aliquam mutationem aut alterationem sustinuerit, aut in carnem versum sit; sed quòd carnem anima rationali vegetatam sibi adsciuerit, homoq. processerit; non quòd homini sit coniunctum, aut in homine inhabitauerit, vt ipsi dicunt. Porro illum, in quo habitarit, dicere deificatum fuisse, vt ipsi asserunt, (id enim nos prorsus respuendum censemus) quomodo non summæ stultitiæ significationem habet? Pugnat enim cum sacrarum Scripturarum scopo: quandoquidem diuinus Paulus Deum Verbum in forma & illa per omnia Dei Patris æqualitate constitutum, non rapinã arbitratum dicit æqualem se esse Deo; verum semetipsum exinaniuisse, seruiq. forma accepta in similitudinem hominum factum esse, vtpote hominem, ac semetipsum humiliasse. Illi vero rerum naturam ad quiduis contrarium detorquent, vimq. veritatis impie adulterantes, hominem deificatum asserunt. Verum si res ita habet, quis nam quæso semetipsum exinaniuit? quomodo præterea seipsum humiliauit? qualem, dicite mihi, serui formam accepit? Etenim hæc illorum doctrina hominem videlicet inducit, qui ex nostra humilitate in sublime euectus sit, quiq. ex nostra exinanitione in Deitatis plenitudinem euaserit; necnon ex forma seruili in dominicam formam transierit. Equidem quomodo vnigenitum Dei Filium exinanitum, quomodo item humanæ naturæ humiliationem sustinuisse dicant, omnino intelligere non valeo: nisi forte per hoc exinanitum asseuerent, quòd hominem gloriæ suæ participem fecerit. Verum si alterum honorans, Philip. 2.

ipſe honoris ſui detrimentum facit; ſi alterum glorificans, ipſe exinanitur: cui dubium eſſe poteſt, quin præſtabilius illi fuerit neque honorem cuiquam, neque vero gloriam illum tribuere? Niſi enim hominem, quem ſibi, vt ipſi loquuntur, proprium fecit, honoraſſet, eumdemq. gloria ſua cumulaſſet, in propria excellentia conſtans perſtitiſſet. An non ea cuique riſu digna, & extremæ ſtultitiæ plena videantur, quæ illi & ſentire ſtatuerunt, & eloqui audent? At vero ſermo veritatis nullo modo quidquam aliquando exinanitum cenſebit, ſi id ipſum antea ſecundum naturam ſuam plenum non erat: neque rurſum humiliatum, niſi illud in ſublimi & ſummo poſitum, in id poſtea deſcenderit quod prius non erat: illum præterea qui ſerui formam acceperit, prorſus intelliget antequam illam acceperit, naturalem libertatem habuiſſe: & eum qui homo ſit factus, fuiſſe hominem priuſquam factus ſit, non agnoſcit. Quamobrem cum ſacra & diuina Scriptura exinanitionem, ſeruilemq. formam, necnon & humanitatem nominet, eumq. qui hæc voluntarie ſuſcepit, Dei Patris Verbum appellet; quomodo iſti eximiam illam admirandæ huius diſpenſationis ſapientiam in contrarium ſenſum detorquentes, hominem quemdam deificatum eſſe contendunt, ita vt iam Chriſtiani nulla re ab ijs differant, qui prætermiſſo creatore adorant creaturam? Numquid ſanctos Angelos quoque, qui, vt diuinæ litteræ teſtatum faciunt, Primogenitum in terrarum orbem inductũ adorare iuſſi fuerunt, vnà etiam nobiſcum erraſſe concedent? At quomodo, obſecro, Primogeniti nomen Vnigenito attribuere licebit, ſi vere incarnatus non fuit? Nam ſi verum eſt illud, Vt in multis fratribus; tum certe conuenienter primogenitus intelligitur, cum ad fraternitatem proculdubio noſtram deſcendit, cum homo noſtri ſimilis factus eſt, per omnia, ſolo peccato excepto, fratribus aſſimilatus. Nobis autem ad pietatem ſatis eſt vt cogitemus & intelligamus, carnem, quæ Dei omnia viuificantis peculiaris effecta eſt, viuificam ipſius Verbi virtutem & operationem obtinere; gloriamq. ineffabilem & inacceſſibilem conſecutam eſſe.

Rom. 1. d. 25.

Hebr. 1. b. 6.

Rom. 8. d. 29.

Hebr. 2. c.

Ceterum qui hoc modo ſentire propoſitum habent, eos & alias quoque calumnias in ſacras litteras afferre mirum non eſt, dum perſonę Vnigeniti, quas à Iudæis ſuſtinuit iniurias, & ipſam præterea carnis mortem quã pertulit, adimunt; easq. illi qui ex muliere, veluti alteri ſeorſum filio adſcribunt. Ipſis namque propoſitũ eſt, neſcio quo modo, per viam gradientibus quę ad pietatẽ recta non eſt, præcipitari in abruptũ inferni, & in inferni profundum, ſicut ſcriptum eſt. Sane quidem impatibilis & penitus impalpabilis eſt diuinitas. Neque enim eſt corporea, ſed vltra omnẽ creaturam viſibilem atque intelligibilem, & in incorporea & immaculata & intractabili & incomprehenſibili natura. Sed quia, cum vnigenitũ Dei Verbum corpus ex ſancta & Dei genitrice Virgine ſuſcepiſſet, ſuſceptumque, vt ſæpenumero iam monui, proprium ſibi feciſſet; ſemetipſum pro nobis Deo & Patri immaculatam hoſtiam

Ex Prouer. 9. & 16.

Epheſ. 5. a. 2.

εἰ τιμῶν ἀδικεῖται, καὶ κενοδοξίαν δοξάζων, πῶς οὐκ ἄμεινον ἐρεῖ τις εἶναι τὸ μηδὲ τιμᾶν αὐτὸν, μή τι μᾶλλον δόξαν τινὶ νέμειν; ἔμφυτον γὰρ αὐτοῖς ἰδίαις ὑπερηφανίαις, μή τι τιμήσας, μή τι δοξάσας τὸν, ὡς αὐτοί φασιν, οἰκειωθέντα αὐτῷ ἄνθρωπον. ἆρ' οὐ γέλωτος ἄξια παντὶ τῷ φανῆναι, καὶ ἀβελτηρίας ἔμπλεω τῆς ἐσχάτης, ἃ φρονεῖν ἐγνώκασι, καὶ θαρσοῦσι λαλεῖν; ἀλλ' ὅγε τῆς ἀληθείας λόγος οὐκ ἂν ὑποπτεύσαί τι κεκενῶσθαι πώποτε, μὴ οὐχὶ πλήρεις ὄν κατ' ἰδίαν φύσιν. οὐδ' ἂν νοοῖτο πεπηρῶσθαί τι, μὴ οὐχὶ ὅλῃ πάντως ὑψοῦσθαι, καὶ ἀνωτάτω κείμενον, εἶτα καταφοιτῆσαι εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· τὸν δέ γε δούλου λαβόντα μορφὴν, εἰσεπᾶν που πάντως περὶ αὐτῆς ἔχοντα τὸ κατὰ φύσιν ἐλεύθερον· καὶ τὸν γενόμενον ἄνθρωπον, οὐκ οἶδεν ὄντα τοῦτο πρὶν γενέσθαι. τῆς τίνων αἰτίας, καὶ θεοπνεύστου γραφῆς, κένωσιν ὀνομαζούσης, καὶ δούλου μορφὴν, καὶ μέν τι καὶ ἄνθρωπότητα, καὶ τὸν πάντα ἐθελουσίως ὑπομένοντα λεγούσης τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον εἶναι, τὰ θεομισέστατα αὐτοὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν τῆς οὕτω πεφυρμένης εἰκονομίας τὸ ἀνύχνες, ἄνθρωπον πεποιῆσθαι λέγοντες· ἵνα μηδὲν ἔτι διαφέρωσι χριστιανοὶ τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων παρὰ τὸν κτίσαντα; ἢ τάχα που παλαιῆσθαι δώσουσι μεθ' ἡμῶν καὶ αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους· οὓς δὴ προσπτύσσεσθαι φησὶ τὸ χάραγμα τὸ ἱερὸν προσκυνῆσαι τὸν πρωτότοκον, εἰσαχθέντα εἰς τὴν οἰκουμένην; τὸ δέ γε πρωτότοκος ὄνομα πῶς αὖ ἁρμόσαιμεν μὴ ἐναν θρωπήσαντι τῷ μονογενεῖ; εἰ γὰρ ἔστιν ἀληθὲς τὸ, ὡς ἂν πολλοῖς ἀδελφοῖς, ἄρα εἰκότως νοεῖται πρωτότοκος, ὅτι κατέβη πρὸς ἀδελφότητα, δηλονότι τὴν πρὸς ἡμᾶς, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὁμοιωθεὶς κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας. ἀποχρῆ δὲ πρὸς εὐσέβειαν ἡμῖν τὸ λογίζεσθαι, καὶ νοεῖν, ὅτι θεοῦ γνησίαν σάρκα ζωοτοκοῦσαν τὰ πάντα, τὴν ζωοποιὸν αὐτοῦ δυνάμιν, καὶ ἐνέργειαν ἔχει· καταπλαγῆναι δὲ καὶ δόξαι ἄρρητον, καὶ ἀπερόσβλητον. ἀπήχθεσθαι δὲ οὐδεν τοῖς, οὐχὶ τοῦτο φρονεῖν ἐγνώκασι, καὶ ἑπέρχεσθαι τοῖς ἱεροῖς δόγμασιν ἐπάρατον συκοφαντίαν, ἀποφέρουσι μὲν ἐκ προσώπου τοῦ μονογενοῦς, ἃς ὑπομεμένηκεν ὑπὸ τῶν ἰουδαίων παροινίας, ἐξ αὐτὸν ὅπη τούτοις τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, ἀποτίνουσι δὲ ὥσπερ ἐγὼ κατ' ἰδίαν ἑτέρῳ τῷ ἐκ γυναικός. δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀφ' τῆς εἰς δυσέβειαν οὐκ ἀγνοίας ὁδοῦ πρὸς πίστιν ὀρθοῦ κατανεῦσαι, καὶ εἰς ἁδὲ συνθήκας, καὶ τὸ γεγραμμένον. ἔστι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀπλοῦς τὸ θεῖον, καὶ ἀσύνθετον παντελῶς· ὅτι μὴ καὶ σῶμά ἐστιν, ἀλλ' ἐπέκεινα πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε, καὶ νοητῆς, καὶ ἐν αἰσθητῷ, καὶ ἀχράντῳ, καὶ ἀψαύστῳ, καὶ ἀπεριοδεύτῳ φύσει. ἐπεὶ δὲ ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας, καὶ θεοτόκου παρθένου, καὶ, ὡς ἔφην ἤδη πλειστάκις, ἴδιον αὐτὸ ποιησάμενος, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν προσενέγκῃ εἰς ὁσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί.

A

B

C

D

E

ᵛ πτωτικῶς

ˣ ἁμάσαιμεν

ˣ τοὺς γε τοιούτους ἐγνωκότας,

πικῶς, ὡς ἄμωμον ἱερεῖον, πύτῃ τι καὶ ὑποφαίνειν
λέγειν πρὸς ἡμῶν τὰ εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ γεγενόσθαι.
οὐ γὰρ ἴδιόν ἐστι τὸ σῶμα, πύτῳ ἂν εἰκότως προσχρέ-
φοιτο καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα, δίχα μόνης ἁμαρτίας.
σὺκοῦν ἐπιδήπερ ἐνανθρωπήσας ἓν ὁ θεῖος λόγος,
μεμένηκε μὲν ἀπαθὴς θεϊκῶς, οἰκειούμενος δ' ἀναγ-
καίως τὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, παθητὰ λέγειν τὰ κατ'
σάρκα, καί τι τοῦ παθητὰ ἀπιέναι ὢν, καθὸ νοεῖ-
ται θεός. Διαβάσεις οὖν δόκησις ἀποφέρει τῆς ἀλη-
θείας αὐτοὺς, σὺκ ἐνορῶντας, ὅτι παρῆκται μὲν τὸ
ἀπαθὲς αὐτῷ, καθὸ ὑπάρχει, καὶ ἔστι θεὸς, προσ-
χρᾶται δὲ καὶ τὸ παθητὰ ὑπὲρ ἡμῶν κατ' σάρκα,
καθὸ θεὸς ὢν φύσει, γέγονε σὰρξ, ἤτοι τέλειος ἄν-
θρωπος. τίς γὰρ ἓν ὁ λέγων πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πα-
τέρα, καὶ θεόν· θυσίαν, καὶ προσφορὰν σὺκ ἠθέλη-
σας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα, καὶ
περὶ ἁμαρτίας, σὺκ ηὐδόκησας· τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω
τοῦ ποιῆσαι ὁ θεὸς τὸ θέλημά σου; ὁ γὰρ ἔχων σώματος,
ὡς θεὸς, ἑαυτῷ τὸ σῶμα κατηρτισθαι φησιν, ἵνα
τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν προσενέγκας, τῷ ἰδίῳ μώλωπι
πάντας ἡμᾶς θεραπεύσῃ, κατ' τὸν τοῦ προφήτου
φωνήν. πῶς δὲ καὶ ἵνα ὑπὲρ πάντων ἀποθάνῃ, ὁ
πάντων ἀναίτιος, εἰ ἁπλῶς τινος ἀνθρώπου νοεῖται
τὸ πάθος; εἰ δὲ πέπονθεν ἀνθρωποπρεπῶς, ὡς τὰ τῆς
ἑαυτοῦ σαρκὸς οἰκειούμενος παθήματα, τότε δὴ, τότε
φαμὲν, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς τῆς ἀπάντων ζωῆς
ἀναίτιος ὁ ἐκ θεοῦ νοεῖται κατ' σάρκα θανάτου· οὐχ ὡς
ἐκ θεοῦ ὄντος τῶν καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς·
ἀλλ' ὅτι θεὸς ὢν φύσει, ἀνθρωπός τε, κατ' ἐνανθρώ-
πησιν, κατ' τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν. εἰ δὲ ἀπο-
φέρουσί τινες τοῦ μονογενοῦς, ὡς ἀκαλλὲς, καὶ ἀνάρ-
μοστον, καὶ ἀπρεπὲς αὐτῷ, τὸ κατ' σάρκα πάθος, ἀναι-
ρείτωσαν ὁμοίως αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθέ-
νου κατ' σάρκα γέννησιν. εἰ γὰρ ἔστι τῶν ἀπρεπῶν αὐ-
τῷ τὸ σαρκὶ λέγεσθαι παθητὸν, πῶς οὐ καὶ γε τοῦτο
τὸ πρῶτον, τυπτέσθαι, ἡ κατ' σάρκα γέννησις, ἢ, καὶ
ἀπλούστερον εἰπεῖν, ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπος;
εἴχετο δὴ οὖν τὸ χριστιανῶν μυστήριον· καὶ μεμα-
ταίωται λοιπὸν ἡ τῆς σωτηρίας ἐλπίς. Ἀλλὰ γὰρ
πῶς, φησὶ, πάθοι ἂν ὁ παθητὸν σὺκ ἐκ φύσεως; ἀπαθὴς
μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὁμολογουμένως κατ' ἰδίαν φύ-
σιν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος· λέγεται δ' οὖν σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ
παθητὸν, κατ' τὰς γραφάς· ἓν γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ πά-
σχοντι σώματι. καὶ πιστώσεταί σε γράφων ὁ Πέτρος
οὕτω αὐτός· ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ
σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον. σὺκοῦν ἀπαθὴς μὲν ὁ
λόγος, καθὸ φύσει νοεῖται θεός· αὐτός γε μὴν νοεῖ-
ται κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ
παθήματα. ἐπεὶ, τίνα τρόπον ὁ ἀναίτιος πάσης κτίσεως,
ὁ δι' οὗ γεγόνασιν ἅπαντα, θάνοι τι, καὶ ἐξουσίᾳ, θάνοι τι, καὶ
κυριότητος, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν,

A στiam in odorem ſuauitatis obtulit: fit ea de cauſa, vt ea omnia quæ in eius carnem facta ſunt, etiam ipſum ſuſtinuiſſe dicamus. Nam cuius eſt corpus proprium, iure illi etiam omnia quæ ſunt corporis, ſolo excepto peccato, tribuuntur. Igitur quoniam Deus Verbum poſteaquam homo factus eſt, manſit quidem ſecundū naturam diuinam impatibilis, ea tamen quæ carnis erant, neceſſario veluti propria ſibi fecit: ideo quæ ſuæ carnis erant pertuliſſe dicitur, etiam ſi ſecundum diuinam naturam nulli penitus paſſioni eſſet obnoxius. Vnde falſa pietatis perſuaſio à veritate eos abducit. Non enim animaduertunt,
B impatibilitatem quidem illi manſiſſe quatenus erat ab initio & eſt Deus; ſed tamen quod ſecundum carnem pro nobis pertulit, illi adſcribitur, quatenus Deus natura exiſtens, factus eſt caro, hoc eſt, perfectus homo. Nam quis, quæſo, erat, qui ad Patrem qui eſt in cęlis, ac Deum loquebatur, dicens: Sacrificium & oblationem noluiſti, *Hebr.10.a.* corpus autem aptaſti mihi; holocautomata & *5.ex Pſal.* pro peccato noluiſti. tunc dixi, Ecce venio, vt *39.*
C faciam Deus voluntatem tuam. Qui enim corporis expers erat vt Deus, corpus ſibi aptatum fatetur, vt eo pro nobis oblato, ſuo nos omnes li- *Eſai.53.a.* uore, iuxta Prophetæ vocem, ſanaret. Quo pacto etiam vnus pro omnibus mortuus eſt, qui iu- *2.Cor.5.c.* ſtum pro omnibus pretium exolueret, ſi illa paſ- *14.* ſio puri cuiuſpiam hominis fuiſſe putatur? Quòd ſi ſecundum humanam naturam eſt paſſus, vt qui ſuę carnis paſſiones ſibi proprias fecit, ſibiq. vindicauit; tunc demum vnius mortem ſecundum carnem, iuſtum pro omnium hominum vita pretium fuiſſe rectiſſime aſſerimus: non quòd mors illa vnius vulgaris hominis noſtri ſimilis fuerit, etiam ſi noſtri ſimilis factus ſit; ſed quòd cum per naturam Deus eſſet, incarnatus homoq. factus ſit, ſecundum ſanctorum Patrum confeſſionem. Quòd ſi ſunt qui ob id paſſionem
D ſecūdum carnem Vnigenito adimunt, quòd turpis, incongrua, indecensq. videatur; adimant ipſi pari ratione & ipſam quoque ſecundum carnem ex Virgine natiuitatem. Nam ſi illi turpe eſt quòd carne paſſus eſſe dicitur; quomodo non ante hoc turpis erit illa ſecundum carnem natiuitas, quæ paſſionem antecedit; aut, vt ſemel dicam, ipſius humanationis modus? Perijt itaque hac ratione vniuerſum Chriſtianorum myſterium; &, quod hinc conſequitur, totius ſalutis noſtræ ſpes inanis redditur.

Sed dixeris: Quomodo pati id poteſt, quod nulli paſſioni eſt obnoxium? Illud igitur ex Deo
E Verbum proculdubio, vt iam dictum eſt, ſecundum propriam naturam nullatenus eſt patibile: dicitur tamen ſecundum Scripturas propria carne paſſum, quoniam erat in patiente corpore. Quod beatus Petrus confirmat, hunc in modum de illo ſcribens: Qui peccata noſtra pertulit *1.Petri.2.* in corpore ſuo ſuper lignum. Quocirca licet Verbum, cū vt Deus ſecundum naturā conſideratur, ſit impatibile; ſecundum diſpenſatoriam tamen appropriationem, paſſiones carni competentes

ipſius propriæ cenſentur. Alioqui quomodo ille primogenitus omnis creaturæ, ille per quem facti *Coloſſ.1.c.* ſunt Principatus & Poteſtates, Throni & Dominationes, & in quo conſiſtunt omnia, factus eſt primo- *15.*

genitus ex mortuis,& primitiæ dormientium, ſi
Deus Verbum corpus,quod pati natum erat,ſibi
proprium non fecit? Quemadmodum autem
Deus ex muliere ſecundum carnem ortus, no-
ſtram ſibi humanitus natiuitatem appropria-
uit, quamuis propriam ex Patre natiuitatem ha
beret: ita idem etiam carne dicitur pati ſecun-
dum nos, & humanitus, etiamſi vt Deus in-
telligitur, nulla patibilitas in illum ex natura
conueniat. Ad hunc namque modum Chriſtus
agnoſcitur: ad hunc modum etiam cum Patre
conſidet; non vt homo per Dei Verbi inhabita-
tionem honoratus;ſed vt vere Filius etiam tum,
quum homo eſt factus. Siquidem præeminentiæ
dignitas,quę eſſentialiter illi ineſt,integra ei ſem
per permanſit,etiamſi diſpenſatorie in ſerui for
ma apparuerit. Quare, vt inquit,licet noſtræ na-
turæ particeps fuerit vt homo, cum hoc ipſo ta-
men ſupra omnem creaturam erat vt Deus.

Ceterum audiui quemdam, qui cum reditus
illius in cælum cauſam exponeret,dicebat abijſſe
illum in locum tutum, nulliq. violentiæ expoſi-
tum; tum ea rurſum dignitate & prærogatiua
potitum vt cum Patre conſidèret,vbi,ait,naturæ
noſtræ aduerſarius propius ad ipſum accedere,
inſidijsq. eumdem rurſus impetere non poteſt.
Ergo cælum factũ eſt illi pro munimine;& receſ-
ſus ille à nobis,de quo gloriamur,non aſſumptio
fuit,ſed potius fuga? Timebat ſcilicet fortaſſis,
ne malignus ille alterũ ei laqueum inijceret; ac
niſi aſcendiſſet, etiam poſt reſurrectionem eiuſ-
dem inſidijs pateret. Quis,obſecro,ab huiuſmo-
di ſordibus quàmlongiſſime non abſcedat? Quis
adeo turpia verborum portenta non auerſetur;
& ijs qui huiuſmodi nugas tenere,aut docere au-
dent, non multam ſalutem dicat? Apage cum
ſceleratiſſima iſta ſordidiſſimaq. ſententia, qua
nihil anilius, nihil ſtultius excogitari poterat.
Rem enim tantam ad eam ineptiam redigunt, vt
nihil eſſe turpius poſſit. Etenim cum Chriſtus
noſtræ conditionis diſpenſationem conſummaſ-
ſet, ſatanamq. protriuiſſet, & omnem eius vim
fregiſſet, ac mortis imperium deſtruxiſſet, nouã
viuentemq. nobis viam ad cælum inſtaurauit,
in cælos aſcendens, vt vultui Dei & Patris, ſicut
ſcriptum eſt,pro nobis appareat:conſidetq. cum
ipſo etiam cum carne,non iam vt homo ſeorſum
conſideratus, neque vt alius filius ab ipſius Ver-
bo diuerſus,neque vt qui ipſum Verbum inhabi-
tatorem habeat; ſed vt vere Filius vnus & ſolus
etiam tum, quum factus eſt homo. Conſidet
itaque tamquam Deus cum Deo, & Dominus cũ
Domino,& Filius verus cum Patre vero, hoc ip-
ſum obtinens ex natura, licet cum carne conſi-
deretur.

Ac fuerat fortaſſe non magnæ difficultatis fu-
ſius adhuc iſtorũ ſtultitię barathrum demonſtra-
re: verum nugis vſque adeo friuolis ineptisque,
pluribus velle repugnare, haud aliud fere eſſet,
quàm cũ eas ineptias fundentibus ſimul inſanire.
Illa nihilominus ceteris quæ dicta ſunt,nõ inuti-
liter adiecero, per quæ illi populũ Domini, ſicut
ſcriptum eſt,perterrefacere,rectosq. corde, hoc
eſt, eos qui in ſimplicitate animi vitam tradu-
cunt,

2.Cor. 15. 6.21.

Bſ.Quare licet noſtræ n.p.f.v.h,cũ hoc ipſo tamen ſecundum naturam ſupra omnem creaturam &c.

Hebr.9. c. 24.

Num. 22.

ϛ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ γέγονε τῶν κεκοιμημένων, οὐ μὴ
τὸ παθητὸν πφυκὼς, ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα, ϑεὸς ὢν ὁ
λόγος; ὥσπερ οὖν γέγονε κατ' σάρκα ἐκ γυναικὸς, τὴν
καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως διοικήσιν οἰκειούμενος, καί
τι χώρησιν ἰδίαν ἔχων τὴν ἐκ πατρὸς, οὕτω καὶ περὶ
λέγεται παθητὸν καθ' ἡμᾶς τι, καὶ ἀνθρωπίνως,
καίτοι φύσει κρεῖττον αὐτοῦ τὸ ἀπαθῶς ἔχειν, καθὸ μὴ φύσει
νοεῖται ϑεός. οὕτω γὰρ νοεῖται χριστὸς· οὕτως ἐπὶ καὶ
συνάφειαν τῷ πατρί· οὐχ ὡς ἄνθρωπος τῇ ἐνοικήσει τοῦ ἔχει,
ϑεοῦ λόγου τετιμημένος, ἀλλ' ὡς υἱὸς ἀληθῶς, καὶ ἐπὶ
γέγονεν ἄνθρωπος. τετήρηται γὰρ αὐτῷ τῆς οὐσιωδῶς
B ἐνυπαρχούσης ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ εἰ πέφηνεν
οἰκονομικῶς ἐν δούλου μορφῇ. σὺν, καθά φησιν, ἴσον, καὶ
αὐτοῖς, εἰ καὶ κοινωνὸς τῆς ἡμετέρας Φύσεως ἐστὶν, καθὸ ἄνθ-
ϑρωπος, ἀλλ' ἐστὶν μὴ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ κτί-
σματα, ὡς ϑεός. Ἐπυϑόμην δέ τινος τῶν εἰς ἀγρούς αὐτὸν
δι' τὴν αἰτίαν ἐξηγημένην, εἰς χωρίον αὐτὸν ἀσα-
Φοιτῆσαι λέγειν, ἀσφαλές τι, καὶ ἄουλον, ἠξιωμένον
καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα συνοδίας· ἵνα, φησὶν, ὁ ἐ-
χθρὸς τῆς ἡμετέρας Φύσεως μὴ δυνάμενος ἐπιϑήσασϑαι
αὐτῷ πάλιν ἀναβαλέσθαι. Φροῦδον οὖν, οἶμαι,
γέγονεν ὁ ἀγαϑὸς αὐτῷ, καὶ Φυγὴ μᾶλλον, οὐκ ἀπά-
λειψις ἡ δεσποτικὴ ἀφ' ἡμῶν γέγονεν, ἀφ' ἧς ἐκ καυ-
χώμεϑα; εἰδέναι δὲ, καὶ τὸ εἰκὸς, μὴ ἄρα πως δόλιον
ἔσχεν αὐτῷ συμπαίζειν παγίδα ὁ πονηρὸς, ἐκ εἰ μὴ γέγο-
νεν ἀνελϑεῖν, ἐπιβαλόμενος ἂν, ὡς ἔοικε, καὶ μὴ τὴν ἀνά
ϛασιν. τίς τ' τοιούτων ἐμέτων οὐκ ἀποφοιτήσαι μα-
κρὰν; ἢ τίς τῆς οὕτως αἰσχρᾶς περιτολμίας οὐκ ἀπα-
ναίσητος, πολλὰ χαίρειν αὐτοῖς τοῖς τὰ τοιαῦτα
τολμῶσι φρονεῖν, ἢ λέγειν; ἄπαγε τῆς οὕτω μυσαρο-
πάτης, καὶ χαμαιπετοῦς ἐννοίας. ἐδέησε δ' οἶμαι τούτων
χρεοπεπίστερον, ἢ ἀμαϑέστερον. ἦκε γὰρ ὡς τοῦτο κυ-
δαιμόνιος ἐννοιῶν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, ὡς ἐδέησεν εἶναι τὸ
D ἄριστον. ἀποπεφάνεις γὰρ ὁ χριστὸς τὴν καθ' ἡμᾶς οἰ-
κονομίαν, καὶ πατὴρ τὸν σωτῆρα, καὶ πάσων αὐτοῦ τὴν
ϑεϊκὴν κατάστασιν, κατακλύσας δ' καὶ αὐτοῦ τοῦ
ϑανάτου τὸ κέρας, ἀνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφα-
τον, καὶ ζῶσαν, ἀναφοιτήσας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐμφα-
Domino congregarat, quia sic credendum est, ipse præsedit; quandoquidem probetur nec spiritu nec corpore defuisse. Adfuit palmæ, qui contentioni non defuit: iuuit animorum vota nostrorum, qui videret Symbolo primum inter Apostolos tradito derogari: non passus est nefandum caput gaudere solatijs, nec turbari diu siuit lutulento gurgite fontis illius perspicui puritatem. Ad nos reuersi sunt fratres, ad nos inquam, qui morbum communi studio persequentes, animarum curauimus sanitatem. Non se exuli vestro sanctus frater noster Ioannes addiderat; non eius est blasphema prædicatione deceptus. nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negauit. Nam quid in inuentorem malorum posset aliud iudicare, nisi quod probatur ipse per sacerdotes suos, cuius agebatur causa, sentire? Statuerat hoc nimirum de nostrorum desertore castrorũ, quod à ducibus Fidei [f] suaderet perfidia iudicari. Numquam se à nostro numero separasset, in quẽ potuit & reuerti. Exulta frater charissime, & ad nos recollectis fratribus victor exulta. Quærebat Ecclesia quos recepit. Nam si neminem perire volumus de pusillis, quanto magis gaudendum nobis est sanitate rectorum? Legimus vna ouis quantum gaudij reportata præstiterit: & idcirco intelligendum est quid laudis habeat tantos reuocasse pastores. Greges aspiciuntur in singulis; nec vnius hic causa tractatur, quotiens agitur de sanitate [f] multorum. Lætamur hic nihil egisse nos præcoquum, quando fructu nostræ sententiæ gratulamur. Sustinuimus fratres, certi eos non spinas, sed vuas esse [f] facturos. In euidenti est nostrorum vindemia gaudiorum, quæ sanctam Synodum largitate gratulationis impleuit. Vineam suam custos ille curauit, quem ad custodiendam domum Israël nec dormitare, nec obdormire Dauid propheta testatur: infœcundum illud Christo nostro, nec afferens fructum, suscepit flamma sarmentum. Sed vt hoc videmus conuenire damnato, ita de reuersis ad nos fratribus conuenit dicere, quia non potuit à diabolo eradicari plantatio, quam plantauerat Pater. Illum ergo sibi ignis æternus, hos possessoris æterni vinea vindicauit, in tantum vt Antiochenæ ecclesiæ sacerdotem vocari à sanctitate tua iam nunc venerabilem virum & domnum gaudeamus. Et merito vocatur domnus, qui communem Dominum recognouit, qui incarnationis eius mysterium voce catholica nobiscum confitetur. Bene nobis breuiter tua fraternitas quæ sunt super eodem negotio gesta narrauit: sed mirati non sumus, quòd à dissentientibus in te compositam legimus [f] dejectionis iniuriam. Nouimus frequenter patere calumnijs veritatem, nec tamen vmquam posse falsitate superari. votiuæ sunt semper molestiæ Fidem prædicanti. his namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cælo, quibus propter iustitiam, maledictiones, persecutiones, & omne malum præcipitur sustinere. Passus es falsitatem, vt victricem faceres veritatem: & ideo nunc insultandum est falsitati, quia nullus perire potuit veritati. Expectamus igitur memorati fratris nostri Ioannis clericos, & optamus venire. scimus ei & pro honore & pro labore tuo dare responsum. Non est, sicut fratri & coëpiscopo nostro Maximiano sæpe iam scripsimus, etiam ipse redeuntibus difficilis aperire ianuam: vt vere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus; sitq. ei maior causa lugendi, quòd meruit solus excludi. Hæc ad veneration[em] tuam fraternitas mecum sancta scribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores; qui tamen graues aut amari esse non potuerunt, quia huic impensi sunt, cuius onus leue, & iugum suaue portamus. Datum xv. kal. Octobr. Theodosio xiiij. & Maximo Conss.

Ioan. 17. b. 12.

Matth. 11

XYSTVS EPISCOPVS, IOANNI *Episcopo Antiocheno.*

Reformatur qui Beati Ioannis, qui habetur 7. 43. XLII.

SI Ecclesiastici corporis gloriam, si eius integritatem dilectio tua considerare dignetur; profecto lætitiæ nostræ non quæret interpretem. Ipsæ namque res euidentissime loquuntur, mærorem nostrum repentino sancti fratris nostri Cyrilli sermone in gaudium esse conuersum. Tantam hanc ergo sollicitudinem nostram nos euasisse delectat, postquam reo nostræ Fidei tua fuit [f] sanctitas plenitudo. Nunc vere se exulem, nunc se sentit eiectum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest vua quam colligat. Hos habet fructus, qui erga vineam Domini [f] nostri noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo peruenerit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere. Retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotij qualitatem iusta lance pensemus, nulli non videbitur Nestorius sero [f] damnatus. Hic fuerit debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus Dominus gaudere cõcessit. Audiuit vniuersa fraternitas, quæ ad natalis mei connenerat diem, qualiter bono humani generis, Apostolicæ Sedis me præside, *. . . excedant licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam: exordium tamen tui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controuersia perferenda, qui Christum Dominum nostrum bono humani generis, ita vt natus est, confiteris: subsequenter Ecclesiæ addis luciferum, & vbique lucentem: sed & nunc vos, immo omnes qui lucis illius signũ fronte gestamus, luciferos confitemur. Sint ergo omnes Fidem prędicantes Domini sacerdotes luciferi, & vbique lucentes: sit & Nestorius ille lucifer, de quo scriptum est: Cecidit lucifer, qui mane oriebatur. cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus, cum ascendere disponit in cælum, & ponere super cæli sidera sedem suam, & promittit Altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat Altissimi: iste in suam similitudinem vocabat Altissimum. hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud euacuans, immo illud impugnans, quo secundum Symbolum

Isai. 14. b.

Fides

Fides & ſalus noſtra ſubſiſtit. Non eſt certandi A
iam tempus hoſte proſtrato: tranſeundum nobis ab his eſt quæ bella mouerunt. importunum eſt victoriæ tempore adhuc de prælijs diſputare. Quæ hic euidentior rerum fides, quæ ratio maior poteſt eſſe, quàm palma? Fruamur auctore
Pſal.132. Domino, bono atque iucundo, quia in vnum fratres rurſus cœpimus habitare. Hæc ſanctitatem tuam volumus prædicare, quæ ſcribis. Expertus es negotij præſentis euentu, quid ſit ſentire nobiſcum. Beatus Petrus Apoſtolus in ſucceſſoribus ſuis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius ſe velit ſeparare doctrina, quem ipſe inter Apoſtolos primum Magiſter edocuit? Non hunc B
audit⁹ per alterum, non ſermo lectus inſtruxit. doctus eſt cum alijs ore Doctoris: non ſcripturæ, non ſcriptorum paſſus eſt quæſtionem. abſolutam & ſimplicem fidem, & quæ controuerſiam non haberet, accepit; quam vtique meditari ſemper, & in qua manere debemus; vt ſenſu puro ſequentes Apoſtolos, inter Apoſtolicos eſſe mereamur. Non parum nobis oneris, non parum
Ephes.5.d. laboris incumbit, vt Eccleſiæ Domini macula deſit & ruga. Quàm ſuper hoc eſſe ſolliciti nos debeamus, clementiſſimorum & Chriſtianiſſimorum Regum cura teſtatur. Aſpice frater chariſſime, cęleſti negotio quàm ſe vigilãter im- C
penderint. Cogitationum ferias neſciuerunt: nec dignati ſunt terrena curare, niſi cæleſtibus paruiſſent. Quoties Apoſtolicam Sedem, quoties diuerſos fratres eorum ſermo commouit? Impenderunt ſe eius negotio, qui ſe eorum numquam negauit Imperio. Sciunt ſe illi fœnerare ſollicitudinem ſuam, qui eam cum grandi reddat vſura. De qua re nos conuenit gloriari, quia cæleſtem regem videmus fœderatos reges habere terrarum. Intelligunt, ſicut ait Dauid, & eru-
Pſal.2.b. diti ſunt qui iudicant terram; quando, ſicut dicit
Pſal.148.b. alibi, ipſi & omnes populi laudant nomen Domini. † Ergo quia, ſicut dicit Apoſtolus, Fides vna
Epheſ.4.a. eſt, * & vincentes obtinuit, dicenda credamus, &
Cæat hunc locum Vincent. Lirin. aduerſ. hæreſ. in fin. tenenda dicamus. Nihil vltra liceat nouitati, quia nihil adijci conuenit vetuſtati. Dilucida
‖ quæ cui debeat obe. & perſpicua maiorum credulitas, nulla cœni permixtione turbetur. Habet probatum nobis virum fratrem & coëpiſcopum noſtrum Maximianum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſacerdotem, diuino illic iudicio conſecratum; vt ægritudinis morbum, quem aſtutiæ venena ‖ ſolius in-
* ſopitis ſuderant, ſuperet ſimplicitatis dulcedo ſuccedẽs: qui non illic aliud quàm credimus poterit prædicare, niſi quod à deceſſoribus meis nobiſcum poſitus frequenter audiuit. Datum xv. kal. Octobris, Theodoſio xiiij. & Maximo Conss.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Αλιξανδρείας Εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον.

Τοῖς ἀγαπητοῖς, Ἐ πνευματικοῖς, Ἀναστασίῳ, Ἀλιξάνδρῳ, Μαρτινιανῷ, Ἰωάννῃ, Παρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ Μαξίμῳ Διακόνῳ, Ἐ λοιποῖς ὀρθοδόξοις πατράσι μοναχῶν, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, Ἐ ἐν πίστει θεοῦ ἱδρυμένοις, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν. D

CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini in ſanctum Symbolum.

Dilectis & amantiſſimis Anaſtaſio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio Presbytero, & Maximo Diacono, ceteriſq. orthodoxæ Fidei patribus Monachorum, & vobiſcum monaſticam vitam agentibus, ac in fide Dei ſolidatis, Cyrillus in Domino ſalutem.

ΤΟ φιλομαθὲς, καὶ φιλόπονον, τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ νῦν ἐμπρέπειν ἐπαινέσαι ἔχω, Ἐ ἄξιον εἶναί φημι παντὸς λόγου. τὸ γὰρ τὰ θεῖα ἐφίεσθαι μαθήματα, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δογμάτων ὀρθότητος μετασπουδάζειν φιλεῖν, πῶς οὐκ ἂν ὑπερφυᾶ τις; καὶ γὰρ ἔστι ζωῆς τῆς ἀπεράντου, καὶ μακαρίας, τὸ χρῆμα ἀπόξενον· Ἐ οὐκ ἄμισθος ἡ ἐν τούτοις σπουδή. Φησὶ γάρ που πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα, καὶ θεὸν, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον E
ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας, Ἰησοῦν Χριστόν. ὀρθὴ γὰρ πίστις, Ἐ ἀκαπόπτωτος, σεμνόμεν ἔχουσι τὸν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα, πάντως ἡμᾶς ἐμπιπλῶσιν ἀγαθοῦ, καὶ ἀμφιεσπῆ λαχόντας τὸν δόξαν ἀποφαίνει. πρὸς ἓξιν δὲ λαμπρότης, εἰ ἀμειροῖεν φαίνοιτο δογμάτων ὀρθῶν, καὶ ἀλλοβλήτου πίστεως, ὀνήσει ἂν, ὡς γε οἶμαι, κατ' ἰδίαν τρόπον τὸν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν. ὥσπερ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, οὕτως εἶναί φαμεν ἀληθῆς καὶ τὴν ἔμπαλιν. Ἐπὶ τοῦτῳ πανανάλαμπτον πῖς τῆς ἀζωΐας αὐχήματος καὶ τὸ ἀμώμητον ἐν πίστει· ἄρτοι γὰρ οὕτως

STudium ac diligentiam veſtræ charitatis nunc quoque haud mediocriter commendare poſſum, & maximifaciendam eſſe dico. Etenim diuinas doctrinas deſiderare, & vt ſacrorum dogmatum rectitudinem aſſequamini, omnem operam impendere, quis non valde admiretur? Hæc enim res vitam ſine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit ijs in rebus impenſum ſtudium. Dicit enim ad cæleſtem Patrem & Deum Dominus noſter Iesvs Chriſtus: Hæc eſt autem vita æterna, vt cogno- *Ioan.17.* ſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti *a.3.* Iesvm Chriſtum. Recta ſane & irreprehenſibilis Fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono nos implet, & præclaram nactos gloriam oſtendit. At operum fulgor, ſi expers videatur eſſe rectorum dogmatum, inculpatæq. Fidei, humanæ animæ nullo modo, vt arbitror, vtilis fuerit. Nam ſicut fides abſque *Iacob.2.c.* operibus mortua eſt; ita quod è contrario conuertitur, verum eſt. Igitur ſimul fulgeat cum honeſtæ vitæ gloria etiam integritas Fidei. Ita enim

enim erimus perfecti, iuxta ſapientiſſimi Moyſis
Deut.18. c.13. legem: Perfectus enim, inquit, eris corã Domino Deo tuo. Qui vero ex ſtultitia contempſerunt rectam habere Fidem, quamuis honeſta vita ſe ornent, comparantur quodammodo viris ingenua quidem faciei forma, oculis vero errantibus ac diſtortis: atque adeo competit in eos, quod à Domino per Hieremiæ vocẽ ad Hieruſalem Iudæorũ matrem dictum eſt: Ecce non ſunt oculi tui recti, neque cor tuum bonũ. Oportet igitur, vt ante alia ſanam in vobis mentẽ poſſideatis, & ſanctæ Scripturæ memores ſitis alloquentis & dicentis:
Hiere.22. c.17.
Prouer.4. c.25. Oculi tui recta videant. Viſus autem rectus oculorum intus abſconditorum eſt, poſſe ſermones, qualeſcumque de Deo fiant, pro eo atque conceſſum eſt, videre ſubtiliter & exacte. Videmus enim in ſpeculo & ænigmate, & cognoſcimus ex
1.Cor.13. c.12.
Iob.12.d. 22. parte: ſed qui ex tenebris profunda reuelat, lumen veritatis infundit his, qui ipſius cognitionem rectam capere volunt. Oportet igitur, vt coram Deo procumbentes dicamus: Illumina
Pſal.12.b. oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte. quandoquidem à rectitudine ſacrorum dogmatum excidere nihil aliud eſt, quàm manifeſte in morte obdormire: à qua rectitudine excidimus, quando ſcripturas diuinitus inſpiratas non ſequimur; ſed vel præſumptis minime laudatis opinionibus, vel ſtudio & propenſione in eos qui circa Fidem non recte incedunt, mentis noſtræ momenta inclinare, & noſtras in primis animas lædere conuincimur. Aſſentiendum igitur ijs eſt qui rectam Fidem ad ſacrarum prædicationum ſententiam diligenter examinant, quas & per Spiritum ſanctum tradiderunt nobis, qui ab
Luc.1.a. initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: quorum veſtigia ſequi ſtuduerunt etiam celeberrimi Patres noſtri, qui venerabile & vniuerſale Fidei definierunt Symbolum, in Nicæa olim congregati: cum quibus ſane & ipſe Chriſtus
Matth.18 c.20. confedit, qui dixit: Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, illic ſum in medio eorum. Nam quòd Chriſtus præſederit inuiſibiliter ſanctæ & magnæ illi Synodo, quomodo licet ambigere? Baſis etenim quædam & fundamentum firmum & inconcuſſum per vniuerſum orbem imponebatur, immo vero iaciebatur, illa nimirum ſinceræ ac irreprehenſibilis Fidei confeſſio. Quod ſi ita eſt, quo pacto aberat Chriſtus, cum ipſe ſit, iuxta ſapientiſſimi Pauli vocẽ,
1.Cor.3.b. 11. fundamentum? Fundamentum enim aliud, inquit, nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus IESVS. Quapropter expoſitam ab illis & determinatam Fidem probe ſeruarunt etiam hi, qui ſecuti ſunt eos, ſancti Patres, populorumq. paſtores, & Eccleſiarum luminaria, ac ſolertiſſimi myſteriorum doctores. Nihil autem omnino prætermiſſum vel contemptum ex his, quæ ſint ad vtilitatem afferendam neceſſaria, viderit quis in Patrum confeſſionibus, hoc eſt, expoſitionibus quas de recta & minime

A οὕτως ἐσόμεθα, καὶ τὸν ἅγιον παύλου Μωϋσέως νόμον· τέλειος γὰρ ἔσῃ, φησὶν, ἐναντι κυρίου. οἱ δὲ περὶ πίστιν ἔχειν ὀρθὴν ἐξ ἀμαθίας ὀλιγωρήσαντες, εἶτα τῆς εὐσεβείας τὸν ἑαυτῶν εὐπρεπισμὸν βίον, ἰσοκαλόπως ἀνδράσιν, εὐφυᾶ μὲν λαχόσι παρὰ φύσιν τὸν χαρακτῆρα, πεπλανημένην δὲ, καὶ διαστρόφων τῶν ὀμμάτων τὴν βολήν· ὥστε καὶ πρέπειν αὐτοῖς τὸ διὰ φωνῆς Ιερεμίου πρὸς τὴν τῶν ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ιερουσαλὴμ, εἰρημένον πρὸς ἅγιον θεόν· οὐκ εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθοὶ, καὶ ἡ καρδία σου καλή. χρὴ τοίνυν, ὑμᾶς ὑγιᾶ καὶ περὶ γε τῶν ἄλλων
B ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ διαμεμνῆσθαι χαράγματος ἱεροῦ, προφωνοῦντος, καὶ λέγοντος· οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὴ βλεπέτωσαν. ὀρθὴ δὲ βλέψις ὁμμάτων τῶν ἔσω κεκρυμμένων τὸ ἰσχυρὸν, καὶ ἀπεξεσμένως περιαθρῶν διωκάθη, καὶ γε τὸ ἐγκωμιοῦν, τοὺς, εἴπερ αὖ γλοιντο, περὶ θεοῦ λόγους. βλέπομεν γὰρ ἐν τοῦτο πρέπον ἐσόπτρῳ, καὶ αἰνίγματι· καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους. ὅ γε μὴν ἐκ σκότους διαπαλύσαι βαθὺ, τὸ τῆς ἀληθείας εἰπεῖν φῶς τοῖς ἐθέλουσιν ὀρθῶς τὸν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν ἑλεῖν. χρὴ τοιγαροῦν, ἡμᾶς θεῷ προσπίπτειν, λέγοντας· φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· τὸ γὰρ τῆς ὀρθότητος τῶν
C ἱερῶν δογμάτων διαπολιοῦσθαι εἴη ἂν ἕτερον ὕδωρ, πλὴν ὅτι σαφῶς τὸ ὑπνοῦν εἰς θάνατον. ἐκπίπτομεν δὴ τῆς ὀρθότητος, ὅτι μὴ τῆς θεοπνεύστοις ἐπόμεθα γραφαῖς, ἀλλ' ἢ παραλήψεσιν οὐκ ἐπιστρεπτοῖς, ἢ καὶ παρόπλισιν τὴν πρός γε τινας οὐκ ὀρθοδοξοῦντας περὶ τὴν πίστιν, τὴς τῆς ἑαυτῶν διανοίας δοτοῦντες ῥοπὰς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀδικοῦντες ἀλισκόμεθα. πιστὸν δὴ οὖν τῆς τ' ὀρθότητος ἐπιμελητὰς πρὸς τὸ τοῖς ἱεροῖς κηρύγμασι δοκοῦν· ἃ καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου παρέδοσαν
D ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ὧν τοῖς ἴχνεσιν ἀκολουθῆσαι ἐσπούδασαν ἅ οἱ πανεύφημοι πατέρες ἡμῶν, οἱ τὸ σπέρμα τε, καὶ οἰκουμενικὸν, τῆς πίστεως ἀρεσάμενοι σύμβολον, ἐν τῇ Νικαέων συναγηγερμένοι κατ' καιρούς· οἷς δὴ καὶ αὐτὸς σύνεδρος ἦν ὁ Χριστός· ἔφη γὰρ· ὅπου ἂν δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. ὅπου γὰρ σύνεδρος ἦν ἀσφαλὴς τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης ἐκείνης συνόδου ὁ Χριστὸς, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; κρηπὶς οἵα τις, καὶ θεμέλιος ἀρραγὴς, καὶ ἀκλόνητος τῆς ἁγίας πίστεως ἡ ὁμολογία. εἶπε γὰρ ὁ Χριστὸς, εἴπερ ἦν αὐτὸς ὁ θεμέλιος, κατὰ τὸν τοῦ
E θεσπεσίου Παύλου φωνήν; θεμέλιον γὰρ ἄλλον, φησὶν, οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον· ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. τὸν τοίνυν ἐκτεθέντα παρ' ἐκείνων, καὶ ὁμολογηθέντα πίστιν πεπερίκασιν ἀδιαβλήτως καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς γεγονότες ἅγιοι πατέρες, καὶ πιμένες λαῶν, καὶ φωστῆρες ἐκκλησιῶν, καὶ διηκριβωκότες μυστηριωταί. ἐλλελοιπὸς δὲ ὅλως οὐδὲν, ἧκεν παρεωραμένον τῶν ἀναγκαίων εἰς ὕπνον καταῦσαι τις ἂν ἐκ τῆς τῶν πατέρων ὁμολογίας, ἧκεν ἐκθέσεσιν· ἃς πεπίστωται περὶ τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀκαπηλεύτου πίστεως.

πίστεως, ἀς ἔλεγχον μὲν, καὶ ἀναιρεσιν αἱρέσεως ἀ- A
πάσης, καὶ δυσσεβοῦς ἀσυρφημίας, εἰς βεβαίωσιν
δὲ, καὶ ἀσφάλειαν τῆς ὀρθοδόξου περὶ τὴν πίστιν·
οἷς ὁ λαμπρὸς ἀνέτειλεν ἑωσφόρος, καὶ διήγασεν ἡ
ἡμέρα, καθὼς γεγραφε, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἐνέπρε
φῶς ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάρις. Επειδὴ γὰρ
γέγραφεν ὑμῶν ἡ ὁσιότης, ὡς παρεκτρέχει τινες
ἐφ' ἃ μὴ πρέπει τὸ ἐν τῷ συμβόλῳ, τῶν ἐν αὐτῷ
ῥημάτων τὴν δύναμιν ἢ οὐ συνιέντες ὀρθῶς, ἢ καὶ
ἐκ τοῦ περισπειλεῖσθαι τῇ τῶν γεγραφότων εἰς ἀ-
δόκιμον διαφερόμενοι νοῦν, εἶπα χρῆναι, κἀμὲ τὰ
περὶ τούτων αὐτῶν πρὸς ὑμᾶς διαλαβεῖν λόγους, καὶ B
διασαφῆσαι ὅπως τὴν τοῦ ἐκθέσεως δύναμιν, ὅσον
οἷόν τε, ἁπερ εἰς νοῦν ἥκει τὸν ἐμὸν, ἐκθησομαι δὴν αὐ-
τῶν. ἐψόμεθα δὲ πανταχοῦ τῇ τῶν ἁγίων πατέ-
ρων ὁμολογίᾳ τε, καὶ δόξῃ, ὀρθῶς, καὶ ἀπερισπα-
στως, βασανίζοντες τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα. ἤδη μὲν
γὰρ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατ' ἐμὲ, Φημὶ, τῶν Εφεσίων
συναλεγμένη κατὰ βούλησιν θεοῦ, τῆς Νεσσορίου κακο-
δοξίας ὁσίως, καὶ ἀκριβῶς, κατεγνωσθαι τὸν ψῆφον,
καὶ τὰς τῶν ἑτέρων καινοφωνίας, εἴπερ αὖ ἡ γνώμη
μετ' αὐτὸν, ἢ καὶ πρὸ αὐτοῦ γεγένηται, τὰ ἴσα φρονοῦν- C
τας αὐτῷ, καὶ εἰπεῖν, ἢ γράψαι τολμήσαντας, συγκα-
τακρῖναι ἑαυτῷ, τὸν ἴσον αὐτοῖς ἔπαθον ἔπαθον. ἐγὼ
δὲ ἐν ἀκολουθον, ἑνὸς ἄνδρὸς ἕνεκα τῆς οὕτω βεβήλους
καινοφωνίας κατηγορουμένης, μὴ καθ' ἑνὸς μᾶλλον
ἐλθεῖν, ἀλλ', ἵν' οὕτως εἴπω, κατὰ πάσης αὐτῶν τῆς αἱρέ-
σεως, ἥτις τῆς συνῳδίας· ἧς πεπίλωται κατὰ τῶν δι
σεβῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, δύο περισβέσον-
τας υἱοὺς, καὶ διαμερίσαντας τὸν ἀμέριστον, ἐ ἀνθρω- D
πολατρείας ἔγκλημα κατηγάφοντας ὑμῶν τε, κ
γῆς. περικωπεῖ δὲ μεθ' ἡμῶν ἡ τῶν ἅπω πατέρων
ἁγία πληθὺς τὸν ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν. ὑπὲρ
δὲ τοῦ μὴ ἀγνοεῖσθαι πῶς ποτε τοῦ συμβόλου τὴν
δύναμιν, ὃ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκ-
κλησίᾳ καὶ κατηχεῖται, καὶ κεκήρυκται, πατέρων ἁγίων
δόξαι, ἤγουν ἐκθέσεις, ἐνέπεσε τοῖς αὐτόθι πεπραγ-
μένοις ὑπομνήμασιν· ἵν' εἰδεῖεν οἱ ἐντυγχάνοντες
αὐτοῖς, ποῦ πρέπει νοεῖσθαι τρόπον τῶν ἁγίων πα-
τέρων τὴν ἔκθεσιν, ἥτις τὸ ἀκραιφνὲς τῆς ὀρθῆς πί-
στεως σύμβολον. εἴμοι δὲ τὴν ἀκρίβειαν ὑμῶν ἐ ἐντυ-
χεῖν τῷ βιβλίῳ· ᾧ περὶ τούτων αὐτὸν συγγεγρά-
φαμεν. αὐτὸ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἔφην, δεῖ λέξεως αὐ-
τῆς ἀκριβῶς τὸ σύμβολον, παραθέσθαι σοὶ θεοῦ E
πρός γε τὸ δεῖν ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῷ κειμένων διερ-
μηνευθῆναι σαφῶς. γεγραφότα γὰρ οἶδα τὸν παναοί-
διμον Πέτρον· ἕτοιμοι αἰεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ
αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν οὔσης ἐλπίδος.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα,
πάντων ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων ποιητὴν· ἐ εἰς ἕνα
κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ
τοῦ πατρὸς, τὸν μονογενῆ· τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ·

nime adulterata Fide ediderunt ad coarguendas & subuertendas vniuersas hæreses, impiasq. blasphemias, & ad eos solidandos atque confirmandos, qui in Fide recte incedunt, & quibus fulgidus ortus est lucifer, diesque, vt Scripturæ dicunt, illuxit, sanctiq. baptismatis gratia veritatis lumen immittit. 2. Petr. 1. d. 19.

Quoniam autem vestra pietas scripsit, quòd nonnulli quæ in Symbolo continentur eò detorquent quò non oportet, verborum Symboli vim vel non intelligentes recte, vel etiam ex eo quòd quorumdam scriptis dediti sunt, in sensum reprobum delati, itaq. opus esse vt ego quoque de his ipsis rebus vobis disseram, & expositionis vim perspicue interpreter; censui, ea quæ nunc animo occurrunt, cursim dicenda. Sequentes autem in omnibus sanctorum Patrum confessionem & sententiam, recte & animo nusquam inclinato quæ ab illis dicta sunt examinabimus. Iam enim & sancta Synodus, illa inquã in Epheso iuxta voluntatem Dei congregata, cum aduersus Nestorij peruersam opinionem sententiam tulit & sanctã & accuratam, simul quoque pari sententia & pœna condemnauit aliorum vocum nouitates, quotquot vel post illum forent, vel ante illum fuerunt, qui eadem cum illo saperent, dicereq. vel scribere auderent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel ob tam profanas vocũ nouitates viro, vt non vnus dumtaxat feriretur, sed, vt sic dicam, vniuersa illorum hæresis atque calumnia, quam contra pia Ecclesiæ dogmata fingunt, dum prædicant duos filios, & impartibilem diuidunt, cælumq. ac terram hominis colendi crimine denotant. Vnum enim Dominum Iesvm Christum & superiorum spirituum sancta multitudo nobiscum adorat. Ne autem à quibusdam ignoretur vis Symboli, quod in omnibus Ecclesijs Dei auctoritatem obtinet & prædicatum est, sanctorum Patrum sententias, hoc est, expositiones in commentarios illic factos retuli; vt scirent hi qui eas legunt, quomodo sanctorum Patrum expositionem, hoc est, sincerum rectæ Fidei Symbolum intelligi conueniat. Opinor autem & vestram charitatem in eum libellũ incidisse, quem de his rebus conscripsimus. Ipso nunc quoque, vt dixi, ad verbum proposito Symbolo, illico Dei ope ad singula quæ in eo traduntur, perspicue interpretanda conuertar. Scio enim beatissimum Petrum scripsisse: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. 1. Petr. 3. 6. 15.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum Iesvm Christum, Filium Dei natum ex Patre vnigenitum, hoc est, ex eius substantia; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem Symbolum Nicænum.

lutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est: & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos; & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat; &, antequam nasceretur non erat; & quòd factus est ex non existentibus, aut ex alia substantia vel essentia; aut qui Filium Dei mutabilem vel conuertibilem esse dicunt; hos anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia.

Credere se dixerunt in vnum Deum, vt fuditus quodammodo ipsorum Gentilium opiniones euerterent: qui cum se dicerent esse sapientes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volatilium, & quadrupedum, & reptilium. Coluerunt autem & creaturam potius quàm creatorem, elementisq. mundi huius seruierunt, multos & innumerabiles esse deos existimantes. Igitur ad subuertendum errorem, qui multos deos tradit, vnum Deum nominant, vt sacris litteris omnino consentiant, & veritatis speciem vniuersis qui in toto mundo sunt, indicent. Hoc ipsum & sapientissimus Moyses fecit, cum apertissime dixit: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Et idem ipse profecto omnium natiuitatis auctor ac dominus inquit: Non erunt tibi dij alij præter me. Præterea & per vocem sanctorum Prophetarum: Ego Dominus primus, & ego post hac; & non est extra me. Optime igitur celeberrimi Patres, cum Fidei fundamentum hoc ipsum iacerent, nempe sentiendum & asserendum esse quòd vnus & solus sit natura vereq. Deus, dixerunt credere se in vnum Deũ. Eumdem & agnominauerunt Patrem omnipotentem, vt cum Patre simul etiam Filij significatio inferretur, per quem est Pater, simul subsistentis, & semper coëxistentis. Neque enim in tempore factus est Pater, sed quod est, semper fuit, hoc est Pater, vltra omne existens quod factum est, & summa celsitudine sublimis. Nam esse omnium potentem ac dominum, illustrem adeo & incomparabilem ei dat gloriam. Ab ipso autem condita esse dicunt omnia quæ in cælis & quæ in terris, vt hinc quoque nullam ei cum aliqua creatura naturæ cognationem esse cognoscatur. Incomparabile enim discrimen est factoris & facturæ, ingeniti & geniti, naturæq. sub iugo ac seruitute positæ, & illius quę dominij dignitate decoratur, & diuinã, omniq: mundo excelsiorem gloriam sortita est.

Porro cum Filij mentionem fecissent, ne viderentur nomen commune ipsi attribuere, quod forte & nobis quoque accõmodari posset, (vocati enim sumus & nos filij) prudentissime adijciunt ea, per quæ videre licet dignitatem naturalis gloriæ, quæ in ipso est, supra omnem creaturam. Genitum enim, & non factum esse dicunt. in eo quòd non est factus, intelligentes, eum secundum essentiam in creaturarum ordine minime censeri, sed extitisse illum affirmantes ex ipsa Dei & Patris essentia, sine tempore, & incomprehensibiliter.

Rom. 1. c. 22.

Deut. 6. a. 4.

Exod. 20. a. 3.

Esai. 44. a. 6.

A πρέπων καταλήγοντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα· καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς· ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἀποστολικὴ, καὶ καθολικὴ ἐκκλησία.

Πιστεῦσαι ἔφασαν εἰς ἕνα θεὸν, ἐκ βάθρων ὥσπερ εἰκὸν καθελόντες τὰς ἐθνικὰς δόξας· εἰ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· ἐσεβάσθησαν δὲ καὶ τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα· καὶ τῆς τοῦ κόσμου στοιχεῖα δεδιδαχέναι, πολλοὺς, καὶ ἀναριθμήτους εἶναι τοὺς θεούς. σπουδῇ εἰς ἀναίρεσιν τῆς πολυθέου πλάνης ἕνα θεὸν ὀνομάζειν, ἐμφυτον πᾶσι παρὰ τοῦ τῆς ἱερᾶς γράμμασι, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος πᾶσι διὰ πάσης τῆς ὑφ' ἥλιον καταστάσεως. τοῦτο καὶ ὁ παιδαγωγὸς ἡμῶν Μωϋσῆς, σαφέστατα λέγων· ἄκουε, Ισραὴλ. κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστι. καὶ αὐτὸς δέ μου φησὶν ὁ τῶν ὅλων χορηγὸς, καὶ δεσπότης· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐγὼ κύριος πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. ἄρτι δὴ οὖν οἱ παιδαγώγιμοι πίστεως κεκτῆσθαι τῇ πίστει καταβαλλόμενοι τὸ χρῆναι φρονεῖν, ἓν λέγειν, ὡς εἷς, καὶ μόνος ἐστὶ φύσει, καὶ ἀληθείᾳ θεὸς, πεφύκασιν ἕνα θεόν. προσονομάζουσι δὲ αὐτὸν καὶ πατέρα παντοκράτορα· ἵνα συνεισφέρῃ τῷ πατρὶ δήλωσις υἱοῦ, ὃν ἔστι πατὴρ, συνυφεστῶσά τι, καὶ συνυπάρχουσα ἀεί· ἀεὶ γὰρ γέγονε τοῦ χρόνου πατήρ· ἀλλ' ὃ ἐστιν, ἀεί, τοῦτο, πατήρ, πατέρα ὑπάρχων ἐπέκεινα χρόνου, καὶ ὑπερτάτης ὑψώματι. τὸ γὰρ τοι κρατεῖν, καὶ κυριεύειν τῶν ὅλων, λαμπρῶς οὕτω, καὶ ἀπροσβλήτως αὐτῷ προσήκειν τῇ δόξῃ. περὶ αὐτοῦ δέ φασι διδαχθῆναι τὰ πάντα, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς γῆς· ἵνα καὶ τοῦτο τὸ ἀσυμφυὲς αὐτοῦ πρὸς πᾶσαν κτίσιν νοοῖτο· ἀσύγκριτος γὰρ ἡ διαφορὰ πατρὸς, καὶ ποιήματος, ἀγεννήτου, καὶ γεννητοῦ, φύσεώς τε, τῆς ὑπὸ ζυγὸν, καὶ δουλείας, καὶ τῆς τοῖς δεσποτικοῖς ἀξιώμασιν ἐξωκειωμένης, ὑποπεπτωκότος τε, καὶ ὑπερτέρου λαχούσης τὴν δόξαν. τοιαῦτα μὲν διδαχθέντες· ἵνα μὴ δοκῶμεν ἔνοχα καινὰ προστιθέναι αὐτοῖς, ὅσα καὶ ἡμῶν ἴσως πίστεως καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτοῖς· κεκλήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς υἱοὶ, τοιαῦτα προστιθέντες τὰ, ἐξ ὧν ἐστιν ἰδεῖν τῆς ἐνούσης αὐτῷ φαιδρότητος φυσικῆς τὸ ὑπὲρ κτίσιν ἀξίωμα. γεγένηται γὰρ, καὶ οὐ πεπηδῆσθαι φασιν, ἀπαύγασμα μὲν οὐσιωδῶς τῆς πατρὸς, διὰ τὸ μὴ πεπηδῆσθαι, τοιοῦτος αὐτὸν ἐκφαίνων· φωνὰς δὲ μᾶλλον διϊχνευζόμενοι τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, ἀχρόνους τε, καὶ ἀπεριγράπτους·

B

C

D

E

* ἀπαυγάσματος

ἐν ἀρχῇ. εἶτα τῆς αὐξήσεως τὸ γνήσιον· αὐθεντικώτερον δὲ καὶ τοῦτο ἐρεῖσθω, ἵνα τὸ χρήσιμον εὖ μάλα καταμηνύοντες, ὃν ἔφασαν ἐκ θεοῦ γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν· ἔνθα γὰρ ὅλως γνήσιος ἀληθὴς, ἐκεῖ που πάντως ἕπεται καὶ τὸ ἀχώριστον εἶναι, καὶ λέγειν, οὐκ ἀλλότριον τῆς οὐσίας τοῦ πέμψαντος τὸ πεφυκέναι, ἀλλ' ἴδιον αὐτῆς· ὅτι καὶ ἐξ αὐτῆς, καὶ τὸν αὐτῇ πρέποντά τε, καὶ ἑαυτῷ λόγον. ἀ γὰρ κατὰ σῶμα πέφυκε τὸ ἀσώματον οὕτω δὲ μᾶλλον, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ἵνα ἐν τῷ ἀπαστράψαντι φωτὶ τὸ ἀπαυγασθὲν ἔνθεν νοεῖτο φῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ πρόοδον ἀπόρρητόν τε, καὶ ἄφραστον, καὶ ἐν αὐτῷ καθ' ἕνωσιν, καὶ ταυτότητα φυσικήν. οὕτω γὰρ εἶναί φαμεν ἐν μὲν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἐν δὲ τῷ υἱῷ τὸν πατέρα· ἑτερόφυὲς γὰρ ὁ υἱὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τε, καὶ δόξῃ, τὸν ἑαυτοῦ γεννήσας. καὶ μοῦ ἔφη σαφῶς πρὸς ἕνα τῶν ἁγίων μαθητῶν· φίλιππος δὲ οὗτος ἦν· ἀ πάρεσις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ πατρί. ταύτῃ τοι καὶ θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ γεγεννῆσθαι πεπίστευται. καὶ τὸ μὲν τῆς γεννήσεως ὄνομα τεθεῖσθαι ἐρήσομεν καὶ ὅτι τῶν κτισμάτων, κἀμοὶ γε, φημὶ, τὸ, υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, φέρε τῶν ἐξ αἵματος Ισραὴλ εἰρημένον θεοῦ θεῦ· ἀλλ' ἐν χάριτος τάξει τῷ τοιούτῳ κλῆσιν ἀποκερδαίνει τὸ ποιηθέν. ὅτι δέ γε τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ καταχρηστικῶς μὲν τῶν πιστῶν οὐδὲν, ἀληθῶς δὲ πάντα· καὶ διὰ τοῦτο μόνος ἐκ πάντων, ἐγώ εἰμι, φησὶ, ἡ ἀλήθεια. ὥστε κἂν γένηταί, κἂν ὑποπτεύῃ τις ἐπ' αὐτῷ λέγειν, ψεύδεσθαι αὐτὸν ἀδαμῶς· αὐτὸς γὰρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ἀσφαλίζονται τοίνυν τὰς ἡμετέρας ψυχὰς οἱ παμμάκαρες μυσταγωγοὶ, πατέρα, καὶ υἱὸν παντελοῦς, καὶ γένεσιν ὀνομάζοντες· καὶ θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς ἀπαστράψαι λέγοντες· ἵνα καὶ τὸ ἀσώματον, καὶ τὸ ἀπλοῦν ἡ γέννησις ἔχῃ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἑκάτερος ὑπάρχων ἰδιοπροσώπως νοῆται. πατὴρ μὲν ἐστιν ὁ πατὴρ, καὶ οὐχ υἱός· καὶ υἱὸς ὁ πεφὼς, καὶ οὐ πατήρ· ἦ ἐν ταυτότητι φύσεως ἴδιον ἑκατέρῳ τὸ εἶναι, ὅ ἐστιν. Ἁπάντων δὲ πιστῶν ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων δοξοφήνασιν τὸν πατέρα, δι' υἱοῦ τὰ πάντα διεδημιουργῆσθαί φασιν, ἀ τὸ μεῖον ἐν δόξῃ, καθά πέρ τινα κλῆρον αὐτῷ πρέποντα, προσνεμηκότες, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· πού γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ ἐλαττοῦν, ἢ ἔμαθεν τὸ μεῖζον, ὁρᾷν ἐν ταυτότητι τῆς οὐσίας; ἀλλ' ὡς τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, ἀ πνοὴν ἑτέρως ἐργάζεσθαί τε, καὶ εἰς τὸ εἶναι καλεῖν, πλὴν ὅτι δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι, ὡς Δαβὶδ δυνάμεως, καὶ σοφίας, τῆς ἑαυτοῦ. μέχρι γὰρ ὅτου τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. καὶ μὴν ὁ πάνσοφος Ἰωάννης, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, εἶπών, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, προσπλέκει ἀναγκαίως· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. Ὁμοούσιον τοίνυν, ἰσοκλεᾶ τε, καὶ ἰσουργὸν τῷ πατρὶ τὸν

biliter. Erat enim Verbum in principio. Posteà vero, vt sincerum esse partum significanter exprimerent, (dicatur enim id quoque, quia sic oportet, humano more) ipsum Filium, Deum dixerunt de Deo natum. Vbi enim omnino vera natiuitas, illic omnino sequitur vt intelligendum & dicendum sit, id ipsum quod genitum est, ab eius, qui genuit, substantia non esse alienum, sed eius proprium, quia & ex ipsa est, iuxta rationem ipsi conuenientem atque congruentem. Incorporeum enim non vt corpus nascetur, sed magis sicut lumen ex lumine; vt in coruscante lumine inde respiendens lumen intelligatur, & ex illo esse secundum ineffabilem & indicibilem processionem, & in ipso secundum vnionem & identitatem naturalem. Sic enim esse dicimus in Patre quidem Filium, in Filio autem Patrem. Nam Filius in propria natura & gloria Patrem suum describit. Proinde aperte dicit ad vnum sanctorum discipulorum; Philippus is erat: Non credis quòd ego in Patre, & Pater in me est? Qui vidit me, vidit & Patrem. Ego & Pater vnum sumus. Igitur consubstantialis est Filius Patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus esse creditur. Et generationis quidem nomen etiam in creaturis positum inueniemus, iuxta id quod de his qui erāt ex sanguine Israël, à Deo dictum est: Filios genui & exaltaui. Sed appellationem hanc gratiæ loco creatura consequitur ac lucratur. At de naturali Filio nihil tale per abusionem dictum est, sed omnia vere; & propter hoc solus ex omnibus dicit: Ego sum veritas. Quapropter siue generationem, siue filiationem de ipso quis dicat, nequaquā mentietur. ipse enim est veritas. Itaque muniunt animas nostras celeberrimi illi sacri Doctores, Patrem & Filiū vbique ac generationem nominantes, & Deum verum ex Deo vero, lumenq. ex lumine effulsisse dicentes, vt illa generatio & incorporea sit, & simplex, & notionem ex ipso procedentis, & in ipso manentis habeat, & vterque existere in propria persona intelligatur. Pater enim est Pater, & non Filius; & Filius est ille natus, & non Pater; & in identitate naturæ proprium est vtriusque id esse quod est.

Ceterum cum omnium tam visibilium quàm inuisibilium Patrem esse factorem pronuntiassent, per Filium omnia facta esse dicunt; non vt minorem gloriam, quasi sortem quamdam ipsi conuenientem tribuerent; minime quidem: vbi enim omnino minus, vel etiam maius in identitate substantiæ videri potest? sed quòd Deo & Patri natura sit insitum, non alio modo aliquid operari & vocare vt sit, quàm per Filium in Spiritu, tamquā per virtutem ac sapientiam suam. Scriptum est enim: Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad hæc sapientissimus Ioannes cum dixisset: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; adiecit necessario: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Igitur postquam demonstrarunt consubstantia-

Ioan.1.a.
Ioan.14.b
Ioan.10.
d.30.
Esai.2.a.
Psal.32.a.
Ioan.1.a.
Ioan.14.
a.6.

tialem, eiuſdemq. gloriæ & eiuſdem in operando efficaciæ cum Patre Filium; opportune commemorant ipſum hominem factum, & illius cum carne diſpenſationis ſacramentum declarant, rectiſſime ſtatuentes, hanc fore abſolutiſſimam Fidei traditionem. Non enim in ipſum credentibus ſatis eſt ſolum, id perſuaſum habere ac ſentire, quòd Deus de Deo Patre ſit natus, & illi conſubſtantialis, & character ſubſtantiæ eius ſit: ſed etiam neceſſarium eſt ad hæc ſcire, quòd propter ſalutem ac vitam omnium demiſerit ſe ad exinanitionem, ſumpta ſerui forma, & proceſſerit homo natus ſecundum carnem ex muliere. propter hoc dicunt: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus, & homo factus eſt. Vide quàm debita diſpoſitione, & quàm conuenienti ordine ſermo illorum progreditur. Deſcendiſſe enim dixerunt, vt per hoc ſuper omnia Dominum intelligamus eſſe & natura & gloria; eumdemq. rurſus propter nos homines deſcendiſſe, vt volens inquam noſtram ſimilitudinem ſubiret, & cum carne mundo affulgeret. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Intelligi autem poterit deſcenſus, ſi quis vóluerit, etiam alio modo, nempe ex cælo & ſuperne, vel etiam ab ipſo Patre. Solet enim ſancta ſcriptura etiam illa quæ intelligentiam ſuperant, verbis quæ nobis congruunt, ſignificare. vnde cum ſanctos diſcipulos ſuos alloqueretur dixit: Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Et iterum: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Adhæc præterea: Ego à Patre exiui, & veni. Scribit etiam ſanctus Ioannes: Qui deſurſum venit, ſupra omnes eſt. Nam cum in ſumma celſitudine eſſet, & cum Patre ſuo ſecundum ſubſtantiam ſuper omnia, vtpote identitate vnius cum ipſo naturæ clarus; non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſeipſum. Enimuero quoniam Verbum, quod Deus erat, quamuis noſtram carnem induiſſet, manſit tamen ſic quoque Deus; propterea ſacratiſſimus Paulus Deum in ſimilitudinem hominum factum eſſe dicit, & habitu inuentum vt hominem. Erat enim, vt dixi, Deus in noſtra ſpecie: non quia, ſicut hæreticis quibuſdam ſentire placuit, inanimatam carnem ſumpſit, ſed anima intelligente præditam. Ipſum igitur ex ſubſtantia Patris progreſſum Verbum & Filium vnigenitum, illum Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, ipſum per quem omnia facta ſunt, deſcendiſſe dixerunt Patres, incarnatumq. eſſe & hominem factum, hoc eſt, ſubijſſe generationem ſecundum carnem ex muliere, & proceſſiſſe in ſpecie ſimili nobis. hoc enim eſt hominem eſſe factum.

Vnus eſt igitur Dominus IESVS Chriſtus, ipſum vnigenitum Dei Patris Verbum, homo factum;

Heb. 2. a.

Pſal. 49. a. 3.

Ioan. 16. d. 28.

Ioan. 8. c. 23.

Ioan. 8. e. 42.

Ioan. 3. d. 31.

Philip. 2. b

ἡὸν δοπαδεδειχότες, ἀμαμίμνλωπ χρησίμως τῆς ἐναυθρωπήσεως αὐτοῦ· ἢ τῆς μὴ σαρκὸς οἰκονομίας ἀμφοτέρωσδσι τὸ μυστήριον, πλειστοπρεπῶς ἐκθέσθαι, καὶ ἀποφαδικῶς ἀμὲ τύτου τῆς πίστεως τὰν παράδοσιν, ἐν μάλα διεγνωκότες. ἐ γὰ τι μόνον δοπρχει τοῖς πιστεύσιν εἰς αὐτὸν τὸ ἀμφεῖσθαι, καὶ φρονεῖν, ὡς ἡὸς ἐκ ἡοῦ γεγέννηται τοῦ πατρὸς, ὁμοούσιός τε αὐτῷ, καὶ χαρακτὴρ ὑπάρχων τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον, εἰδέναι πρὸς τύτοις, ὡς τῶν ἁπάντων ἕνεκα ζωοποιίας, καὶ ζωῆς, καθεῖς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἔλαβε δούλε μορφὴν, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος, γεννητὸς κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός. ἀμὸ τοῦτό φασι· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἀμὲ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατελθόντα, σαρκωθέντα, ἐναυθρωπήσαντα. ἄνθρωπος δέ, ὅπως ἐν τόπῳ τῷ δέοντι, καὶ ἐν τάξει τῇ πρεπωδεστάτῃ προέσιν ὁ λόγος αὐτῆς. κατελθεῖν γὰ ἔφασαν· ἵνα ἀμὲ τύτου τὸν ὑπὲρ πάντων κύριον ἐννοῶμεν φύσιν τε, καὶ δόξαν, καὶ πάλιν τοῦτον καταφρονήσαντα δι' ἡμᾶς, εἰς τὸ ἐθελῆσαι, φημὶ, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἐπλησθῆναι, ἐ διαλάμψαι τῷ κόσμῳ μὴ σαρκός. γέγραπται γὰ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· ὁ ἡὸς ἡμῶν φανερῶς ἥξει, ὁ ἡὸς ἡμῶν, καὶ ὐ σιωπήσεται. νοησεῖε δ' ἄν, εἴ πε εἴποιτό τις, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον ἡ κάθοδος· οἷον, ἐξ ὐρανοῦ, καὶ ἄνωθεν, ἢ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πατρός. φανερᾶς γὰ τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν καταδηλουμένης, ἕνος τῆς ἱερᾶς γράμματος. καὶ γοῦν ἔφη, τοῖς ἁγίοις προσδιαλεγόμενος μαθηταῖς· ἐξῆλθον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἐ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. ἐ πάλιν· ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. ἔτι τε πρὸς τύτοις· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. γράφει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί. καί τι γὰ ὑπάρχων ἐν ὑπερτάταις ὑπεροχαῖς, καὶ ἐπάνω πάντων ἀσιωπήτως μὲ τοῦ ἰδίου πατρὸς, ἅτε δὴ καὶ ἐν ταυτότητι φύσεως τῆς πρὸς αὐτὸν ἐνφαινόμενος, ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα ἡεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλε λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς, ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. ἐπειδὴ γὰ, ἡὸς ὢν ὁ λόγος, τὸν ἡμῶν ἡμπέσχετο σάρκα, μεμένηκε δὲ καὶ οὕτω ἡεὸς, πάντη τι ἡεὸν ὁ ἱερώτατος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενα φησιν, ἀρεθῆναί τε, ὡς ἄνθρωπον, σχήματι. ἡεὸς γὰ ἦν, ὡς ἔφαμεν, ἐν ἀνθρώπῳ τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ σὺν ἀψύχου γε τὴν σάρκα λαβών, καθὰ φρονεῖν ἔδοξέ τισι τῶν αἱρετικῶν· ἐψυχωμένην δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ. αὐτὸν οὖν ἄρα τὸν ἐκ τῆς ἐσίας τοῦ πατρὸς προελθόντα λόγον, καὶ ἡὸν μονογενῆ, τὸν ἡεὸν ἀληθινὸν ἐκ ἡεοῦ ἀληθινοῦ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, κατελθεῖν ἔφασαν οἱ πατέρες, σαρκωθῆναί τε, καὶ ἐναυθρωπῆσαι· τυτέστιν, ἀναμεῖναι γένεσιν τὴν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καὶ προελθεῖν ἐν ἀνθρώπῳ τῷ καθ' ἡμᾶς· ὅπερ δὴ τὸ ἐναυθρωπῆσαί ἐστιν. οὗς οὖν ἄρα πύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς λόγος, γενόμενος ἄνθρωπος, ἐκ παρ-

δὲ τοῦτο ἐβλήθη ὡς τὸ εἶναι, ὃ ἦν· διὸ μεμένηκε γὰρ καὶ ἐν ἀνθρωπότητι θεὸς, καὶ ἐν μορφῇ δούλου δεσπότης, καὶ ἐν κενώσει τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ πλήρες ἔχων θεϊκῶς, καὶ ἐν ἀσθενείᾳ σαρκὸς τῶν δυνάμεων κύριος, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἴδιον ἔχων τὸ ὑπὲρ πάσαν τὴν κτίσιν. ἃ μὲν γὰρ ἦν ἐν σαρκὸς, ἀναμφιβλήτως ἔχει· θεὸς γὰρ ἦν, καὶ υἱὸς ἀληθινὸς, μονογενὴς τε, καὶ φῶς, ζωὴ, καὶ δυνάμεις· ἃ δὲ οὐκ ἦν, διὰ τὴν οἰκονομίαν· ἴδια γὰρ ἐποιήσατο τὰ τῆς σαρκὸς· ἃ γὰρ ἦν ἐπ' αὐτῷ τινὰ, αὐτὰ δὲ μᾶλλον ἡ ἀφράστως, καὶ ἀνεξιχνίαστα σάρξ. οὕτω δὲ ὁ σοφὸς Ἰωάννης σάρκα φησὶ γεγενῆσθαι τὸν λόγον. γέγονε δὲ σὰρξ, οὐ κατὰ μετάβασιν, ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταβαλών· οὔτε γὰρ ἔτρεψεν, ἢ συγχέασιν, ἢ τὴν θρυλουμένην ἔδέ τινα σωμάτωσιν ὑπομείνας· ἀμήχανον γὰρ· ἐπί τε ἦν καὶ ἔστι φύσιν ἀτρέπτως τε, καὶ ἀναλλοιώτως ἔχων· σάρκα δὲ μᾶλλον ἐψυχωμένην ψυχῇ νοερᾷ καθαρᾷ, καὶ ἀχράντου, σώματος λαβών, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος. ἔθος ἦ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ διὰ μόνης ἐνθ' ὅτι τῆς σαρκὸς ὅλον ἀνθρωπον ὑπονοεῖν. ἐκχεῶ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. εἰ γὰρ τι σαρξὶν οὐκ ἐψυχωμέναις ψυχῇ νοερᾷ ἐπήγγελτο, ἀνθρώποις δὲ μᾶλλον τοῖς σωζομένοις ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος. οὐκοῦν οὐκ ἀπαθεμιτὸν ὁ λόγος τοῦ εἶναι, ὃ ἦν, γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνὼς, ἀπεμμένηκε λόγος· καὶ εἰ πρότερον ἄνθρωπος νοεῖται Χριστὸς, εἶθ' οὕτω προελθὼν εἰς τὸ εἶναι θεὸς· ἀλλὰ θεὸς ὢν ὁ λόγος, γέγονεν ἄνθρωπος· ἵνα ἐν τούτῳ νοῆται θεὸς ὑπάρχων ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. οἵ γε μὴν αὐτὸν εἰς υἱοὺς μερίζοντες δύο, καὶ τολμῶντες λέγειν, ὅτι τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ ἄνθρωπον ἑαυτῷ συνῆψεν ὁ θεὸς λόγος, καὶ μετέδωκεν αὐτῷ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς τιμῆς, ἧς ἦν τῆς ὑπάτης ἀξιώματος, καὶ παρεσκεύασεν αὐτὸν ὑπομεῖναι σταυρὸν, ἀποθανεῖν, καὶ ἀναβιῶναι, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθίσαι ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς· ἵνα προσκυνῆται ὡς θεὸς πάσης τῆς κτίσεως, ἀναφορὰν θεοῦ δεχόμενος τὰς τιμὰς, πρῶτον μὲν υἱοὺς ποιοῦσι δύο, εἶτα τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀπερίφραστον ἀμαθῶς. εἰ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου θεὸς γέγονεν ὁ Χριστὸς, ὡς ἔφην, ἀλλὰ θεὸς ὢν ὁ λόγος, γέγονε σὰρξ· πυθέσθω, ἄνθρωπος. κενεὸν δὲ λέγετε, ὡς πρὸ τῆς κενώσεως τὸ πλήρες ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει, καθὸ νοεῖται θεός. εἰ γὰρ ἐν τῷ κενὸς εἶναί τις εἰς τὸ πλήρες αὐξήθη· ἐταπείνωσε δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐξ ὑψωμάτων θείων, καὶ ἀρρήτου δόξης, εἰ πτωχὸς ὢν ἄνθρωπος, ὑψώθη δεδοξασμένος. ἔλαβε δὲ δούλου μορφὴν, ὡς ἐλεύθερος, καὶ οὐκ ἄλλος ὤν, εἰς τὸν τῆς ἐλευθερίας ἀντιπάθησε δόξαν. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γέγονεν ὁ ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότιμα δὲ πατρὸς, εἰ καὶ ἄνθρωπος ὢν, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι θεοῦ γεγενῆσθαι πεπλήρωκε μιμητάς. Τί οὖν στρέφουσι τῆς οἰκονομίας τοὺς λόγους,

A dum; non relinquens autem esse quod erat, mansit enim etiam in humanitate Deus, & in serui forma Dominus, & in exinanitione nostra plenitudinem habens diuinitatis, & in infirmitate carnis virtutum Dominus, & in mensuris humanitatis proprium habens, quod super omnem est creaturam. Etenim quæ is ante carnem erat, inamissibiliter habet, vt quod Deus erat, & Filius verus & vnigenitus, & lux, & vita, & virtus. Quæ vero non erat, ea propter dispensationem assumpsisse cernitur. Nam quæ carnis erant, sibi propria fecit. Non enim caro ipsi ineffabiliter & inenarrabiliter vnita, alterius cuiusB piam erat, sed ipsius eiusdem. Ita & sapiens Ioannes: Verbum, inquit, caro factum est. Factum *Ioan. 1. b.* autem est caro, non quòd secundum transitionē, vel conuersionem, vel commutationem, in carnis naturam transmutatum sit, neque quòd commixtionem, aut concretionem, aut illam quorumdam sermone decantatam consubstantiationem subierit, (id enim est impossibile, quoniam secundum naturam incommutabiliter & inconuertibiliter se habet) sed quòd ex virgineo & illibato corpore, carnem anima intelligente animatam assumpserit, & suam fecerit. Ceterum mos est Scripturæ diuinitus inspiratæ, à sola carne aliquando totum hominem significare:C Effundam enim, inquit, de Spiritu meo super om- *Ioel. 2. d.* nem carnem. Neque enim promisit Deus carni- *28.* bus anima intelligente non animatis se gratiam Spiritus immissurum, sed hominibus ex corpore & anima constitutis. Itaque Verbum non refugit esse quod erat cum factum est homo; sed in specie simili nobis apparens mansit Verbum. Neque prius homo intelligitur Christus, deinde sic progressus, ita vt esset Deus: sed Deus existens Verbum factum est homo, vt in eodem Deus simul & homo intelligatur idem. Qui autem ipsum in duos diuidunt filios, & audent dicere,D quòd ex semine Abraæ hominem sibi ipsi coniunxerit Deus, & communicarit illi dignitatem & honorem, ac filiationis excellentiam, & præparârit illum vt ferret crucem, moreretur & reuiuisceret, ac in cælum ascenderet, & ad dexteram sederet Patris, vt ab omni creatura adoretur, & honorem relatione ad Deum habita sortiatur; primum quidem duos filios prædicant, deinde sacramenti vim imperite retorquent. Non enim ex homine Deus factus est Christus, vt dixi; sed Deus existens Verbum factum est caro, hoc est homo. Exinanitus vero esse dicitur, eo quòd ante exinanitionem plenitudinem habuit E in propria natura, quatenus intelligitur Deus. Non enim ex eo quòd inanis esset, ad plenitudinem peruenit; sed magis ex diuina celsitudine & ineffabili gloria humiliauit semetipsum; non, humilis homo existens, gloria accepta exaltatus est. Serui præterea formam sumpsit, vt liber; non, cum seruus esset, ad libertatis gloriam ascendit. In similitudinem hominum factus est, qui in forma & æqualitate Patris erat; non, homo existens, secundum participationem consecutus est vt fieret in similitudinem Dei.

Quid igitur retorquent dispensationis sermones,

nes,

nes,& veritatem adulterant,contra omnes diuinitus inſpiratas ſcripturas inſurgentes,quę Deũ eſſe ſciunt etiã hominem factum Filium,vnumq. ipſum vbique nominant? Vnde & in libro creationis mundi ſcripſit Moyſes, quòd traiecit quidem diuinus Iacob trans torrentem Iaboc pueros ſuos,& manſit ſolus,luctatusq. eſt homo cum eo vſque mane. & vocauit Iacob nomen loci eius,Species Dei. Vidi enim,inquit,Deum facie ad faciem,& ſaluata eſt anima mea. Ortus eſt autem ei ſol quando tranſijt Species Dei:Iacob vero claudicabat femore ſuo. Nam Patriarchæ Deus portendebat, quòd homo futurus eſſet aliquando vnigenitum eius Verbum, & quòd obluctantem habiturus eſſet Iſraëlem, & quòd circa illum non eſſent recte inceſſuri, ſed claudicaturi quodammodo,ſicut ipſe inquit per pſallentis lyram: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Hoc enim opinor ſignificare, quòd Iacob femore ſuo claudicarit. Verumtamen illud conſidera,quòd cum homo luctatus ſit cum eo,vidiſſe ſe dicit Deum facie ad faciem, ipſumq. Speciem Dei vocat. Manſit enim Verbum Dei,etiam homo factum, in forma Patris, ſecundum ſpiritalem inquam imaginem, & ſecundum naturam omni ex parte incommutabilem. Proinde dicebat ad Philippum,characterem ſubſtantię Patris ſeipſum oſtendens etiam cum carne: Qui vidit me,vidit & Patrem. Quum autem quemdam cæcum à natiuitate,quem curauerat, inueniſſet in templo: Tu credis, inquit, in Filium Dei? Illo autem ad hoc dicente: Quis eſt Domine,vt credam in eum? Reſpondit dicens: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ille eſt. Vidit autem ipſum cæcus non nudum,vel ſine carne, ſed in ſpecie ſimili nobis; & credidit in eum quem vidit, non tamquam in filium cum altero filio coniunctum, ſed tamquam in vnum, qui natura & vere eſt,qui tamen non abſque carne ijs qui erant in terra adfulſiſſet.

Geneſ. 32. c.

Pſal.17.c. 46.

Ioan.14. b.9.

Ioan. 9.c. 35.

Porro beatus Moyſes in benedictionibus inquit: Date Leui manifeſtationem eius,& veritatem eius viro ſancto, quem tentauerunt tentatione, & ei conuiciati ſunt apud Aquam contradictionis. Qui dicit patri & matri, Non vidi te; & fratres ſuos non agnouit. Ordinauerat quidem vniuerſorum Deus ipſi Aaron, vt podèrem faceret varie contextum. habitus is erat ſoli ſummo ſacerdoti conueniens, ipſiq. attributus. In pectore autem ſummi ſacerdotis fuere lapides quidam pendentes numero duodecim, in quorũ medio diſpoſita erat Manifeſtatio & Veritas, duo item alij lapides. Ceterum per hos duodecim,Apoſtolorum chorus ænigmatice demonſtrabatur quaſi in orbem cingens Emmanuelem,qui eſt manifeſtatio & veritas. Manifeſtauit enim nobis veritatem,cultui illi qui in vmbris & figuris erat finẽ imponens. Quòd autem Pontifex factum ſit nobis vnigenitum Dei Verbum,quando & homo factum eſt,quomodo dubitari poteſt, cum diuinus Paulus in hunc modum

Deut.33. b.8.

Exod.28. a.6.

Sapien.18. d.24.

Ioan.14.a

A γους, καὶ ἀθετοῦσι τὴν ἀλήθειαν, ἅπασαις ἀντιστάμενοι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, αἳ μὲν ὅτι γινώσκουσι καὶ ἄνθρωπον τὸν υἱὸν, ἕνα τὸ ὄνομάζουσι πανταχοῦ; καὶ γοῦν ἐν τῷ τῆς κοσμοποιΐας βιβλίῳ γέγραφεν ὁ Μωϋσῆς, ὡς διεβίβασε μὲν ὁ θεοπέσιος Ιακὼβ τὸν χειμάρρουν Ιαβὼκ τὰ παιδία αὐτοῦ, καὶ ἀπέμεινε μόνος· ἐπάλαιε δὲ μετ' αὐτοῦ ἄνθρωπος ἕως πρωΐ· καὶ ἐκάλεσεν Ιακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος θεοῦ· εἶδον γὰρ, φησι, θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ. B Ιακὼβ δὲ ἐπεσκάζε τῷ μηρῷ αὐτοῦ· προαναδείκνυ γὰρ τῷ πατριάρχῃ θεὸς, ὅτι ἐκ ἀνθρώπων καλῶς καὶ καιρούς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, καὶ αὐτίπαλον ἕξει τὸν Ισραὴλ· καὶ ὅτι οὐκ ἐν ὀρθοποδήσουσι· χωλαίνουσι δὲ ὡσανεί, καθά φησιν αὖθις διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν· καὶ ἐχώλανεν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. πυνθάνομαι γὰρ οἶμαι καταδηλοῦν τὸ ἐπισκάσαι τὸν Ιακὼβ τῷ μηρῷ αὐτοῦ. πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· ἀνθρώπου παλαίοντος πρὸς αὐτὸν, ἐπεφάνη, φησὶ, θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ εἶδος αὐτὸν ὀνομάζει θεοῦ. δοκιμεμύηκε γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, ἐν μορφῇ τοῦ πατρὸς, ᾧ γε φημὶ τῷ νοητῷ εἰκόνα, καὶ τὸ ᾧ παντοπρεπῶς ἀπαραλλάκτως ἔχον. ᾧ γοῦν ἔφη πρὸς Φίλιππον, χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν δοκοῦντα φαίνων, καὶ μὴ σαρκός· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐπεδή δέ τινα τῶν ἐκ φύσεως πεφυκότων τυφλὸν, ἀφ' ὧν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ οὐ πεσόντες, ἴδασιν, εἰς τὸν υἱὸν ἅτε θεὸν εἰκόνα γε μὴν πρὸς ὃν λέγοντες· πίς ἐστι, κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; καὶ ἀπεκρίνατο, λέγων· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ ἐκεῖνός ἐστι. πῶς οὖν ὁ τυφλὸς, ἀγνοῶν, ἢ ἄπειρον αὐτὸν, ἀλλ' ἐν ὕδατι μᾶλλον τῷ καθ' ἡμᾶς· καὶ πιστεύει εἰς τὸν ἐσαρκωμένον, ἀχ ὡς υἱὸν ὑῷ συνημμένον ἑτέρῳ, ἀλλ' ὡς εἰς ἕνα τὸν φύσει, καὶ ἀληθῶς, ἀ δίχα σαρκὸς ὀφθαλμῶσι τοῖς ἀπὸ τῆς γῆς. Μωϋσῆς γε μὴν ὁ θεοπέσιος ἐν εὐλογίαις φησὶ· δότε Λευὶ τὴν δήλωσιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ· ὃν ἐξεπείρασαν ἐν πείρᾳ· ἐλοιδόρησαν αὐτὸν ἐφ' ὕδατος ἀντιλογίας. ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρί· ἀχ ἑώρακά σε· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς C αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνω. προσπέπαχε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὸν παῖδα ἡμῶν ἀρχιερέως ὁ μονογενὴς αὐτοῦ θεοῦ λόγος, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γέγονε, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν, μεγαφόρως οἶδα καὶ θεοπρεπῶς

Ioan.14. b.9.

Ioan. 9.c. 35.

Deut.33. b.8.

Exod.28. a.6.

Sapien.18. d.24.

Ioan.14.a

σιόν Παῦλος· καταμάθετε τὸν ἀπόστολον, καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· τὸ γὰρ τοι τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις οὐκ ἀπρεπῶς νοοῖτ' ἂν εἰκότως, καὶ μᾶλλον μὲν, ἢ κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν τε, καὶ δόξαν, οὐκ ἀνάρμοστον δὲ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ. γεγένηται γὰρ αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα. δότε τοίνυν, φησὶ, τῷ Λευὶ, τυπικῶς, τῷ ἱερεῖ, τουτέστι δηλωτῆρι, καὶ τῷ ἀληθεῖ. τοῦτο γὰρ ἔφη Λευὶ, ἤγουν ἱερεῖ, διεσάφησεν ἀπὼν· τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ· ὃ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. γράφει καὶ ὁ Παῦλος περὶ αὐτοῦ· τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γιόμενος. πρότερον ἐξεπείρασαν αὐτὸν ἐν πειρασμῷ· ἐλοιδόρησαν αὐτὸν ἐφ' ὕδατος ἀντιλογίας. ἃ καὶ δεδόξακε πεπράγμασιν. ἄνθρωπον λέγων αὐτὸν, θεὸν ἀπέφηνεν ἄντικρυς· ὃν δὴ περιέχωσί τινες καὶ ἐξεπείρασαν ὁ Ἰσραὴλ, ὃν τις τῇ ἐρήμῳ, καὶ εἶδε τὰ ὕδατος ἀντιλογίας. καὶ πιστώσασθαι λέγων ὁ ψαλμῳδός· ἐλίρριξεν ἐν ἐρήμῳ πέτρας· καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς, ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ· καὶ ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, καὶ κατήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατα. καὶ τί μὴ τοῦτο; ἢ ἐξεπείρασαν, φησὶν, αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν· καὶ κατελάλησαν τοῦ θεοῦ· καὶ εἶπαν· μὴ δυνήσεται ὁ θεὸς, ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ, ὅτι ἐπάταξε πέτραν, καὶ ἐρύησαν ὕδατα, καὶ χείμαρροι κατακλύσθησαν; μὴ καὶ ἄρτον δυνήσεται δοῦναι, ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ; οὐκοῦν, ὅπως ἀλληλοιδόρηται ἡμῖν μαρτυρεῖ τῷ θεῷ· ὃν δὴ ἄνδρα φησὶν ὁ Μωϋσῆς· οὐκοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, γράφει· ἔπρεπεν γὰρ ἐκ πολυμανίας ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ὁπόσῳ οὖν ὁ λοιδορηθεὶς αὐτὸς, αὐτὸς ἦν ἐκεῖνος, ὃς οὔπω σαρκωμένος, ἐπεφάνη τοῖς ἐξ Ισραήλ. ὅτι γὰρ ἄλλος ἦν υἱὸς ὁ τοῦ σαρκὸς, ἄλλος δὲ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ, καθὰ φαύλη πλημμοῦσί τινες, ἀλλ' εἷς τε, καὶ ὁ αὐτὸς, πρὸ μὲν τῆς σαρκώσεως γυμνὸς ἦν λόγος, μετὰ δὲ γε τὴν ἀπόρρητον τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σεσαρκωμένου, καὶ ἐνανθρωπήσεως, καθὰ γεγράφασιν οἱ ἅγιοι, καὶ θεσπέσιοι πατέρες, σημεῖόν πού τι ἴδιον πεπληροφόρηκεν ὁ Μωϋσῆς. ὥσπερ γὰρ ἑρμήνευτὶ τινος, καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντες, τοῦτο γέγονεν αὐτοῦ ὁ λόγος αὐτῷ· ὃν δὴ καὶ ἐκπιπτόντα, καὶ λελοιδορημένον φησὶ πρὸς τῶν ἐξ Ισραὴλ, μονονουχὶ καὶ χεῖρα προτείνων, καταδείκνυσι τὸν Ἰησοῦν· καί φησιν· ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρί· οὐχ ἑώρακά σε· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἐπίσταμαι. μεμνήμεθα γὰρ μητροφόνους εἶναι τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν, ὡς διδάσκοντός που τοῦ Χριστοῦ, καὶ μυσταγωγοῦντός τινας, ἐπίστασαι ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, εἶτα προσδραμόντος τινὸς τῶν μαθητῶν, καὶ λέγοντος· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες, ὑπολύσας τὸν χεῖρα αὐτοῦ ὅπὶ τοὺς μαθητὰς, εἶπε· μήτηρ μου, καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ ποιοῦντες. ὃς δὲ καὶ πάσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὗτος ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστί. ὅπερ, οἶμαί ἐστιν,

A scribat: Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ IESVM, qui fidelis est ei qui fecit ipsum? Itaque sacerdotij dignitas humanitatis mensuris conuenire recte intelligitur; & minor quidem quàm vt Dei Verbi naturæ ac gloriæ competat, non tamen illi cum carne dispensationi indecens. humana enim eius fuerũt. Igitur date, inquit, Leui, hoc est sacerdoti, manifestationem & veritatem. Quali autem dicit Leui, seu sacerdoti, declarauit dicens, Viro sancto. Non enim fecit peccatum Dominus noster IESVS Christus. Vnde Paulus de eo scribit: Talis decebat vt esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Illum tentauerunt in tentatione, iurgati sunt contra eum apud Aquas contradictionis. O rem admirabilem. Virum dicens eum, statim Deum declarauit, quem exacerbauit & tentauit Israël & in eremo, & ad Aquam contradictionis: eiusq. rei fidem faciet Psaltes, dicens: Dirupit petram in eremo, & potauit eos velut in abysso multa: & eduxit aquam de petra, & deduxit quasi flumina aquas. Et quid post hoc? Et tentauerunt, inquit, eum in corde suo, & male locuti sunt de Deo, & dixerunt: Numquid poterit Deus præparare mensam in deserto, quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt? Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Intelligis igitur quomodo iurgati fuerint aduersus Deum miracula facientem, quem sane etiam virum dicit Moyses. Nam & diuinus Paulus sic intelligens scribit: Bibebant enim ex spiritali sequente petra: petra autem erat Christus. Vir igitur, contra quem iurgabantur, ipse erat ille, qui nondum incarnatus tentabatur ab Israëlitis. Non enim alium fuisse Filium ante carnem, alium vero ab ipso diuersum ex semine Dauid, sicut audent quidam dicere; sed vnum & eumdem, ante incarnationem quidem nudum adhuc Verbum, post partum autem ex sancta Virgine incarnatum & hominem factum, sicut scripserunt sancti illi ac diuini Patres, alio quoque signo comprobauit Moyses. Nam quasi interrogaret quispiam, & discere cuperet, de quo nam viro mentionem fecisset, quem sane & tentatum fuisse & obiurgatum ab Israëlitis diceret, tantum non intento digito IESVM demonstrat, & inquit: Qui dicit patri & matri, Non vidi te; & fratres suos non agnouit. Meminimus autem vnum sanctorum Euangelistarum scripsisse, quòd docente aliquando & quosdam erudiente Christo, adstiterunt mater eius & fratres; deinde accurrente quodam ex discipulis, & dicente: Ecce mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre; extensa manu sua in discipulos suos dixit: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Qui enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic frater meus, & soror, & mater est. Hoc, opinor, est id, quod

Hebr. 3. a.

Deut. 33. b

1. Petr. 2. c. 22.

Hebr. 7. d. 26.

Num. 20. b. 13.

Psal. 77. b. 15.

Ibid. c. 18.

Deut. 33. b. 8.

1. Cor. 10. c. 4.

Ioan. 1. a.

Deut. 33. b. 9.

Luc. 8. c. 19

Matth. 12. f. 50.

ἔστιν, ὅπερ

Deut.33. b.9. quod Moyſes dixit: Qui dicit patri & matri, Non vidi te; & fratres ſuos non agnouit. Præterea ſapientiſſimus quoque Daniel in ſpecie noſtræ ſimili ſe vidiſſe dicit vnigenitum Dei Verbum. Vidiſſe enim ſe dixit antiquum dierum ſedentem ſuper thronum, & decies millies centena millia aſſiſtentium, & millia millium miniſtrantium. & quibuſdam interpoſitis hæc addit: Videbam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniens, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & coram ipſo adductus eſt, & ei datus honor & regnum; & omnes tribus & linguæ ſeruient ei. Ecce iam iterum manifeſte & euidenter vidit Emmanuelem aſcendentem ad eum, qui in cælis eſt, Patrem & Deum. Nubes enim ſuſcepit eum, quem præterea non hominem ſimpliciter, ſed tamquam filium hominis dicit. Deus enim erat Verbum in noſtra ſimilitudine factum. In hunc modum etiam ſapientiſſimus Paulus intelligens, in ſimilitudine hominum ipſum factum eſſe dicit; inuentum autem vt hominem habitu, & in ſimilitudine carnis peccati viſum his qui erant ſuper terram. Si autem homo fuiſſet, ob copulationem cum Deo tamquam Deus honoratus, dixiſſet Propheta, quaſi Deum, vel quaſi filium Dei, eum qui cum nubibus venit, ſe vidiſſe: ſed hoc non dicit, illud vero potius dicit, Sicut filium hominis. Nouit ergo ipſum Filium Deum eſſe, & hominem factum, hoc eſt, in ſimilitudine hominum factum, iuxta Pauli vocem. Verumtamen, quamuis in carne apparuerit, vſque ad antiquum dierum peruenit, hoc eſt, ad æterni Patris aſcendit thronum. Et ipſi datus eſt honor & regnum; & omnes tribus & linguæ ſeruient ei. Id nimirum erat illud ab ipſo dictum: Pater, clarifica me claritate, quam habui antequam mundus eſſet, apud te. Quòd autem incarnatum Dei Verbum conſideat & æqualis gloriæ ſit cum Deo & Patre etiam cum carne, tamquam vnus exiſtens Filius etiam quando factum eſt homo, manifeſtat ſapientiſſimus Paulus, ſcribens: Talem habemus Pontificem, qui ſedet in dextera throni magnitudinis in excelſis. Præterea & ipſe Dominus noſter IESVS Chriſtus, interrogantibus ipſum Iudæis, num ipſe eſſet vere Chriſtus: Si dixero vobis, inquit, non credetis: & ſi interrogauero, non reſpondebitis. Amodo erit Filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Igitur etiam incarnatum Filium in diuinitatis ſolio ſanctorum Prophetarum chorus contemplatus eſt. Videamus autem & noui Teſtamenti præcones, totius orbis doctores, quibus ipſe Chriſtus dicebat: Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Inueniemus igitur dicentem diuinum Baptiſtam: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat. Atqui quomodo qui poſt ipſum ibat, prior ipſo fuit? nam Chriſtum certe ſecundum tempus carnis Ioanne poſteriorem fuiſſe, quomodo non ſit omnibus manifeſtum? Quid igitur ad hæc dicere quiſquam pote-

Daniel.7. b.9.

Ibid.b.13.

Act.1.b.

Philip.2.b.

Rom.8.a. 3.

Dan.7.

Philip.2.b.

Daniel.7. b.

Ioan.17. a.5.

Hebr.8.a.

Luc.22.g. 67.

Matth.10 c.20.

Ioan.1.d. 30.

Ἔσπερ ἔφη Μωϋσῆς· ὁ λέγων τῷ πατρὶ, Ἐ τῇ μητρί· οὐχ ἑώρακά σε· Ἐ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτὸ οὐκ ἐπίσω. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Δανιὴλ, ἐν εἰδὼς τῷ καθ' ἡμᾶς πυθέσθαι, φησὶ, τὸν μονογενῆ Ἐ θεὸν λόγον. ἑώρα μὲν γὰρ ἔφη παλαιὸν ἡμερῶν, καθήμενον ἐπὶ θρόνου, μυρίας τε μυριάδας τῶν ὑφεστώτων, καὶ χιλίας χιλιάδας τῶν λειτουργῶν· καὶ δι' μέσου τινὰ περιῆσαν, ἅπερ πάντες ἐπῄσθησαν ἑωρακέναι γὰρ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἐφθασεν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· Ἐ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, Ἐ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσιν. ἰδοὺ δὴ πάλιν σαφῶς τι, καὶ ἐναργῶς ἀναβαίνοντα πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα, καὶ θεὸν, πυθόμενον τὸν Ἐμμανουήλ. προφέλη γὰρ ὑπέλαβεν αὐτὸν· οὐ δὴ Ἐ τὸν ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς υἱὸν ἀνθρώπου φησί. θεὸς γὰρ ἦν ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς γεγενημένος ὁ λόγος. οὕτω πανοῦς Ἐ ὁ πανσόφος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον φησὶν αὐτὸν, ἀνεῦρηται δὲ ὡς ἄνθρωπον ἐν σχήματι, Ἐ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ὀφθὲν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ δὲ ἄνθρωπος ἦν, συναφείᾳ τῇ πρὸς τὸν θεὸν, ὡς θεὸς, τιμώμενος, ἔφη δ' ἂν ὁ προφήτης, ὡς θεὸν, ἢ ὡς υἱὸν θεοῦ, πυθόμενον τὸν μὴ τῶν νεφελῶν ἐρχόμενον. ἀλλ' οὐ τοῦτό φησιν, ἐκεῖνα δ' μᾶλλον τὸ, ὡς υἱὸν ἀνθρώπου. εἶδεν ἄρα θεὸν ὄντα, καὶ συνανθρωπήσαντα, τὸν υἱὸν, ἤγουν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον, Ἐ τῷ τοῦ Παύλου φωνῷ. πάλιν δὲ ἐν σαρκὶ πφηνὼς, ἕως Ἐ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· τουτέστιν, ἕως τὸν τοῦ ἀϊδίου πατρὸς ἀναπεφοίτηκε θρόνον· Ἐ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν. Ἐ τοῦτο δὴ τὸ ἀρημένον παρ' αὐτοῦ· πατὴρ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι σύνθρονον. ὅτι δὲ σαρκωθεὶς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, σωτὴρός ἐστι, καὶ ἰσχυρὸς, τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, Ἐ μὴ σαρκὸς, ὡς ἐξ ὑπαρχῆς υἱὸς καὶ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, σαφηνεῖ χαρᾶν ὁ παύσοφος Παῦλος· τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. καὶ μὲν δὴ Ἐ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐρομένων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, εἰ σὺ εἶ αὐτὸς ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, εἰπὸν ἡμῖν, οὐ μὴ πιστεύσητε· Ἐ ἐὰν ἐπερωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὁ ὡς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως Ἐ θεοῦ. σὺ δὲ ἐν τοῖς τῆς θεότητος θρόνοις Ἐ συνανθρωπήσαντα τὸν ἡμῖν ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐθεάτο χορός. ἴδωμεν δὲ Ἐ τοὺς τῆς νέας διαθήκης κήρυκας, τοὺς τελείου μυσταγωγοὺς, οἷς αὐτὸς ἔφη ὁ Χριστὸς· οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα Ἐ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ζητήσωμεν τοίνυν λέγοντα τὸν θεοπάτορα Βαπτιστὴν· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν. εἶτα πῶς ὁ μετ' αὐτὸν ἰὼν, πρῶτος αὐτοῦ ἦν; ὅτι δὲ ὑστερίζει κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς χρόνον Ἰωάννης ὁ Χριστὸς, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; τί οὖν φαίη τις ἂν ἄλλως

ἔλυσεν ἡμῖν αὐτὸς ὁ σωτὴρ τὸ ζητούμενον. ἔφη γὰρ, ἰουδαίοις διαλεγόμενος· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί. ἦν μὲν γὰρ καὶ πρὸ Ἀβραὰμ γενικῶς, νοεῖται δὲ μετ' αὐτὸν, καθὸ πέφηνεν ἀνθρωπος. εἶπε τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, βοῶντος ἀναφανδὸν· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω· γνήσιος γὰρ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδεὶς, ἔφη πρὸς ἡμᾶς ὁ Χριστός· ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ὁπόταν δὲ ἀνθρώπου προσδοκωμένου, καταβαίνειν ἐξ οὐρανῶν, γράφει πάλιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις· ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἔφη δὲ κἀ ἑτέρωθι, περὶ τῶν ἐξ αἱρέσεως Ἰσραὴλ τοὺς λόγους ποιούμενος· ὅτι αὐτῶν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ ἐξ αὐτῶν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Οὕτω κατ' ἴχνος ἰόντες ἀπροσκλινῶς τὸ τῶν πατέρων ὁμολογίας, αὐτὸν φαμὲν τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ πατρὸς λόγον γνησίως γεγεννῆσθαι υἱὸν μονογενῆ, σαρκωθῆναί τε, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀποθανεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ἀπαθὴς μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, τό γε ἦκον εἰς ἰδίαν φύσιν, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ οὐδεὶς οὕτως ἐμβρόντητος· ὡς νομίσαι δυνασθῆναι πάθους ἄνευ δεκτικὸν τὴν ὑπὲρ πάντα φύσιν. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ταύτῃ τοι τοῖς τῆς οἰκονομίας ἑπόμενοι λόγοις, σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθεῖν ἀνθρωπίνως διαβεβαιούμεθα τὸ ἐπικείμενα τοῦ παθεῖν, ὡς ἴδιον. εἰ γὰρ θεὸς ὑπάρχων, γέγονεν ἄνθρωπος, διὸ καὶ φοιτήσας δὲ ἐν ἀνθρώποις τοῦ εἶναι θεὸς, εἰ γέγονε τῆς κτίσεως μέρος, καὶ μεμένηκεν ὑπὲρ τὴν κτίσιν· εἰ νομοθέτης ὢν, ὡς θεὸς, γέγονεν ὑπὸ νόμον, καὶ νομοθέτης ὢν ἔτι· καὶ δεσπότης ὢν θεϊκῶς, ἀλλὰ μορφὴν ὑπέδυ, ἐξ οὐκ ἐπιβλητὸν ἔχει τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα· εἰ μονογενὴς ὑπάρχων, γέγονε πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἐστι μονογενὴς, εἰ τὸ εὐδόκησεν, εἰ σαρκὶ παθὼν ἀνθρωπίνως, ἀπαθὴς καὶ οὕτω νοεῖται θεϊκῶς; καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος, τὸν ἐν μορφῇ, ᾗ ἰσότητι τοῦ θεοῦ, ἐκ πατρὸς ὑπάρχοντα λόγον, τὸν αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι, φησὶ, καὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἐν ἑτέραις δὲ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν πρὸς αὐτὸ φησιν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. καὶ αὐτὸν δεδόσθαι φησὶ κεφαλὴν τῇ ἐκκλησίᾳ, γενέσθαι δὲ καὶ ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτότοκον τῶν νεκρῶν. καί τι ζωὴ, καὶ ζωοποιὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρός ἐστι λόγος, ἆπα δὴ καὶ ἐκ ζωῆς αἰωνίου φύσις, τοῦ γεννήσαντος αὐτόν· ἆπα πῶς γέγονεν πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων; ἐπειδὴ

poterit? Soluit nobis ipſe Saluator quod quæritur. Dicebat enim, Iudæos alloquens: Priuſquam Abraam fieret, ego ſum. Nam erat quidem & ante Abraam ſecundum diuinitatem: intelligitur autem poſt ipſum, ſecundum quod homo apparuit. Deinde Deo & Patre clamante manifeſte: Gloriam meam alteri non dabo: (Deus enim alius præter ipſum nullus eſt) dixit nobis Chriſtus: Cum venerit Filius hominis in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis. Præterea cum expectemus Filium hominis de cælis deſcenſurum, ſcribit iterum ſapientiſſimus Paulus: Apparuit enim gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus, vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie & iuſte & pie viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. Dixit etiam alibi, loquens de ijs qui è ſanguine ſunt Iſraël, quòd ipſorum ſint promiſſiones, & legiſlatio, & teſtamentum, & ex ipſis ſecundum carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, Amen.

Igitur confeſſionis Patrum veſtigia ſequentes, & non deflectentes, ipſum dicimus Verbum ex Deo Patre natum vnigenitum Filium, incarnatum eſſe & hominem factum, paſſum, mortuũ, tertia die reſurrexiſſe ex mortuis. nam citra controuerſiam impaſſibile eſt, quantum ad ſuam naturam attinet, illud Verbum Dei; & nullus tam attonitus eſt, qui putare poſſit, naturam quæ eſt ſuper omnia, paſſionis eſſe capacem. Sed quia factus eſt homo, & carnem ex ſancta Virgine ſumptam, propriam fecit; propterea, vt diſpenſationis rationem ſequamur, in carne propria paſſum eſſe ex humanitate aſſerimus eum, qui extra omnem paſſionem eſt, vtpote Deus. Nam ſi Deus exiſtens factus eſt homo, & minime deſtitit eſſe Deus; ſi factus eſt creaturæ portio, & manſit tamen ſupra creaturam; ſi legiſlator exiſtens, vtpote Deus, factus eſt ſub lege, & erat adhuc legiſlator; ſi item cum Dominus eſſet ex diuinitate, ſerui formã induit, & inſeparabilem obtinet dominij dignitatem; ſi vnigenitus exiſtens, factus eſt primogenitus in multis fratribus, & eſt etiam vnigenitus; cur miramur, ſi carne paſſus ex humanitate, impaſſibilis etiam ſic intelligitur ex diuinitate? Itaque ſapientiſſimus Paulus Verbum, quod in forma & æqualitate Dei & Patris erat, idem ipſum ſubditum factum eſſe dicit, & vſque ad mortem, mortem autem crucis. In alia autem epiſtola ſua de eodem dicit: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipſo condita ſunt omnia, quæ in cælo & quæ in terra; & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſtant: & ipſum datum eſſe ait caput Eccleſiæ, factumq. eſſe primitias dormientium, & primogenitum ex mortuis. Atqui vita & viuificans eſt illud ex Deo Patre Verbum, vtpote ex vita natũ, ex eo nempe qui genuit eum. Quod ſi ita eſt, quomodo factum eſt primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium? Nimirum

Ioan. 8. f. 58.
Eſai. 42. b.
Eſai. 43. a.
Marc. 8. e. 38.
Tit. 2. c. 11
Rom. 9. a. 4.
Galat. 4. a
Rom. 8. d. 29.
Philip. 2. b
Coloſſ. 1. c. 15.
1. Cor. 15. c. 21.
Coloſſ. 1. a. 18.

mirum quia posteaquam mortis susceptionem
Hebr.2.b.9. carnem propriam fecit, gratia Dei, sicut dicit sapientissimus Paulus, pro omnibus gustauit mortem per carnem, quæ mortem pati potuit, non ipsum amittens quominus esset vita. Itaque etiam si dicatur carne passum esse, non natura Deitatis suscipiet passionem, sed, vt iam dixi, propria carne, quæ passiones capit. Vnde & beatus Esaias, illum carne passum agnoscens Deum
Esai.53.b.7. esse humanatum, de illo dixit: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus innocens coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est: & generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius. Atqui si aliquis fuisset homo, & qui seorsim intelligeretur filius, sed coniunctus Deo, sicut dicunt impiorum dogmatum auctores; quomodo iam difficile inuenietur, qui generationem eius enarrare possit? Factus enim est ex semine Iessæ & Dauid. Dei autem Verbi generationem, siue generationis modum, quis dicere poterit? Tollitur enim à terra vita eius, hoc est existentia. Posuit enim pro existentia vitam. In sublime autem tollitur & superfertur, eminetq. omnibus qui sunt in terra. nam humanæ menti neque comprehensibilis est, neque prorsus accessibilis, illa ineffabilis naturæ ratio. Quin etiam illud iam dictis
Ephes.4.a.5. adijciam: Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma; sicut dicit sacratissimus Paulus. Itaque cum vnus sit Dominus, & vna Fides, & vnum Baptisma; quis ille est Dominus, & in quem credidimus, & baptizati sumus? Atqui maxime cõuenire dixerit forte quispiã illi ex Deo Patre Verbo tum dominationẽ, tum fidem à nobis præstitam, in ipso etiam peragi salutare baptisma. sic
Matth.28.c.19. enim sanctis Apostolis præcepit, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ceterum diuinus Paulus dominationis gloriam, & Fidei confessionem, & sancti Baptismi virtutem perspicuã
Rom.10.b.6. facit, dicens: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? hoc est Christum deducere. aut, Quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit Scriptura?
Deut.30.b.14. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Quòd si dixeris, Dominus Iesvs, & credideris in corde tuo quòd Deus ipsum excitauit ex
Rom.6.a.3 mortuis, saluus eris. Scribit etiam iterum: Nescitis quòd quicumque baptizati sumus in Christum Iesvm, in mortem eius baptizati sumus? Ecce iam manifeste tum dominationis, tum Fidei confessionem, ipsamq. sancti baptismatis gratiam in eum sapientissime restringit, qui passus est mortem, & resurrexit à mortuis. Num igitur in duos credimus filios? num Verbo, quod ex Deo Patre effulsit, prætermisso, ei qui passus est, tamquam alteri filio ab eo diuerso, dominationis gloriam, & ipsius quoque Fidei cõfessionem, & cæleste baptisma attribuemus? Atqui quomodo

A διὰ τὸν τοῦ θανάτου ὑπενεγκόντα, ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα, χάριτι θεοῦ, καθὰ φησὶν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ἵνα ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου τῷ παθητὸν αὐτὸν δυναμένῃ σαρκὶ, ἐκ δόκησιν αὐτὸν τὸ εἶναι ζωήν. εἰκοτῶς κἂν εἰ λέγοιτο σαρκὶ παθεῖν, ἀ φύσει θεότητος εἰσδέξεται τὸ παθεῖν, ἀλλ', ὡς ἔφην ἄρτιος, ἰδίᾳ σαρκὶ τῇ τοῦ παθητοῦ δεκτικῇ. ἓ γοῦν ὁ μακάριος θεοφόρος Ησαΐας, ἐνανθρωπήσαντα θεὸν, τὸν σαρκὶ παθόντα, γινώσκων, ἔφη που περὶ αὐτοῦ· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄκακος ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν, ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα B αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. καίτοι, εἴπερ τις ἦν ἀνθρωπος, ἐξ ἰδιαζόντως νοούμενος υἱὸς, συνημμένος δὲ θεῷ, καθά φασιν οἱ τῶν αἱρετικῶν δογμάτων εἰσηγηταὶ, πῶς ἂν δυσεύρετος ὁ τὴν γενεὰν αὐτοῦ διηγήσασθαι δυνάμενος; γέγονε γὰρ ἐκ σπέρματος Ισραὴλ, καὶ Δαυὶδ. τὴν δέ γε τοῦ θεοῦ λόγου γένησιν, ἤτοι τὸν τῆς γενήσεως τρόπον, τίς ὁ φάναι δυνάμενος; αἴρεται γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· τυτέστιν, ἡ ὕπαρξις· τίθησι γὰρ αὐτὴ τῆς ὑπάρξεως τὴν ζωήν. ὑψοῦ δὲ αἴρεται, καὶ ὑπεραίρεται πάντων ὅλως τῶν ἀπὸ τῆς γῆς· ἀπερινόητος γὰρ, καὶ ἀπρόσβλητος παντελῶς τῇ ἀνθρώπου διανοίᾳ ὁ περὶ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως λόγος. προσοπτέον οὖν τοῖς εἰρημένοις καὶ τόδε. εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καθὰ φησὶν ὁ ἱεροφάντης Παῦλος. ἑνὸς οὖν ὄντος κυρίου, πίστεώς τε μιᾶς, καὶ ἑνὸς βαπτίσματος, τίς ὁ κύριος, ᾧ εἰς τίνα πεπιστεύκαμέν τε, ᾧ βεβαπτίσμεθα; ἀλλ' ἴσως περὶ μὲν ὅτι μάλιστα, φαίη τις ἄν, τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς ὄντι λόγῳ τῷ τε κυριότητα, καὶ τὸν πίστιν τὸν εἰς ἡμᾶς, ἐπ' αὐτῷ δὲ τελεῖσθαι καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα. οὕτω γὰρ που τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐνετείλατο, λέγων· πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα D τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅτε μὲν θαυμάσιος Παῦλος τὸν τῆς κυριότητος δέξασθαι, καὶ τῆς πίστεως τὸν ὁμολογῆσαι, καὶ τὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος δυνάμιν ἐμφανῆ καθίστησι, λέγων· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τυτέστι, Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ, τίς καταβήσεται εἰς τὸν ἄβυσσον; τυτέστι, Χριστὸν ἀναγαγεῖν ἐκ νεκρῶν. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ὅτι ἐὰν εἴπῃς κύριος E Ιησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. γράφει γοῦν πάλιν· οἶδα, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ιησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; ἰδοὺ δὴ σαφῶς πεῖσιν ἐπέχειν τῆς τε κυριότητος, καὶ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν, εἰς τὸν παθόντα τὸν θάνατον, καὶ ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν. ἆρα οὖν εἰς ἡμᾶς πεζοὺς δύο; ἆρα τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπηρτισμένον ὑφεστῶτα λόγον, ὡς ἡμῖν παρ' αὐτὸν ἕτερον, τῷ παθόντι περαιώσομεν τὴν τῆς κυριότητος δόξαν, καὶ αὐτῆς δὴ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ τὸ σύφυιον βάπτισμα; ἆπο πῶς οὐκ εὐ-

θεῖς,

ῆς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναμφιλόγως δυσσεβὴς, τὸ οὕτω φρονεῖν, ἢ λέγειν; τί οὖν ἐροῦμεν; εἷς κύριος ἀληθῶς, μία τε πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα. καὶ γὰρ ἔστιν εἷς υἱὸς, ὁ κύριος, οὐκ ἄνθρωπον ἐξ' ὁμοφύλου λαβὼν ὁ λόγος, ὁ μέτοχον αὐτὸν ἀποφήνας τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων, καὶ μαθητὴς ἱότητός τε, ὁ κυριότητος αὐτῷ, καθά φασι, καὶ γεγράφασι, ληρωδῶντές τινες· ἀλλ' αὐτὸς ἐνανθρωπήσας, καὶ σαρκωθεὶς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτός. εἰς τὸν τούτου θάνατον βεβαπτίσμεθα, παθόντος μὲν ἀνθρωπίνως αὐτοῦ ἰδίᾳ σαρκὶ, μεμενηκότος δὲ ἀπαθοῦς θείως, καὶ ζῶντος ἀεί. ζωὴ γὰρ ἐστιν ἐκ ζωῆς τοῦ θεοῦ, ὁ πατρός. οὕτω νενίκηται θάνατος, διαπεδῆσαι τολμήσας τῷ σώματι τῆς ζωῆς. καταργεῖται δὲ οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν ἡ φθορά· καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἀσθενεῖ. καὶ μὲν ἔφη Χριστός· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ζωοποιὸν ἐμοὶ ἄρα τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. σῶμα γὰρ, ὡς ἔφην, ἐστὶν, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς μετέχου ζωῆς, ἴδιον δὲ μᾶλλον τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, δῆλον ὅτι, ὅτι τοῦ μονογενοῦς. τοῦτο φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων πατέρων χορὸς, καὶ αὐτὸς ὁ νυνὶ τὴν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας καταστολισμένος θρόνον, ὁσιώτατος, καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος. γέγραφε γὰρ κἀκεῖνος πρὸς τοὺς τῶν ἑῴων θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους αὐτοῦ λέξεσιν ὧδε· καὶ σαρκοῦται μὲν ἀτρέπτως ὁ ἀπαθὴς· πάσχει δὲ ἐν κατὰ σάρκα ὁ ἄναρχος· ὑπόκειται δὲ τῇ κατὰ τὸ σῶμα ἡλικίᾳ ὁ φύσει τέλειος· καὶ παθῶν αἴτιον ὁ παθῶν αἴτιος, οὐκ ὢν ἐφ' ᾧ ἦν, ὑπομένων τὰς ὕβρεις, ἀλλ' ᾧ γέγονε, καταδεξάμενος τὰ τοῦ σώματος πάθη. ἐλέγχεται τοίνυν τῶν ἑτέρως ἢ ταῦτα φρονούντων, ἢ γεγράφότων, ἡ κακοπιστία, πανταχοῦ νοσοῦσα τὸ βέβηλον, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἀπᾴδον δόγμασι. διαπεράναντες δὲ τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον οἱ τρισμακάριοι πατέρες, τὸ ἁγίου πνεύματος ἐμνημόνευσαν. πιστεῦσαι γὰρ ἔφασαν εἰς αὐτὸ, καθάπερ εἰς τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν· ὁμοούσιον γὰρ ἐστιν αὐτοῖς· καὶ προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται, καθάπερ ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ υἱοῦ. ἐνεφύσησε γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἐκ θεοῦ ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτοπάτωρ πασῶν οὐσίας· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τε, καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἴδιον αὐτῆς. Αὕτη μὲν οὖν τῶν ἁγίων πατέρων ἡ ὀρθοτάτη, καὶ ἀπλανεστάτη πίστις, ἥτις τῆς πίστεως ἡ ὁμολογία. ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης Χριστοῦ. ἀφέντες γοῦν τὸ ὀρθὸν τῆς ἀληθείας ἴσασι λύκοι, ἅπτονται καὶ πετρῶν, μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται. πεῖσαντες γὰρ τὰ τῆς ὑπάτης ὀφθαλμὸς εἰς μόνον τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς

modo non ſit ſtolidum, immo vero etiam indubitanter impium, ſic ſapere vel dicere? Quid igitur dicemus? Vnus Dominus vere, vnaq. Fides, & vnum Baptiſma. Etenim vnus eſt Filius & Dominus, non Verbum quod hominem ſecundum copulationem ſuſceperit, & participem illum ſuarum dignitatum effecerit, & filiationem ac dominationem illi communicauerit, ſicut dicunt & ſcripſerunt quidam delirantes; ſed ipſum ex Deo Verbum, illud lumen de lumine, incarnatum & homo factum. In huius mortem baptizati ſumus, qui paſſus quidem ipſe eſt ſecundum humanitatem in propria carne; manſit autem impaſſibilis ſecundum Deitatem, & viuit ſemper. Vita enim eſt ex vita, ex Deo nempe & Patre. Sic victa eſt mors, quæ in vitale corpus inſilire auſa eſt: ſic etiam in nobis corruptio deſtruitur, & infirmatur mortis ipſius imperium. Proinde dicebat Chriſtus: Amen, amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis ipſis. Viuifica igitur ſunt ſanctum corpus & ſanguis Chriſti. Corpus enim, ſicut dixi, eſt non hominis cuiuſdam qui vitæ ſit particeps; immo vero proprium illius eſt ſecundum naturã vitæ, ipſius nimirum Vnigeniti. Hæc ſentit nobiſcum amantiſſimus Chriſti ſanctorum Patrum chorus, & ipſe, qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ thronum exornat, religioſiſſimus & pientiſſimus frater & coëpiſcopus Proclus. Scripſit enim & ipſe ad Orientales pijſſimos Epiſcopos in hæc verba: Et incarnatur abſque conuerſione is qui ſpeciei eſt expers; naſcitur autem ſecundum carnem qui principio caret; proficit vero per illam ſecundum corpus ætatem, qui natura perfectiſſimus eſt; & paſſiones ſuſtinet, qui paſſionibus eſt ſuperior; non in eo quod erat, ſuſtinens contumelias, ſed in eo quod factus eſt, ſuſcipiens corporis paſſiones.] Coarguitur igitur vbique perfidia hominum, qui ab his diuerſa vel ſapiunt, vel ſcripſerunt, quòd vbique profana impuritate laboret, & à veritatis dogmatibus diſſonet.

Poſtquam autem beatiſſimi Patres ſermonem de Chriſto abſoluerunt, Spiritus ſancti mentionem faciunt. Credere namque ſe in illum dixerunt, ſimili modo videlicet vt in Patrem & Filiũ. Eſt enim ipſis conſubſtantialis; & profunditur quidem, ſeu procedit, ſicut à fonte Deo & Patre; tribuitur autem creaturæ per Filium. Vnde inſufflauit in ſanctos Apoſtolos, dicens: Accipite Spiritum ſanctum. Igitur ex Deo; & Deus Spiritus eſt, & non alienus ab omnium ſuprema ſubſtantia; ſed ex ipſa, & in ipſa, & proprius eius.

Hæc eſt igitur ſanctorum Patrum rectiſſima, & ab omni errore aliena Fides, ſiue Fidei confeſſio. Verum, vt Paulus dicit: Deus ſæculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti. Itaque nonnulli relicta veritatis via ruunt in ſaxa, non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Redigentes enim filiationis gloriam in

Ephes. 4. a.

Ioan. 6. f. 28.

Luc. 2. f.

2. Cor. 4. a. 4.

1. Tim. 1. b. 7.

in ſolum Verbum ex Deo Patre natum; quaſi filium alium, illum qui extitit ex ſemine Ieſſæ & Dauid, copulatum ei dicunt, participemq. eſſe filiationis ac diuinæ gloriæ, & inhabitationis Verbi ipſius, & ab ipſo habuiſſe omnia, proprium vero omnino nihil. De iſtiuſmodi, vt opinor, ſcri-
Iud. v. 4. pſerũt Saluatoris diſcipuli: Subintroierunt enim quidam homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium, impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem & Dominum noſtrum IESVM Chriſtum negantes. IESVS autem Chriſtus merito nominatur ipſum Verbum, quod in humana forma apparuit. Nam interrogãtibus aduerſarij reſpondeant, qui præ multa inſipientia iuxta Neſtorij & Theodori cõmenta & ſapere & eloqui non verentur: Eũ qui natus eſt ex ſancta Virgine, nõ admittitis eſſe Deũ,
¶ ſolum & Filium verum Dei & Patris; illiq. ¶ ſoli tribuitis paſſiones, & ſubmouetis ipſum à Deo Verbo, ne Deus dicatur eſſe paſſibilis? Hæ enim ſunt confictæ illorum diligentiæ adinuentiones, & futiles cogitationes. Igitur nec appelletur Chriſtus, ſiue vnctus, ſpecialiter & ſeorſim illud ex Deo Patre Verbum. Quemadmodum enim alienum ab eo eſt pati quando extra carnem intelligitur; ſic & vnctio incongrua quædam res & aliena ab
Act. 10. v. 38. eo eſt. IESVM enim à Nazareth vnxit Deus Spiritu ſancto: ex ſe autem perfectum eſt omnibus modis Verbum Dei, & opus non habuit vnctione, quæ per Spiritum ſanctum datur. Igitur negate diſpenſationem, auertite Vnigenitum à ſua erga mundum charitate, ne nominetur Chriſtus à vobis. An non indignum ipſi, quòd in noſtris menſuris factus eſt? Igitur quia & hoc indignum eſt eo, nemo confiteatur quòd factus ſit
Matth. 22 d. 29. homo; vt ipſis quoque dicat Chriſtus: Erratis, neque ſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. Igitur eos qui ſic ſentire ſtatuerunt, tamquã hoſtes veritatis habentes, fugiamus ipſorum perni
¶ vaniloquentiam, cioſam ¶ vocum nouitatem; ſequamur autem ſanctorum Patrum ſententiam, & ſanctorum Apoſtolorum Euangeliſtarumq. traditionem. Verbum enim homo factum, ipſum erat quod in illis
2. Cor. 13. v. 3. loquebatur. Per quod & cum quo, Deo & Patri honor, gloria, imperium cum ſancto Spiritu nũc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A πατρὸς φωνὴν λόγον, ὡς ἕτερον ἕτερον, τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ Ἰσραὴλ, συνῆφθαι φασὶν αὐτῷ, καὶ μετέχειν ἀξίας, καὶ ἁγίας διοπτεύειν, καὶ τῆς οἰκειότητος αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ πάντα μᾶλλον ἐσχηκέναι παρ' αὐτοῦ, ἴδιον δὲ οὐδὲν παντελῶς εἶναι. ταῦτα τῶν τοιούτων, ὡς γε εἰκάσαι, μεγαλόφωνοι τοῦ σωτῆρος οἱ μαθηταί· παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ καὶ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν εἰς θεὸν χάριν μεταλλάττοντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην, καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὀνομάζοιτο ἂν εἰκότως ὁ ἐν ἀν-
B θρώπου μορφῇ πεφηνὼς ὁ λόγος. ἐπεὶ φεύγετωσαν ἑρμένειαι οἱ δι' ἐναντίας, οἱ τὰ Νεστορίου, καὶ Θεοδώρου φρονεῖν, καὶ λαλεῖν, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀσεβείας ἐκπυρούμενοι· ἐκβάλλετω τοῦ εἶναι θεὸν, καὶ ὁμοῦ τὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸ παθὸν αὐτῷ συνειμένοντες ¶ μόνῳ, καὶ δοκοῦντες αὐτὸν τοῦ θεοῦ λόγου· ἵνα μὴ θεὸς λέγοιτο παθητός; πῶτα γὰρ τῆς ἑαυτῶν ἐξηλακεβέσας τὰ ῥήματα, καὶ ἡ τῶν ἐνοικῶν χυδαιότης. οὐκοῦν μὴ ὀνομαζέσθω Χριστὸς ἰδικῶς, καὶ κατ' μόνας ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος. ὥσπερ γὰρ ἐστιν ἀπροικὸς αὐτῷ τὸ παθῶν, ὅταν ἔξω νοεῖτο σαρκὸς, οὕτω καὶ ἡ χρῖσις ἀπάρμοσόν τι χρῆμα, καὶ ἀλλότριον αὐτοῦ. Ἰησοῦ γὰρ τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ἔχρισεν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ· αὐτοπλὴς δὲ πάντως ὁ ἐκ θεοῦ λόγος· καὶ οὐκ αὐ ἐδεήθη χρίσεως τῆς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οὐκοῦν δεννήσασθε τὴν οἰκονομίαν· ἀποκόψατε τὸν μονογλῶτ τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης· μὴ ὀνομαζέσθω Χριστὸς παρ' ὑμῶν. ἢ ἄρμοσον αὐτῷ τὸ ἐκ πίστεως καθ' ἡμᾶς χρῖσμα μέτρους; οὐκοῦν, ἐπειδήπερ ἐστὶ τοῦτο ἐσπουδακὸς αὐτῷ, ὁμολογείτω μηδεὶς, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος·
D ἵνα καὶ αὐτοῖς εἴπῃ Χριστὸς· πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ. οὐκοῦν, ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς, τοὺς ὧδε φρονεῖν ἠρημένους ἡγούμενοι, φύγωμεν αὐτῶν τὰς ὀλεθρίας ¶ καινοφωνίας· καὶ ἐπωμεθα μᾶλλον τῆς δόξης τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τῇ ὡδηγημένῃ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν· αὐτὸς γὰρ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ λαλῶν, ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, δόξα, κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

¶ μόνῳ.

¶ καινοφωνίας.

EIVSDEM CYRILLI EPIſcopi Alexandrini, ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum, & Synodum ibidem congregatam.

ΕΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙσκόπου Ἀλεξανδρείας, πρὸς Ἰωάννην ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας, καὶ τὴν συναχθεῖσαν ἐκεῖ σύνοδον.

XLIIII. NOn conquieſcit draco ille deſertor, vere infeſta Deoq. aduerſa beſtia, nec vmquam à ſua improbitate deſiſtit; ſed inceſſabilem illam inuidentiam contra ſanctas Eccleſias in ſe ipſo conceptam parturiens, effrenatas impio-
1. Tim. 4. v. 2. rum profanorumq. hominum cauteriatam conſcientiam habentium linguas contra veritatis dog-

Ὅτι ἠρέμησεν ὁ δράκων, ὁ δυσσεβὴς, τὸ πολέμιον ἀληθῶς, καὶ θεομάχον θηρίον· εὐπρεπῶς κατέληξε πάντα τῆς ἑαυτοῦ αὐτῷ δυσσεβείας ¶ ἀκαταπαυστον ὂν τὸν φθόνον τὸν κατὰ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ὠδῖνων ἐν ἑαυτῷ, γλώσσας ἀκρατεῖς νῦν

¶ ἀκαταπαύστου

αἱρέσεων, καὶ βιβλίων αἱρετικῶν, κεκαυτηριασμένων ἐχόντων τὴν συνείδησιν, ἀντανασπῶν τὰ ἑλμινθικὰ τῆς

τῆς ἀληθείας δόγμασιν. ἀλλ' ἦλω παντελῶς, ἐ A
νίκησεν, ἄπρακτον αὐτοῦ τὴν σπουδὴν, καὶ τῶν ἐγ-
χειρημάτων τὸν δυσμενῆ ἀποφαίνοντος ἅπαντων
ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. πλεῖστοι μὲν οὖν οἱ πρὸ ἡμῶν,
τοῖς ἁγίοις ἡμῶν πατράσι μεμαχημένοι, καὶ κατ' αὐ-
τοῦ ἀῤῥήτου δόξης τὸ τῆς ἑαυτῶν ἀθυροστομίας ἔπαλξε κι-
νήσαντες, ἀλλ' ἠλέγχοντο θρασεῖς ὄντες, ἐ ἀμαθεῖς,
καὶ κενολογωτέρους μᾶλλον, ἢ τοῦ ἐγνωκότας τι κατ'
ἀλήθειαν τῶν, ὅσα ἐστὶν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας μαρ-
τυρούμενα, ὡς ἔστιν ὀρθὰ, καὶ ἀμώμητα, καὶ πολ-
λῆς ἀπείρως ἐκτόπου. ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνοις ὁ
δυσεβείας ἀπείρως ἔρρεπτο, καὶ διδάσκαλος, ἦλθεν B
ἡμῖν τὰς Νεστορίου καινοφωνίας, ἰδοὺ δὴ σύμπαντες
ἀφ' ἑνὸς τοῦ θεοῦ χάριν, ἐ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρ'
αὐτοῦ σύνεσιν, μιᾷ γλώττῃ τὸν ἀπρεπῆ τοῦτον ἀναθεμα-
τίζομεν, τὸν ὑπὲρ τῶν πατέρων ἐκπλαπῶντες
ζῆλον, καὶ κατασφιζόμενοι τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ
τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀληθῆ περιβάλλοντες πίστιν, καὶ
διδάσκοντες ἐκκλησίας, μὴ τῆς ἐκείνου δυσεβεί-
ας πειρᾶσθαι μᾶλλον, δύο λέγοντος Χριστοὺς,
καὶ υἱοὺς, ἕνα μὲν φύσει, καὶ ἀληθῆ, τὸν ἐκ θεοῦ πα-
τρὸς λόγον, ἕτερον δὲ θέσει, καὶ χάριτι, τὸν ἐκ σπέρ-
ματος τοῦ Δαυὶδ· ἀλλὰ κατὰ τὴν αὖθις καταβᾶ-
σαν εἰς ἡμᾶς, ἀπραγμόνη, ἐ εὐπάλαιστον πίστιν, ἕνα
υἱὸν, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λό-
γον· ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, κατὰ τὴν τῶ
ἁγίων πατέρων ὁμολογίαν· ὥστε τὸν αὐτὸν εἶναί τε, ἐ
λέγεσθαι ἐκ θεοῦ πατρὸς θείκως, ὡς λόγον αὐτὸ, καὶ
ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντα φυσικῶς, καὶ ἐκ
σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, ἤγουν ἐκ τῆς ἁγίας,
καὶ θεοτόκου Μαρίας. ἑ γὰρ ἕτερον, καὶ ἕτερον, ὡς ἔφθω,
παρέδοσαν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενό-
μενοι τοῦ λόγου· ἀλλὰ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν υἱόν τε ὁμοῦ
καὶ ἄνθρωπον, μονογενῆ, πρωτότοκον· ἵνα τὸ μὲν ἔχοι
θείκως, τὸ δὲ ἀνθρωπίνως· ὅτι γέγονεν ἐν πολλοῖς ἀ-
δελφοῖς, τὸν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑποδὺς, καὶ ὢν
ἄνθρωπον ἄλλον παραίψας ἑαυτῷ, καθὰ φρονεῖν ἔ-
δοξέ τισιν, ἀλλ' αὐτοχρημα γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ
τὸν δοκησὶν τοῦ εἶναι ὁλῶ. θεὸς γὰρ ὢν φύσει, ἐ ἀπα-
θὴς, διὰ τοῦτο περὶ τῆς ἰδίας πάσχει εἰκόνος· οὐ γὰρ τὸ
ἕτερόν τινος σῶμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν· ἀλλ' αὐτὸς
ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, γενόμενος ἄνθρω-
πος, ὡς ἁμωμον ἱερεῖον προσενέγκασθαι τῷ θεῷ, καὶ πα-
τρί. διὸ καὶ ἀναγκαῖον, λαμπρὰν ἡμᾶς ἤδη τούτοις
ἄγειν ἑορτὴν, παντὶ βεβλημένης ἥλου τὸν τῆς Νεσ-
τορίου καινοδοξίας καὶ φωνῆς ἀπείρως πρόσωπον, εἰ
τῆς ἐκείνου συμβαίνει ψευδηγορίας. κεχώρηκε
γὰρ κατ' πάντων, τῶν πίστιν φρονούντων ἐκείνῳ, ἤγουν
ἐ πεφρονηκότων πώποτε, τὰ δοκοῦντα ἡμᾶς τι, καὶ
τὸν ὁσότητα ὑμῶν, εἰπεῖν· ὅτι ἀναθεματίζομεν τοὺς
υἱοὺς λέγοντας δύο, καὶ δύο Χριστούς· εἷς γὰρ, ὡς ἔφθω,
κηρύττει πρός τε ἡμῶν αὐτῶν, ἐ ὑμῶν, Χριστὸς, καὶ υἱὸς
καὶ κύριος, ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἐν ὁμοιώμα-
τι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς, ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸν τοῦ σωφρόνου Παύλου φωνὴν.

dogmata ausus est excitare. Verum Christo omnium nostrum Saluatore improbitatem illius violentumq. conatum irritum reddente, deprehensus vbique ac victus est. Plurimi itaque ante nos extiterunt, qui sanctos Patres nostros impugnarunt, bellumq. contra ineffabilem Christi gloriam effrænato ore mouerunt: sed deprehensi sunt temerarij & indocti, & vaniloqui magis, quàm aliquid eorum revera nosse, quibus ab ipsa veritate testimonium perhibetur quòd recta sint & integra, & ab omni calumnia longissime remota. Postea vero quàm præter eos ille omnis impietatis inuentor ac doctor, Nestorij vocum nouitates nobis excitauit; ecce iam per Dei gratiam, datamq. nobis ab illo intelligentiam, omnes vno ore illum apostataram anathematizamus, glorioſum Patrum nostrorum zelum imitati, viriliterq. contra inimicos crucis Christi nos gerentes, ac veram Fidem colentes, atque in Ecclesijs docentes, non assentiendum esse illius blasphemijs, duos dicentis Christos, & filios; vnum quidem naturalem & verum, nempe illud ex Deo Patre Verbum; alterum vero adoptione & gratia, illum videlicet ex semine Dauid: sed secundum sinceram irreprehensibilemq. Fidem, C quæ iam inde ab initio ad nos descendit, vnum dumtaxat Filium & Dominum IESVM Christum, ipsum nimirum incarnatum & hominem factum Dei Patris Verbum, iuxta sanctorum Patrum confessionem: ita vt vnus idemq. sit & dicatur qui diuinitus ex Deo Patre, vtpote Verbum illius, & ex eius substantia naturaliter procedit, & qui ex semine Dauid secundum carnem, hoc est, ex sancta & Dei genitrice virgine Maria ortus est. Non enim alium atque alium, vt dixi, tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, ac *Luc. 1.a.* ministri fuerunt sermonis: sed vnum & eumdem Deum simul & hominem, vnigenitum ac primogenitum; vt illud quidem habeat vt Deus, istud D vero vt homo. Factus est enim inter multos fra- *Rom. 8.d.* tres, ad nostram similitudinem sese demittens, non alium hominem, vt quibusdam visum est, sibi adiungens, sed idem ipse revera factus homo, & id quod erat, esse non desinens. Nam cum ex natura Deus & impatibilis esset, ideo in propria carne voluntarie passus est. Neque enim alterius cuiuspiam corpus pro nobis dedit; sed ipsum vnigenitum Dei Verbum homo factum, vt immaculatam victimam se Deo & Patri obtulit. Proinde æquum fuit hilariter his de causis festum diem agere, eiecta iam simul cum peruersa Nestorij opinione, omni alia à quocumque emissa voce, quæ cum illius mendacijs conueniret. Procedit enim aduersus omnes, qui pariter cum illo sentiunt, vel etiam aliquando senserunt, quod & nos & sanctitas vestra absolute diximus, anathematizare nos eos, qui duos filios vel duos Christos dicunt. Vnus enim, sicut dixi, cùm à nobis, tum etiam à vobis prædicatur Christus & Filius & Dominus, illud vnigenitum Dei Verbum in similitudine hominum factum, & habitu, secun- *Philip. 2.b* dum sapientissimi Pauli vocem, vt homo inuentum.

tum. Quòd autem Christi carnem anima intelligente animatam esse dicamus, id sæpenumero iam ante demonstratum est. Et in epistola ad Armenios, cum sermonem veritatis recte tractaret, diserte prædicauit sanctissimus & religiosissimus frater noster & coëpiscopus Proclus, vir pius, & ad certamen aduersus eos, qui quæ recta sunt peruertunt, exercitatus, & ex veritatis assertione victoriam reportare assuetus. Infames autem opiniones, Diodori inquam, ac Theodori, & aliorum quorumdam, quos non laudare satius erat, ne quid grauius dicam, propterea quod plenis quodammodo velis aduersus Christi gloriam ferantur, nemo, obsecro, sanctis orthodoxisq. Patribus nostris, Athanasio inquam, Basilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis tribuat, ne quo pacto res hæc nonnullis scandali fiat occasio, existimantibus revera ita sensisse ac docuisse viros totius rectæ Fidei custodes, quiq. contra peruersas opiniones non modo Nestorij, sed etiã aliorum, qui idem quod Nestorius ante ipsum sensérant, & litteris mandarant, oppositos libros reliquerunt. Optamus autem vt omnes res suas agant, neque turbas Ecclesijs excitent, iam per Christi gratiam, & doctorum vbique terrarum vigilantiam sedatas; neque vel sibi ipsis, vel alijs negotia denuo facessant. Ceterum qui cum Nestorio aliquando senserunt, nunc vero ex animo resipiscentes, à nugis illius discedunt, mutataq. voluntate rectam integramq. Fidem complecti proponunt; eos placide suscipere oportet, nec cuiquam illorum, præteritorum culpa conuicium facere; ne qua ratione ex ea re occasio nonnullis præbeatur, vt cunctantius ad meliora festinent. Si enim eos qui corporalibus morbis tenentur, ab illis liberari cupimus, ijsq. congratulamur vbi id contigerit; quomodo non magis gaudebimus, si is qui seductus fuerat, conuertatur, & cum cõscientia bona ad veræ cognitionis
Luc.15.b. lucem accurrat? Nam quòd ipsi quoque Angeli festa super huiusmodi rebus celebrare soleant, nihil ambigit sanctitas vestra, vt quæ ista docere & in omnibus Ecclesijs exponere soleat, & Saluatoris nostri verba non ignoret. Illud tamen vos tamquam fratres & magisterij socios obsecramus, vt clericis vestris præcipiatis, ne alia loquantur, præsertim in Ecclesijs, præter ea quæ vera ac probata, & bene habere iudicata sunt: sed potius vt rectę Fidei confessionẽ sequantur, maxime vero ne facile ad sermones de eiusmodi rebus prosiliant. Quòd si qua necessitas coegerit, eo quòd aliqui in mysterijs Fidei instruẽdi sint; nullo modo de Fide sermonẽ à rectitudine Fidei deflectere sinant. Quia vero omnes turbarũ occasiones per sanctitatis vestræ vigilantiã præcidendæ sunt, propterea quę in rem fore censebamus, hæc perscripsimus. Si quibus ergo clericis vel monachis à nonnullis obijciatur, quòd cùm Ecclesiæ cõmunicauerint, cũ impio Nestorio hucusque sentiant: his in Ecclesijs potius audientia proponatur, & apud vos, qui illas regitis; eorumq.

A ὅτι ἓν τῷ τοῦ κυρίου σώματι ἐψυχωμένῳ φαμὲν ψυχῇ νοερᾷ, ἐδείκνυτο πολλαχοῦ καὶ πρότερον ἐν τῇ πρὸς Ἀρμενίους ἐπιστολῇ, τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν, διευθύνων ὀρθῶς ὁ ἱερὸς πατὴρ, καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ τῆς τοῦ ὀρθοῦ διδασκαλίας ἀκριβῶς ἐπιμεμελημένως· ὅτε καὶ νικᾶν ἔθος αὐτῷ πρεσβεύοντι τὴν ἀλήθειαν. Διαβεβλημένας δὲ δόξας, Διοδώρου τε φημὶ, καὶ Θεοδώρου, ἢ καὶ ἑτέρων τινῶν· οὓς ἴσως ἄμεινον σὺν ἐπαίνῳ· ἵνα μή τι λέγοιμι φορτικὸν, διὰ τὸ ἅπασιν ὡσανεὶ ἴσοις κατανεχθῆναι τὸ δέξῃ χεῖρον, μηδεὶς ὑπονοήσειεν, ὦ θεοφιλέστατοι, τοῖς ἁγίοις, καὶ ὀρθοδόξοις ἡμῶν πατράσιν, Ἀθανασίῳ τε φημὶ, καὶ Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τε, καὶ Θεοφίλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς· μὴ ἄρα πως σπανδάλου πρόφασιν τὸ χεῖρον ἤδη ποτὲ ποιεῖν, οἰηθεῖσι τῇ ἀληθείᾳ οὕτω φρονεῖσθαι, καὶ διδάσκειν, τοὺς ἁπάσης ὀρθότητος διημελημένους· καὶ ἀπὸ τῆς Νεστορίου μόνης καταδεξίας αὐτομολούσας ἀφέντας βίβλους, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἑτέρων, οἳ τὰ Νεστορίου πρὸ αὐτοῦ πεφρονήκασί τι, καὶ γεγράφασιν. Εὐχόμεθα δὴ, πάντας ἰδιοποιεῖν, καὶ μή τι ψηφίζεσθαι τῆς ἐκκλησίας ἐλαττον, τοὺς ἤδη καταρεμψαμένους χάριτι τοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ψήφου τῆς ἀπανταχοῦ μυσταγωγῶν, μή τι μᾶλλον αἰσχαλύνειν ἑαυτοὺς, ἢ ἑτέρους, πράγματος. χρὴ δὴ, καὶ τοὺς τὰ Νεστορίου πεφρονηκότας πάντα, μετανοοῦντας καὶ ἀλήθειαν, ἐκ διαφορᾶς μὲν τῶν ἐκεῖσε φλυαριῶν, μεθερμιζομένους δὲ πρὸς τὸ τῆς ἐθελουσίου τῶν ἀμώμητον ἐλπίδος πίστιν, δεκτοὺς εἶναι, καὶ μὴ ὀνειδίζεσθαι τῶν παρωχημένων ἕνεκα· μή ἄρα πως ἔλαττον προφασίσονται τοῖς εἰς τὰ ἀμείνω μεταβολῆς ἐπιχαίροντα τόδε. εἰ γὰρ τοὺς ὄντας ἐν ἀρρωστίαις σωματικαῖς, ἀπαλλάττεσθαι πάντων ἀνθρώπων ἀγόμεθα, καὶ συνηδόμεθα τούτου συμβαίνοντι αὐτοῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον ἡδέσθη τις ἂν, ὀρθοτόμου τοῦ πεπλανημένου, καὶ τοῖς τῆς ἀληθοῦς γνώσεως μὴ πεπειθόσιν ἀγαθῆς ἄπτοντος φῶς; ὅτι γὰρ τῶν ὀρθῶν τούτοις ἑορτῶν ἄγειν ἔθος καὶ τοῖς ἀγγέλοις, οἶδεν ὑμῶν ἡ ὁσιότης, τοῦτο διδάσκομεν, ἐν ἀπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἐξηχουμένη, καὶ τὰς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκ ἀγγέλων φωνάς. ἐκεῖνο μέντοι συγκαλοῦμεν, ὡς ἀδελφοὺς, καὶ συνδιάκονας, παρεγγυῆσαι τοῖς κληρικοῖς, μὴ ἕτερα λαλεῖν, ἐν ἐκκλησίαις μάλιστα, ἢ τὰ ὀρθῶς, καὶ δεδοκιμασμένα, καὶ εὖ ἔχοντα δέξασθαι· ἔπεσθαι δὲ μᾶλλον τῇ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίᾳ· καὶ μάλιστα μὲν μὴ ὑπάρχειν τοῖς ἐξ αὐτῶν λόγοις· εἰ δὲ δή που τις ἀνάγκη γένοιτο, διά τι τὸ χρῆναι μυσταγωγεῖσθαί τινας, μηδαμοῦ παρεκτείνεσθαι τῆς ὀρθότητος ἔξω τὸν ὅρον τῆς πίστεως λόγον. ἐπεὶ δὲ τὰς τῶν ψευδῶν ἀφορμὰς διαπείρασθαι χρὴ διὰ τῆς ψήφου τῆς ὑμῶν ὁσιότητος, ὅπερ ἐσομένοις εἶναι παλαὶ, τότε ἐγεγράφαμεν. αὐτὰ γοῦν ταῦτα ἢ κλητικὰ, ἢ μεταστατικὰ, ἀγκαλῶ τῳ σοφῷ τινων, οἷς κοινωνήσαντες μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ, φρονοῦντες δὲ καὶ εἰς δεῦρο τὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου, πειθέσθω τούτοις ἀκροάσεις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μᾶλλον, καὶ παρ' ὑμῖν τοῖς ἰδίοις αὐτῶν.

τας, καὶ ζήτησις ἀκριβὴς τῶν λεχθέντων. εἰκὸς γὰρ, τοὺς ἐγκαλεῖν ἐθέλοντας, ὡς οὐδενὸς ἀνεχομένου τοὺς περὶ αὐτῶν [a] προσιέσθαι λόγους, τοῖς ἔξω δικαστηρίοις παρεγοχλεῖν. πολλῷ δὲ ἄμεινον, καὶ δικαιότερον, τὰς ἐκκλησιαστικὰς ζητήσεις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κινεῖσθαι, καὶ τυποῦσθαι, καὶ μὴ παρ' ἑτέροις τισίν· οἷς οὐδ' [b] ἀνάρμοστος παντελῶς ἡ [c] περὶ τούτου διαιτησις." πρόσπεμψον τοίνυν [d] καὶ ἀδελφότητα. ὑμᾶς ἡ παρ' ἡμῶν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

[a] προσιέσθαι
[b] ἀνοικεία
[c] περὶ τούτων διαιτησις
[d] ἡμῶν

A rumq. dicta accurate examinentur. Nam verisimile est, eos qui tales accusare volunt, quasi nemo sermones illorum admittere sustineat, apud extera tribunalia tumultuari. Est autem multo melius, multoq. iustius, Ecclesiasticas quæstiones in Ecclesijs agitari ac definiri, quàm apud alios externos, quibus etiam huiusmodi causarum [a] tractatio prorsus non conuenit. Salutate fraternitatem, quæ apud vos est. Quæ nobiscum est, in Domino vos salutat.

[a] alienam

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΘΕΙΟΥ ΝΟΜΟΥ κατὰ Νεσορίου.

EXEMPLVM SACRAE Legis contra Nestorium.

ΤΟ τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ παρ' ἡμῶν ὀφειλόμενον σέβας, τοὺς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβῶς ἐσχηκότας, δίκαιός τε ἀξίως κολάζεσθαι, καὶ [a] ὀνόματι τῇ αὐτῶν φαυλότητι [b] πρέποντι προσαγορεύεσθαι βέλτιον, ὡς ἂν ἐνταῦθα τοῖς βλασφήμοις, αἰώνιον [c] ὑπομένοντες [d] ἄμοιρίαν τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ μή τι ζῶντες ἄμοιρίας, μή τι θανόντες ἀτιμίας ἐκτὸς ὑπάρχειν. Νεσορίου τοίνυν τοῦ τῆς πεφημισμένης διδασκαλίας ἡγεμόνος καταπεφρόνηκε, λείπεται τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀσεβείας κοινωνοὺς, ὀνόματι [e] προσλαβεῖν καταγνωσθέντι· ἵνα μὴ τῇ τῶν χριστιανῶν ἐπιχρώμενοι προσηγορίᾳ, τούτῳ ὀνόματι κοσμοῖντο, ὧν [f] δόγματος δυσσεβοῦντες ἐξέστησαν. Διὸ πάντα νομοθετοῦμεν, τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς Νεσορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοὺς, Σιμωνιανοὺς ὀνομάζεσθαι· προσήκει γὰρ τοὺς ἐν τῇ τοῦ θείου [g] διαφορᾷ τὸ ἐκείνου μιμουμένους δυσσέβημα, τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ κληροῦσθαι προσηγορίῳ. ὃν τρόπον Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου, Πορφυριανοὶ, Διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας, ἐκ Πορφυρίου προσαγορεύονται· ὃς τὴν ἀληθῆ θρησκείαν ἐπιχειρήσας τῇ τοῦ λόγου δυνάμει καταγωνίσασθαι, βίβλους ἑαυτοῦ, ἃς [h] παιδείους ὑπομνήματα καταλέλοιπε. Καὶ μηδένα τολμᾶν, τὰς αὐτοῦ Νεσορίου τοῦ ἀθεμίτου τι, καὶ ἱερούλλου, ἀσεβεῖς βίβλους σῴζειν τῆς διαγωγῆς τῶν ὀρθοδόξων θρησκείας, καὶ κατ' αὐτῶν δογμάτων τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν ἁγιωτάτων ἀγίας συνόδου, κατέχειν, ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ μεταχειρίζειν· ἃς δεῖ πανδήμῳ πάσῃ ζητήσαντας, δημοσίᾳ ἐμπιπράσθαι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶσα ἀσεβείας ῥιζόθεν ἐκκοπήσεται, τὸ ἀπλοῦν, καὶ ἀκέραιον πλῆθος, ἁδόλῳ πλάνης σπέρμα εὑρεῖν οὐ δυνήσεται, μηδὲ μεμήμηλεν τῶν οὕτως ἀποπλυμένων αὐθρώπων ἐν οἱᾳδήποτε τῆς θρησκείας διαλέξει ἑτέρᾳ, ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι, προσεῖναι, ἢ οἰκίαν αὐτῶν, ἢ ἀγρὸν, ἢ προάστιον, ἢ ὁντινοῦν ἄλλον τόπον, ἁπλῶς ἅπαντα, λελῆσθαι, ἢ φανερῶς ὑπάρχειν. πᾶς γὰρ τοιούτους ὁρίζομεν πάσης παντὸς ἀδείας στερίσκεσθαι· προδήλως ὄντος ἅπασιν, ὡς ὁ παραβαίνων τι τῶν νόμων τούτων, καὶ Νεσόριον μιμούμενος, δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιωθήσεται. ἡ μεγίστη τοίνυν, καὶ θεοφανὴς σου ἐξουσία, τοῦτο τῷ ἡμῶν τῷ Διγνίτζῳ

[a] ὀνόματι
[b] πρέποντι
[c] ὑπομένοντες
[d] ἀμοιρίαν
[e] προσλαβεῖν
[f] δόγματος
[g] διαφορᾷ
[h] παιδείους

C Vltus ac veneratio, quam sanctissimæ religioni iure debemus, postulat, vt illos qui impie erga diuinum numen affecti sunt, meritis pœnis subijciamus, & nomine quod prauitati eorum conueniat, eiusmodi appellemus; vt hac infamia notati, æternam errorum suorum [a] pœnam sustineant; & neque dum viuunt supplicio, neque post mortem dedecore vmquam careant. Cum ergo Nestorius portentosæ doctrinæ inuentor damnationis sententiam iam exceperit, superest vt opinionis illius socios, impietatisq. cõsortes damnato nomine [b] comprehendamus; ne Christianorum appellatione abusi, eorum decorentur vocabulo, à quorum dogmate sua impietate defciuerunt. Quamobrẽ hac lege sancimus, quotquot vbicumque execrandæ opinionis Nestorij sequaces extiterint, eos Simonianorum nomine appellandos esse. Aequum est enim, vt qui auersi à Deo impietatem Simonis æmulantur, eamdem cum illo appellationem sortiantur. Quo etiã modo Ariani sanctione beatæ memoriæ Constantini, vocati sunt Porphyriani, quòd eamdem cum Porphyrio impietatẽ imbibissent. Hic enim sermonis vi & efficacia veram religionem expugnare conatus, libros sibi potius, quàm eruditionis commentaria reliquit.

Primum, cauſa quam prætexit Sozomenus, cur Concilio Nicæno non interfuerit Romanus Pontifex, decrepitam ſcilicet ſenectutem, ■ Iulium cadere nullo modo poteſt, qui iuxta Socratem & Sozomenum ipſum, vſque ad triginta fere annos poſt Concilium Nicænum ætatem produxit. Tradit enim [d] *Socrates, atque ex ipſo* [e] *Sozomenus, Conſtantium poſt tyrannos Magnentium, Siluanum & Gallum cæſos, Sirmio Romam ad triumphandum profectum; ac eodem tempore Concilium in Italia conuocaſſe; dumq. ad illud Epiſcopi iter pararent, Iulium Epiſcopum Romanum è viuis exceſſiſſe. Magnentius autem cæſus fuit, iuxta* [f] *Sozomenum, ſub ſexto Conſulatu Conſtantij & ſecundo Galli, qui annus à Concilio Nicæno xxviij. numeratur: Gallus vero iuxta eumdem* [g] *Sozomenum, ſub ſeptimo Conſulatu Conſtantij, & tertio ſui ipſius, qui annus eſt xxix. à Concilio: & Siluanus, teſte* [h] *Ammiano Marcellino, poſt Gallum. Qui ergo fieri potuit, vt qui Eccleſiam Romanam ſecundum Sozomenum, trigeſimo fere poſt Concilium Nicænum anno regebat, ob grauiorem ætatem Concilio Nicæno adeſſe nequiuerit? Præterea, Iulij Pontificatum fuiſſe viginti quinque annorum, ſcribit* [i] *Sozomenus, idq. etiam mendoſe, in x. verſo, vt conſtat ex* [k] *Socrate, vnde Sozomenus illa omnia fere de verbo ad verbum expreſſit, qui ſolos quindecim annos Iulio tribuit. Sed concedamus Iulium annis viginti quinque Eccleſiam rexiſſe: quomodo potuit qui viginti quinque annis in Sede vixit, & obijt trigeſimo fere poſt Concilium Nicænum anno, tempore Concilij Nicæni Pontificatum tenuiſſe? Adde* [l] *Sozomeni* ἐπιχλῶ, *qui in prolegomenis Concilij Nicæni, vt exordium hiſtoriæ ſuæ temporis nota ſignaret, ſic prælocutus eſt: Criſpo & Conſtantino Cæſaribus Conſulibus, Romanæ Eccleſiæ antiſtes fuit Silueſter. Fuiſſe autem tum Conſulatum Criſpi & Conſtantini tertium, idem* [m] *Sozomenus ita in præfatione operis ſui atteſtatur: Sum vero hiſtoriam exorſus à Criſpo & Conſtantino Cæſaribus iam tertium Coss. Atqui tertius Conſulatus Criſpi & Conſtantini, qui annus Chriſti ccclxxxiij. fuit, immediatè præceſſit Conſulatum Paulini & Iuliani, id eſt, annum Chriſti ccclxxv. ſub quo celebrata eſt Synodus Nicæna, auctore* [n] *Socrate, &* [o] *Sozomeno ipſo, qui exitum Concilij in principium vicennalium Conſtantini incidiſſe affirmat. quomodo ergo dici poteſt, Legatos Eccleſiæ Romanæ in Synodo Nicæna miſſos fuiſſe à Iulio, quos ob locorum interualla multo ante Concilium deſtinatos oportuit, cum finis Conſulatus Criſpi & Conſtantini, vix quatuor menſibus Concilium Nicænum menſe* [p] *Maio anni ſequentis celebratū, anteuerterit, & Marcus Romanus Pontifex, eodem Sozomeno, vt mox videbitur, teſte, inter Silueſtrum & Iulium medius intereeſſerit? Accedit etiam querela Iulij (vt* [q] *Sozomenus ipſe refert) apud Epiſcopos Orientales, quòd eum ad Synodum Antiochenam non vocaſſent. Hoc autem vt ſtare poteſt cum excuſatione ſenectutis, ob quam non adfuit Concilio Nicæno, quod ſedecim annis Antiocheno illo antiquius fuit? Immo quare Iulio ſenectutis cauſam prætexuit Sozomenus, cur à Concilio Nicæno abfuerit, non autem eam multo magis attulit cur ad Concilium Sardicenſe, quod duobus & viginti annis poſterius Nicæno fuit, non profectus ſit, ſed tantum per Legatos ei interfuerit? Sed quid argumentis opus eſt, cum extet apud Sozomenum ipſum locus expreſſus, qui vno ictu hanc difficultatem euacuat, diſertisq. verbis profitetur, Iulium longo poſt Concilium Nicænum interuallo, & circa tempora conciliabuli Antiocheni aduerſus Euſtathium (qui in Concilio Nicæno Epiſcopus Antiochenus fuerat) celebrati, in Pontificem Romanum electum fuiſſe, atque ideo nunquam Sozomeno in mentem venire potuiſſe, vt Concilium Nicænum ſub Iulio collocaret? Ipſe enim Sozomenus, qui lib. i. cap. xvj. aſſerit Romanum Pontificem ob pondus ætatis Concilio Nicæno non adfuiſſe, quiq. vltimo capite eiuſdem primi libri vniuerſam Concilij Nicæni hiſtoriam omnino abſoluit, præfixa frontiſecundi libri hac clauſula, Hactenus finem habuere quæ in Nicæa geſta ſunt: ac deinde toto ſecundo libro ad ■ deſcendit narranda, quæ ſub reliquo Conſtantini imperio contigerunt: is, inquam, ipſe Sozomenus, poſtquam rebus Concilij Nicæni finem poſuit, per integra priora ſecundi libri ſeptemdecim capita percurrit ea quæ inter Concilium Nicænum, & Antiochenum in cauſa Euſtathij celebratum, interceſſerunt; & demum xviij. capite, Antiocheni concilij celebrationem, Euſtathij abdicationem, & Euphronij ſubrogationem deſcripſit: tandem deueniens ad xix. libri ſecundi caput, affirmat ſub id tempus, Silueſtro mortuo, ac in eius locum ad breue ſpatium, id eſt, ſecundum* [r] *Hieronymum, menſes octo, ſuffecto Marco, Iulium in Sedem Romanam euectum fuiſſe. verba eius ſunt:* [s] *Per id tempus cum Marcus poſt Silueſtrum ad exiguum tempus Epiſcopatum Romanum geſſiſſet, Iulius in illam ſedem ſucceſſit: in ſedem autem Hieroſolymitanam poſt Macarium, Maximus. Hæc non aduertiſſe Bedam & ceteros Latinos ſcriptores, qui Caſſiodori veſtigijs inſtiterunt, minor culpa eſt. non enim extabat penes eos integrum Sozomeni exemplar, vbi hic locus habetur, ſed tantum teſſerulæ quædam in illo hiſtoriæ Tripartitæ vermiculato opere inſertæ. At nouos iſtos cenſores & integro Sozomeni exemplari fretos, & adeo oculatos, vt ſibi nihil non videre videantur, quis excuſare poterit? Sed de his hactenus.*

[a] Euſeb: in Chro. vbi pro a. male ſcriptum a Hieron. in Chron. Socra. lib. 1. c. 27. Theodo. hiſt. Eccl. lib. 1. c. 8. Gelaſ. Cyzic. lib. 1.
[b] Sozom. hiſto. Eccl. lib. 2. c. 16.
[c] Phot. epiſt. ad Michael Bulg.
[d] Socr. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 17.
[e] Sozom. hiſto. Eccl. lib. 4. c. 7.
[f] Sozom. ibidem c. 6.
[g] Sozom. ibidem.
[h] Amm. Marcell. lib. 15.
[i] Sozom. ibidem c. 7.
[k] Socr. ibid.
[l] Sozom. lib. 1. c. 1.
[m] Sozom. in præfat.
[n] Socr. lib. 1. c. 9.
[o] Sozom. lib. 1. c. 15.
[p] Socr. lib. 1. c. 9.
[q] Sozom. lib. 3. c. 9.
[r] Hieron. in Chron.
[s] Sozom. lib. 3. c. 15.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ, ἁγίαν σύνοδον πεφχθέντων.

GELASII CYZICENI COMMENTARIVS

ACTORVM NICAENI CONCILII.

Α κ̄ τῆ ἁγίαν, καὶ μεγάλην, καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἀποστόλων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῆ Νικαέων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τε Ρωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἐκ τε τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, καὶ θεοσεβοῦς καὶ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ἡμετέρου, κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καθολικῆς ἐκ ὀρθοδόξου πίστεως, κ̄ τῶν μοχθηρῶν κ̄ ἀσεβῶν δογμάτων τοῦ θεομάχου Ἀρείου, πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διαπεπραγμένα, πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀναγνοὺς, ἐν ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὑρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοπρεπῆ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀσφαλείᾳ ἐχούσαις, γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου, τοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, προελθούσης δὲ εἰς τὸν τοῦ παρ' ἡμετέρου οἴκου διατόπον, λέγω δὴ τὸν κ̄ σάρκα πατέρα ἐμὸν, τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἠξιωμένον· ἤ τινι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχὼν, καὶ σχολὴν πολλὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ὅτι μνήμης μὲν φέρειν πάντα οὐχ οἷός τ' ἦμην· οὐδὲ γὰρ αὖ τις ἀνθρώπων τὸ ἄφατον ἐκεῖνο πέλαγος τῶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ὅτι μνήμης λόγῳ σώματος φέρειν δυνατὸν εἴη· πλεῖστά τι ὅσα ἐπεμνημόνευσα, πάντα τῶν ἡμετέρων ἁγίων πατέρων καὶ ὁσιωτάτων τῆς τοῦ ὑγιαίνοντος λόγου διδασκαλίας, αὐτῶν δόγματα, πρός τε τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτοὺς αὐτοῦσις, καὶ τοὺς κ̄ τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφους ἐλέγχους, ἐς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κ̄ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀ μὲν δὲ ἀλλαὶ καὶ κ̄ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πρός τε τῶν μιαρῶν Ἀρείου τῶν Φιλοσόφων πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους αὐτιρρήσεις, πρός τε τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους λόγῳ γραφικῶν διδαγμάτων κ̄ τῶν αὐτῶν ἀφισμάτων ἐναργεῖς ἀπολύσεις, πρός τε τῆς ἀπάρχου ἐ ἀεὶ τῷ θεῷ καὶ περὶ παντὸς παρεχούσης τοῦ θεοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος προσωπείου μιᾶς θεότητος, πρός τε τῆς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεοτόκου παρθένου Μαρίας ἀπορρήτου σαρκώσεως, καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικῶν ἀμυντικῶν, πάσας ἀπλῶς τὰς ὑπὲρ τοιούτου μεγαλομυστίου πραγματείας ἐνεχούσας ἐν τῇ προρρηθείσῃ ἱερᾷ βίβλῳ· πρό γε πάντων τὰς τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεύσαντος, θείας καὶ ἀληθῶς ἀποστολικὰς ἐντολάς. ἤθελον εἰς τοσοῦτον τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ πρεσβυτερίου,

Q Vam in ſancta, magna & vniuerſali Epiſcoporum Synodo ex omnibus, vt ſic dicam, Romani orbis prouincijs, & ex Perſide, Dei gratia & pij ac Deo chari Imperatoris noſtri Conſtantini edicto, Niceæ congregata, pro Apoſtolica & orthodoxa Fide, contra peruerſa & impia impij illius Arij dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & ſancta Synodo dicta, facta, & conſtituta fuerant, iampridem, cùm adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cùm illa inueniſſem in antiquiſſimo libro, in membranis plane integris deſcripta, qui fuit diuini & celebris Dalmatij, in illuſtri Cyzicenorum metropoli ſanctæ atque catholicæ Eccleſiæ Archiepiſcopi; quiq. tandem ad familiæ noſtræ dominum deuenit, parrem dico meum ſecundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum eiuſdem Eccleſiæ cooptaretur. In quem ſacrum librum cum incidiſſem, multumq. in eo poſuiſſem ſtudij, nec potuiſſem memoria omnia retinere, (nemo enim hominum immenſum illud mare omnium quæ in eo recondebantur, memoriter in ore habere poterit) plurima annotaui ſanctorum noſtrorum Patrum, ac ſanæ doctrinæ Epiſcoporum dogmata, quæq. ijdem aduerſus Ariomanitas obiecerunt: & ſcriptas redargutiones aduerſus illorum blaſphemiam, qua ſceleſti non ſolum contra Filium Dei, ſed etiam contra Spiritum ſanctum blaſphemabant: & mercenariorum Arij philoſophorum aduerſus Epiſcopos contradictiones, & noſtrorum aduerſus illorum ſophiſmata per expreſſam doctrinam firmas & apertas ſolutiones: & de vna illa diuinitate Filij ipſius & Spiritus ſancti, quæ ante ſæcula extitit, quæq. principium non habet, ſed ſemper cum Deo & Patre ſubſiſtit: & de eiuſdem Filij, Dei Verbi, in nouiſſimis temporibus pro ſalute noſtra ex Deipara virgine Maria ineffabili incarnatione: & omnem omnino tractationem illic habitam de Apoſtolicis Eccleſiæ conſtitutionibus, quæ in diuino illo libro erat, hiſtorica fide retuli, ſed omnium maxime fideliſſimi Imperatoris Conſtantini, qui in Synodo conſederat, diuinas & vere Apoſtolicas ſententias. Ijs quæ in ſacro illo libro continebantur, ita

bus ex nimia confugientium desperatione vel confidentia, contemptu vel temeritate, audacia vel insania, iniuria aliqua, praeterquam deceat, inferatur; & vnicus extremusq. miserorum, opeq. destitutorum portus parentiore aperto sinu huiuscemodi confugientes excipiat. Nemini qui maris fluctus & scopulos declinat, conuenit terrae adimere tranquillitatem: bellum, inquem steterit acies, aduersus cum sese dedentem criminas deponit. Asylum olim defendit varijs criminibus obstrictos, legum aspernans auctoritatem: maiores etiam nostri, ne aliquo modo timore perculsis humanitas denegata videretur, in nostris quoque staruis aram salutis constituerunt; ita vt si qui vel extrema imaginum nostrarum vestigia forte contigerint, hi ab omnibus minis aduersae fortunae liberati ac securi gaudent. Iam ſi statuae complexus propter regiam maiestatem tantum praesidij miseris conciliat: quantum opis illis debet esse paratum, qui salutis causa ad sacrosancta altaria confugiunt?

Pateant proinde trepidis magni Dei tepla; supplices fugientes communis suscipia ara; nec vlla veluti superior comminatio diuinum auxilium, quod omnibus ex aequo sese offert, ab eius aedibus audeat propulsare. Qualis enim naufragorum in suis calamitatibus misericordia reliqua erit, ſi littus praecludas, & fontē siti laborantibus perturbes? aut quae nam humanis calamitatibus medicina supererit, ſi calamitosis Deus ipse denegetur? Nostris igitur temporibus non solum sacrosancta altaria, & quadratum populi oratorium murorum ambitu circumseptum, confugientium securitati conferre sancimus: sed quidquid praeterea inde est loci vsque ad Ecclesiae fores extremas, per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus misericordiae aram esse definimus & constituimus. Itaque medium templi spatium in praedicto loco positum, perfugium esse decreuimus: atque etiam reliqua omnia loca primis sanctae Ecclesiae foribus post publica per circuitum cohaerentia, siue domus, aut hortuli, siue atria, aut balnea, aut etiam porticus sint, ingressos profugos volumus vt perinde ac intimum templum ius custodiendi habeant. Quamuis autem, si religionis atque pietatis ratio spectetur, quae exiguo loco distant, non parua obseruantiae ratione disiuncta sint; tamen vt securitatem confugientibus latius extendamus, & formidantibus auxilium porrigamus, omnem supradictum ambitum sine vllo discrimine portum esse quietis iubemus, ac neminem ad eos expellendos, sacrilegas manus inijcere; ne forte ille ipse qui id ausus fuerit, se in calamitates incidisse videns, auxiliū expetens confugiat. Hoc autem spatium adeo latum, vrgente formidine, secure degendi, immo vero exspatiandi clementer concessimus; ita tamen, vt nemini confugientium in Dei templo aut apud sacras aras manere, aut cibum sumere,

Inuiolatum.

Exempli

B propiùm

n quod praedicto modo circumsepta esse decreuimus.

A τοῦ σφαλέντων ἀπογνώσεώς τι, ἢ ἀθυμίας, τοῦ πτοίας τι, ἢ καταφρονήσεως, τόλμης, ἢ ἢ μανίας, ὕβρις ἄδηλόν τι πρᾶγμα γνώσῃ τινά, ἢ τὸν τ' ἀθλίων τι, ἢ ἀβοηθήτων μόνον ἔχοντα γε λιμένα δρυπέτους τῆς πεπυκνωμένης ὑποδεξάσθω κόλπος. ἰδέναι τὸν τὸν πλύδωνα τῆς θαλάττης, ἢ τοὺς σκοπέλους ἐκκλίνοντα προήκει τῶν δ' γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην. πόλεμος καθ' οὗ πανοίη ἄδηξις, τῶν κατὰ τοῦ, ἀδήκτου τὸν σφαλέντος ἀπλῶν δεσποίη. τὸ ἔσω τοῦ πυλῶνος ἐκτερήσατε τῶν ἀσφαλῶν ἐὰν ἐγκλήσασι, τῶν τῶν νόμων περιῳδύμενον αὐθεντίαν ἢ ὥστε μηδαμοῦ τῆς δίκαβυμένοις αἰσυρθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τῆς ἡμετέρους ἀφιδρύμασιν ἡ δικαιότης αἰείθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες, τῶν ἀπλῶν τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τι, καὶ ἀμεμφιμοιῶντες, μεγίθασι. τοσοῦτος τιμαρουῶ τῆς ἀφῆς τοῦ ἱδρύματος ἀλλ' τὸ βασιλικὸν αἴθας τῆς δεομένους ἐπικουρίαν διδούσης, πόσῳ χρὴ τῆς ὡς τὰ ἀμείνονα καταφύγοντι θυσιαστήρια ὑπὸ ἀρχὸν βοηθεῖν; Ἀνεῴχθησαν τίνων τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ τοὺς σφοδρῶς ἱκέτας ὁ κοινὸς ὑποδεχέσθω βωμός· καὶ τὸν θείαν βοηθεῖαν, τὸν κοινῇ σφοκομιζομένῳ ἅπασιν, ἐκ τῶν τοῦτος οἴκων μηδεμία ὡς ὑπερτέρα διωχθήτω ἀπλῆ. πῶς γὰρ τοῖς συμφοραῖς οἰκτος ὑπολειφθήσεται ἐν τοῖς ναυαγοῦσιν, εἰ τὸν αἰχμαλὸν ἀποκλείσεις, καὶ τὸν κυκλῶ τοῖς δίψῶσι θαλώσεις; ἢ ποίαν τοῖς ἀνθρώπινοις φειδὼ συμφοραῖς θεραπεία, ἐὰν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἀρνηθείη; ὅτι γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν ἃ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸ δικτύλιον τοῦ λαοῦ, τὸ πεπραγώνων τοίχων σφειβολῇ τηλιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν σωτηρίων τῶν σφοδρῶς, θεατίζομεν, ἀλλ' εἴ τι ἐν πραγτέρῳ τύπου τυγχάνει, ἄχρι τ' πλάτων θυρῶν τ' ἐκκλησίας· ὧν τοῖς εὐξαμένοις σφοπεμένοις πρῶτον ὅτι βαίνειν συμβαίνει, ἐλεεῖν βωμὸν τοῖς σφοδρῶς εἶναι σφοστάτομεν. ὥστε μετὰ ξύλου δ' ναὸς ἐν τῷ σφοκειμένῳ τόπῳ σφοφυγὲς διεχάραξαμεν, καὶ τῶν πρώτων μὴ τοὺς δημοσίους πάνυς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας θυρῶν τὰ σφεστηκότα, εἴ τι ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν κήποις, εἴ τι ἐν αὐλαῖς, ἢ λυτρῶνες, ἢ καὶ ἐν φυαῖς τυγχάνει, τοὺς αἰσθανομένους σφοφυγὰς καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐνδοτάτου ναοῦ φυλάττειν. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τι, καὶ δίλαβὰς λέγω τὰ μικρῷ λόγου διεστῶτα τῷ τόπῳ, ἀ μικρῷ τῷ τῆς σφαιρήσεως τόπῳ διώρισται· ὅμως ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀμεμφιμοίρων πλατύνας τοῖς σφοφεύγουσι, καὶ τοῖς δίλαβυμένοις βοηθεῖν ἑκατῶναι, πᾶσαν τῶν σφοδηλυμένῳ σφόδον ἀδιάκριτον εἶναι λιμένα τῆς ἡσυχίας σφοστάτομεν· καὶ μηδένα εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους ἱερούλους θηβάλλειν χεῖρας· μή τοὺς ἐκ τοῦ γε ὁ τοῦτο πλημῶν, ἐν συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδών, καὶ αὐτὸς ἑξαιτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. τὸ δὲ τοιοῦτον τῶν ἁμαρτημάτων πλάτος, ἐν καιρῷ δ' φόβου, εἰς ἄδειαν δ' ἀφέντι, μᾶλλον δὲ τοῦ σφεύγοντι, φιλανθρώπως συγχωρήσαμεν· ἵνα μή ἴδιον τ' σφοσφυγόντων ἐν τῷ δ' θεῖ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένῃ, ἢ ἐσθίῃ, ἢ κα-

* δηλῶν
* ἔσχατον λιμένα δρυπέτους
* τὸν
* ἐκκλινόντων
* τοσοῦτος τιμαρουῶ
* αἰσχύνομαι
* ναοῦ, ἐκπέσοντος τοίχου, ἢ πεπτώκοντος τοῦ τοίχου σφεῖβολῇ
* ἴδιον
* σφοφυγόντων
* ἀμεμφιμοίρων
* σφοφυγόντων

ἢ καθεύδειν, ἢ πανυχίζειν ἐξῇ· ὅπου τὸν μὲν κληρικὸν τῆς θρησκείας χάριν κωλυόντων, καὶ τὸν προσφύγοντα τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων ἵνα μή τι οἱ προσφεύγοντες, ὡς βιβλίῳ γνώμῃ, προσφεύγειν δοκῶσιν, * τῇ θρησκείᾳ καταμιγνύντες τὰς οἰκείας χρείας· μή τι οἱ τὰ οὕτως αἰσχρὰ διανοούμενοι τοῦ ἱεροῦ ἀπείργειν οἴκου, δόξωσι τῷ εὐσεβεῖν, ἧς ἐστερῆσθαι τυγχάνουσι, καταβλάπτειν. προκειμένου δὲ τοῦ ἱερέως πάντως προσπροΐεσθαι, αἱρετώτερον, τοὺς κληρικοὺς τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ φυσικῶν, τῶν ἀγαθῶν ἱερατείων ἀπωθουμένους ὕβρεις, θρασεῖς μᾶλλον, ἢ εὐσεβεῖς νομίζεσθαι, καὶ πρὸς ἄνθρωπον, ἢ πρὸς θεὸν ἁμαρτάνειν· ὅπου τούτου πρόκειται τοῦ νόμου, μή τι ἀπανθρωπίας τις ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς κληρικούς· ἐπειδὴ πολὺ τοῦ τε φόβου, καὶ τῆς ἀμελείας, τῶν προσφευγόντων πρόκειται κινδύνου. καὶ δὲ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ * φύσει τε, καὶ ἀνάγκῃ ῥυπόδους τὸν τοῦ θεοῦ ναὸν, καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐμφύτῳ ἀσθενείᾳ καταμίγνυσθαι, τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι, τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν ἀθρῶν μολύνεσθαι, μὴ βουλόμενοι, καὶ αἰτίων βοηθεῖν τοῖς προσφεύγουσιν οὐκ ἀποκλείομεν· ἀλλὰ προΐεμεν καὶ πλατυτέροις διαστήμασι, μακροτέροις τε χωρήμασιν ἀσφαλιζόμενοι * τύπους εἰσηφιάμεθα· τοῦ πείθεσθαι τῇ τε θεότητι, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι φυλαττόντες. Οπλα δὲ ἐν οἰδήρῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ εἴδει * ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας ἐκάμοσε ἔχειν, ἢ ἀποφέρεσθαι ἐκ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, προσκείμεθα· τοῦτο δὲ μόνον ἐκ τῶν ἱερῶν ναῶν τε, καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, * διαιτῶν, κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ * ἐλῶν, ἐκ κήπου, καὶ λειτουργοῦ, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν· ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑποστεγάζειν τῶν προσφευγόντων ἐδηλώσαμεν. οὔτε γὰρ ἡμῖς, τοῖς ἀνθρωπίνοις ναοῖς, ἢ τοῖς ἐκκλησιαστηρίοις τόποις, κατὰ περιεργίαν, διχονοίας, ἢ πολέμων ὕλας ἀποφέρεσθαι. δέκειται τοῖς προσφεύγουσιν ἡ θεῖα βοήθεια· ᾧ τὰ τε ὅπλα, καὶ οἱ νόμοι, καὶ ἡ βασιλέως ὑποτάττεται. καὶ γὰρ ἡμεῖς, οὓς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα, καὶ οὓς ἀεὶ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι, τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ προσιόντες, ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπάνομεν, ἀποθέμενοι τὸ διάδημα· καὶ * τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσει εἰκότι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλλεται. τοῦ ἀμυντῆρος δὲ θυσιαστηρίου μόνῳ τῷ τῶν ἀορίστων προσφορᾶν ἱδρῦσθαι φαμεν· καὶ εἰς τὸν τῶν θείων * κύκλων περιστοιχισμένον ὑπαυλιν αἷμα τῷ εἰσπλεῖν ὑποκαβαίνομεν· καὶ ἐδέσμασι σὺν τῇ ἀγχιστείᾳ * θεότητος ἑαυτοῖς ἀποναίμομεν. ὅθεν, τοὺς δίκαια ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἀσυλώτερον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ * κατὰ τοῦτον τὸν πόλιν προσφεύγοντας, ὑποτοπεῖν ἐν τῷ ναῷ, ἢ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ * ἐπ' αὐτοῖς μεταλαμβάνειν, ἐκτός τινος ὕβρεως ἄνευ τῶν κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι. καὶ οὕτω τοῦτο πυνθάνεσθαι χρὴ παρ' αὐτοὺς, ὥστε μὴ δοκεῖν, ὕβριν εἶναι τοῦ κωλύοντος, ἀλλὰ μὲν τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτοῦντα τὸ γινόμενον· τῆς ἀγιωσύνης, καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ τόπου τοὺς

* τὸν θρησκείας τοὺς ἰδίους κατακτῶντας χρείας

* τύπους

* ἀμυντήριον

* διαιτῶν

* ἐλῶν

* τὸ τῆς βασιλείας

* κύκλων

* θεότητος

* κατὰ τοῦτον

* ἐπ' αὐτοῖς μεταλαμβάνειν

A aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idq. nõ modo Clericis propter religionem fieri prohibentibus, sed ipsis quoque confugientibus facere pietatis causa detrectantibus: ne & qui confugiunt, dum vsus proprios sacris rebus admiscent, impuro animo confugere videantur; & qui huiusmodi turpitudinem à sacris ædibus arcere possunt, pietatem, cui deseruiunt, violare videantur. Ceterum si quando vsu veniat, vt alterutrum omnino offendendum sit; satius est, clericos amolientes à sacris altaribus eas iniurias, quæ ab humana conditione & à natura oriuntur, audaces potius quàm impios haberi, B ac in hominem potius quàm in Deum peccare: quandoquidem hac posita lege, nulla inhumanitatis suspicio clericos iure attigerit; cum timori ac securitati confugientium sit valde prospectum. Nam etsi Dei templum humana naturaliq. necessitate fœdari, & sacrosancta mysteria infami infirmitate misceri, ac diuina à profanis contaminari, sacra denique ab impuris inquinari nequaquam patimur; non tamen confugientibus, quominus opem implorarent, præsidij ostium præclusimus; sed amplioribus quoque longioribusq. spatijs illorum securitati consulendum existimauimus, & quod diuinitati, & C quod humanitati debetur, sollicite religioseq. obseruantes.

Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defensionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra sanctam Ecclesiam inferant, omnino prohibemus. Hęc namque, vt reliqua omnia eiusmodi, non modo à sacris templis & aris abesse volumus, sed à reliquis quoque omnibus Ecclesiasticis habitationibus, mansionibus, hortis, balneis, atrijs, ac porticibus, quæ præsidio esse fugientibus superiori sermone declarauimus. Etenim fas non est, sanctissimis templis, alijsve Ecclesiæ locis ex nimia sollicitudine, discordiæ ac D bellorum materiam inferre. Sufficiat profugis istis Dei auxilium, cui & arma & leges & ipsa etiã regia Maiestas subiecta est. Nam & nos, qui semper iure Imperij armis circumdamur, quosq. fine armatis stipatoribus esse non conuenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema deponimus; & quò submissioris Imperij speciem præferimus, eo magis Imperij nobis maiestas promittitur. Ad sacra quoque altaria munerum tãtum offerendorum causa accedimus: & cum circumseptum sacrorum adytum ingressi sumus, statim egredimur; nec quidquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus. Quam ob rem qui sine armis ad sanctum E Dei templum, vel ad sanctum altare, in quacumque illi gente, vel in hac ciuitate confugerint, in templo dormire, aut etiam in altari, vel in ipsis locis cibum sumere, citra vllam iniuriam à Clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda est, vt non à prohibente iniuria inferri, sed religionis ratio rem quæ geritur, exigere videatur. Proinde illos pauentes, de sanctira-

ſtitate ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis neceſſitatibus nihil commune eſſe doceant: interualla intra ſepta Eccleſiaſtica, ad ipſorum tranquillitatem ſecuritatemq. conſtituta ſingillatim commonſtrent: capitale ſupplicium contra temere irruentes ſtatutum indicét: intelligant religionem humanis ſordibus, naturalisq. neceſſitatis iniuria contaminandam aut profanandam non eſſe ei, qui per eam ipſam religionem tueri ſe ab iniuria velit. Quòd ſi quiſpiam nihil his omnibus annuerit, aut aſſenſus fuerit, tum demum religio manſuetudini anteferatur, & ex diuinis locis ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, eum propulſet audacia. Qui enim in magno metu eſt, periculũ effugiet, nec propterea ſacra religio humanarũ neceſſitatum admixtione contaminabitur. Porro ſi qui diuinam opem expetentes, ſanctiſſima Dei templa cum armis ingredientur, aut cum apparatu qui naturæ & gentiũ iure à religione arcetur, non modo illa inferre ſacratis locis, verum etiam confligere conabuntur (quod vt adiuuentur, vel audiantur, vel quia ſæuitiã videant, tolerandũ eſſet) pleniſſima ſeueritatis iuſſione & horrendis comminationibus præcipue ne id faciant admonebis. Nã qualé ille ſpem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur?

ſacrum templum.

Quòd ſi quiſquam furijs ‖ actus aliquod iſtorum noſtrorum decretorum in quocumque Eccleſiaſtico loco violauerit, ſiue id fiat extra templum, ſiue intra templum, ſiue etiam circa templum; iubemus vt confeſtim Epiſcopi auctoritate à ſolis Clericis arma deponere compellatur, & ſeuerius etiam pro ſua ſalute, ſpe illi data atque fiducia, quòd religione ac pietate ſecurius munietur, quàm armorũ præſidio. Quòd ſi legis noſtræ auctoritate, voceq. Eccleſiaſtica commonefacti in veſania ſua perſeuerent, neque arma, quę præter fas, non ſalutis, ſed tyrannidis & ſacrilegij audacia ceperant, reliquerint; ſciant, quòd tot tantisq. denuntiationibus ac præceptis placata religione, & à noſtra ſerenitate, & ab Epiſcopis excuſatione facti Deo reddita, pro ſui ſceleris ratione etiam per armatorum ingredientium vim abſtrahentur, & omnium calamitatum generi ſubijcientur, & ea pie aduerſus eos geren tur, quæ geri æquum eſt, pro eo quòd grauia & tragica ſcelera admiſerint. Quid enim ex his quæ nuper ſumma cum audacia aduerſus religionem ac diuinitatem patrata ſunt ‖ ab ijs, quibus cum admodum clementer actum eſt, non metuendum ſit nobis ac formidandum, ita vt omnem inſaniæ viam atque occaſionem adimamus, ne, quod primum in exemplum tragica perpetrauit inſania, idem quoque denuo (quod abſit) ſacrilego more admittatur? Sed neque abſque ſententia ac iuſſione Epiſcopi, vel etiam ‖ noſtra, & iudicum qui in hac vrbe, aut etiam eorum qui in quouis alio loco ſunt, armatum homi-

‖ exercatus

‖ à miſerrimis hominibus, non

‖ veſtra,

A τὺς ἀλλαβουμένους ἐπαμυνησέτωσαν· καὶ μηδὲν τῆς θρησκείας μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν. τὰ διαφήματα, τὰ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις, τῇ αὐτῇ ἀσφαλείᾳ, ἡσυχίᾳ τε ἀφορισθέντα, κατὰ μέρος διακινείτωσαν, ‖ ὑμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν παρὰτὰς θύρας αὐτοῖς ἀφίδρυ. γνώτωσαν, ὡς οὐ χρὴ, τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύπους μιαίνειν, ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χρᾶσθαι, τὸν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας αὐξάνεσθαι εἶναι βελόμενον. ἀ τούτοις πᾶσι τοῖς μὴ

‖ ἀπιδίοις

B ‖ ἀπιδίοις, μήτε πίστιν, παρεμπαίζω τῆς περὶ τὸ θεῖον θρησκείας, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τὺς παρεληλυθότας τύπους ‖ διωκέτω ἡ θεσπύτης. ἔστω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβητὸς ἐκτὸς κινδύνου, καὶ οὕτω ἡ θρησκεία τῷ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων βαρυζία μαλωθήσεται. τὺς δὲ βοηθεῖν ἐξαιτοῦντας τὸν ἐκ μεγίστου θεοῦ, καὶ μετ' ὅπλων εἰσίοντας εἰς τὺς ἁγιωτάτους ναοὺς, ἢ καὶ παθεσκεδῆς, ἢ τῆς φυσικῆς, καὶ ἐθνικῆς νομίμου, τῆς θρησκείας ἀπείργεται, μὴ μόνον ἀπέχειν τῆς τούτης δικαιίας, ἀλλὰ καὶ παύεσθαι ἐπιχειροῦντας, ὅπερ ‖ βοηθεῖσθαι, ἢ ἀκουσθῆναι, ἢ

‖ ἀλλὰ τὸ ἐκκλήτου ἐχέτωσαν

C ‖ ἀχρειότητι ἰδεῖν, φορητὸν, πλημμελήτου αὐτοῖς σχήματι, καὶ φοβερᾶς ἁπλαῖς, προηγουμένως μὲν ‖ τούτου μὴ τοιεῖν παραινέσας. τοῖον γὰρ ἐλπίδα ἐν ‖ τούτοις μὴ τῇ θρησκείᾳ ἐπίσχεσθαι, ὃς ἐφ' ὕβρει τούτης ὅπλα περικείμενος εἴσεισι; Εἰ δέ τινα μανίᾳ ‖ πλούτου παροξυνῶ, τῶν ἡμετέρων φειδῶν τι διαπομμάτων, ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐκτὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνοντα, ἀδεχόμενον τοῦτον τὸν ὅπλα αὐχεῖν ἐν διακόνου ἀδὲ μόνων τῶν κληρικῶν, καὶ αὐτερόπερα ὑπὲρ

‖ πλούτου

D τῆς αὐτῶν σωτηρίας, δεσπότῃ καταναγκαζέσθων προσκόπτομεν· δίδομεν αὐτοῖς ἐλπίδος, ἐ ‖ θείους, ‖ ἡμῶν ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ὅπλων διακονείᾳ, ὀχυρωθήσονται. ἰαὶ δὲ τῇ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐχεῖν, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνηθέντες, τῷ τόνῳ τῆς οἰκείας ἀγωγίας ‖ ἐμμένωσι, ἢ ὅπλα ‖ ἐκκόπτωσι μὴ δεδοθῶσι, ἅπερ ἀδὲ τὸ θεμιτὸν, ἀ ‖ σωτηρίας ‖ αὐτοῖς χάριν, ἀλλὰ τυραννίδος, καὶ ἱεροσυλίας θεσπύτης ‖ ἐκεδίξωσι, μανθανέτωσαν, ὡς διὰ τούτων, ἢ τῶν λοιπῶν ‖ ἀδικημάτων, ἐξόμενοι θείας τῆς ‖ ἀδικουμένης θρησκείας, ἀδὲ τι τῆς ἡμετέρας μαλλιότητος, καὶ

‖ ἀλλὰ τὸ ἐκκλήτου ἐχέτωσαν

‖ ἐκκόπτωσι

‖ σωτηρίας

‖ αὐτοῖς

‖ ἐκεδίξωσι

‖ ἀδικημάτων

‖ ἀδικουμένης

E τῶν ὑπηκόων, διὰ τῆς ἀπαλλαγίας ἀσφαλείας, ἢ τὸ εἰκὸς πάσχειν, ἢ παρ' ἐνόπλων εἰσχωρεμένων ἀπαλλάττεσθαι· ἐ πίστις τῆς συμφορᾶς ὑποβλέψωσι· δίκαιόν τι πᾶσι εἰς αὐτὺς ἡγήσωνται, ἅπερ χρὴ ἡγεῖσθαι ὑπὲρ ἕ καλεπὰ, καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξαμαρτάνειν αὐτούς. τί γὰρ ἂν τῶν πλημμελούντων ἀναγκαιότερον ἢ τῆς θρησκείας, ἐ τῆς ἡδονῆς, ἢ τῶν ὅπλων ἐλεεμένων ἀλλαβέσθαι, ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀδὲν, ἀφορμὴν τε διδόναι μανίας ἀ προφάσεως; ἵνα μὴ, ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος ‖ ἡ τραγικὴ μανία πρώτους ἐξήμαρτε, τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις, ὅπερ ἀπίθη, ἱεροσυλίας πρόπαν τολμηθείη. ἀλλ' οὔτε δίκαι γνώμης, ἢ κακοδαίμων ἕ θεσπότου, ἢ ἐκ ‖ ὑμῶν τῶν δικαστῶν, τῶν κατὰ τηνδὲ τὴν πόλιν, ἢ ἐ ὁπωσδήποτε τυγχανόντων, τὸν ἀπολισμένον ὑπὸ τῶν

‖ ἡμαρτηκὸς κ' ἡμῖν, ἢ πόλεως.

τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ ἀφαιρεῖσθαι· ἵνα μὴ, ἐὰν κῆ- A minem ex Ecclesijs abstractum tradere oportet;
ῦ ἀθλίων πλοῖς ἦτο, κῆ " ἀμφόρως ἐξῆ, σύγχυσις ne, si id multis "atque diuersis contra illos mi- " & promiscue
ἐκ τούτου ἐγγίνηται. ἐλαβεῖας γὰρ τοὺς μεθ' ὅπλων seros liceat, ex ea re confusio oriatur. Nam eiusmodi cum armis confugientes metuere volumus
φεύγοντας, πρὸς ὀρθωσιν βουλόμεθα, ἀφαιρεῖσθαι vt corrigantur,* auferri item eis arma, ne salu-
τὰ ὅπλα, κῆ οὔτι σωτηρίων ἐν " κεφαλαίῳ. ἔτι δὲ tem in galea & clypeo quærant. Illud etiam,
μᾶλλον δὲ προηγουμένως, ἀπὸ τούτου νόμου τοῦ immo vero præcipue hac lege sancimus, vt nefa-
ὁρίζομεν· ἐν αἷς τισιν ἀθέμιτός τις, κῆ ἱερόσυλος κι- riæ sacrilegæq. huiusmodi tumultuationes vel
νήσεις, ἢ ἅμα τῇ ἀρχῇ αὐτῶν, ἐν αὐταῖς ταῖς προοιμίοις, in ipsis initijs per armorum amolitionem, honestamq. admonitionem sedentur, vel certe si in
τῶν ὅπλων ἀποτιθέντων, τῇ καλλίστῃ νουθετήσει ἡσυ- improba obstinatione permaneant, metu illu-
χάσωσιν, ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τόνῳ ἐμμένοντες, τῶν strissimæ potestatis per moderationem & iustitiam & præstantem pietatem à prædictis rebus
προειρημένων ὑπὸ ἐθῶσι λόγῳ τῆς ὑπερλάμπρου B compescantur. Hæc ipsa, quæ pro veneranda re-
ἐξουσίας ", ἀπὸ τῆς " κοσμιότητος, δικαιοσύνης τε, κῆ ligione, & cum omni obseruantia, veneratione,
ἀκεραίους " ἀσεβείας. τοῦθ', ἅπερ ἐκ τῆς θρη- honore, pietate, puritate, sanctitate ac reue-
σκείας εὐσεβοῦς, κῆ μὴ πίστεως ἀθεμίτου, ἐλα- rentia vel maxime à fugitiuis obseruari iussi-
βείας, ἡμῶν, καθαρότητος, ἁγιωσύνης, αἰδοῦς, ἀ- mus; neque humanitatem propter religionem
σεβείας, ἐκ μάλιστα τοῦ τῶν προσφευγόντων Φυ- abijciendo, neque rursum religionem propter
λάττεσθαι, μή τι ἀπὸ τῆν θρησκείαν τῆς φιλανθρω- humanitatem contemnendo, eo quod decet tum
πίας ἀποκλειομένης, μή τι μᾶλλον ἀπὸ φιλανθρω- diuinitati, tum humanitati attributo; propositis
πίαν τῆς θρησκείας παρορωμένης, προστάξαμεν, ἅ edictis in totum orbem, & ad omnium notitiam
* ἀφαίνη, πρέπουσης ὁμοῦ τῇ * θειότητι, κῆ τῇ αὐθεντότητι, ἀ- perueniant, curabis: vt & confugientes per de-
* φανιδὼν φορισθέντες, ἀδικημάτων * προσηκόντων, εἰς creti clementiam securi sint, & nullius hominis
ταν, πάντα κόσμον, κῆ γενῶν πάντων ὠφελεῖν * φρον- C temeritate quæ ad honorem religionis sancita
* φρυτίος· ὥστε κῆ τοὺς προσφεύγοντας ἀπὸ τῆς τῶν ἐθι- sunt intercidant.
σθέντων φιλανθρωπίας ἀμοιρεῖν τυγχάνειν· κῆ *Lex hac proposita fuit indictione decimaquarta, duodecimo die mensis Pharmuthi, hoc est, septimo Aprilis.*
μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς ἡμᾶς τῆς θρησκείας τυ-
πωθέντα ἀφαιρεῖσθαι.
* ἀνίκητον Νόμος προτέθη * ἀνικήτου τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, μηνὶ
Φαρμουθὶ ς'.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ
ΣΥΝΤΑΓΜΑ
Γελασίου του Κυζικηνού Σύνταγμα

GELASII CYZICENI COMMENTARIUS ACTORUM CONCILII NICAENI.

ADMONITIO AD LECTOREM.

PENE consilium fuerat, hanc Synodi Nicænæ historiam, quæ alioqui suo loco inter cetera eiusdem Synodi collectanea reponi debuisset, penitus omittere: quòd etsi in Vrbe non deerant variæ eius exemplaria, vt Vaticanum, ex quo magnam Nicæni Concilij sui partem excerpsit Alfonsus Pisanus, & Sfortianum, quod olim fuit Bessarionis Cardinalis, atque alia in alijs bibliothecis; omnia tamen auctoris nomine carebant, & incerti auctoris opus in lucem dare non placebat. Illud quoque accedebat, quòd non pauca in hac historia leguntur, quæ meliorum scriptorum sententijs cum repugnent, illam falsitatis coarguere videantur. Initio enim operis auctor affirmat, Arianos Concilij Nicæni tempore non solum contra Filium Dei, sed etiam contra Spiritum sanctum blasphemasse; & in libro secundo introducit disputationes de diuinitate Spiritus sancti in eodem Concilio cum philosophis habitas. At id repugnare videtur verbis Epiphanij hæresi lxxiij. quæ est Pneumatomachorum, qui in fine sic ait: Non fuit tunc (id est, tempore Nicæni Concilij) de Spiritu sancto quæstio. Item verbis S. Basilij in epist. lxxviij, qua Fidei Nicænæ confessionem continet: Spiritus sancti ratio, inquit, in transcursu posita est, nulla diligentia digna iudicata, propterea quòd non dum mota esset hæc quæstio, sed sententia de ipso in animis credentium nullas adhuc insidias sustinuisset. Præterea idem historiæ huius auctor lib. secundo, cap. primo Eusebium Cæsariensem ab Arianismi suspicione diligenter purgare nititur, cum tamen S. Athanasius librum integrum scripserit de decretis Nicænæ Synodi aduersus Eusebium Cæsariensem Arianum: & S. Hieronymus lib. secundo Apologiæ aduersus Rufinum, eumdem Eusebium modo non catholicum, modo Arianum, aliquando etiam principem Arianorum nominauerit. Denique (vt alia leuiora sileantur) hic ipse auctor lib. ij. cap. xxxij. scribit Synodum Nicænam prohibere voluisse, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi cum vxoribus, quas antea cum laici essent, duxissent, consuetudinem habere possent: obsistente autem Paphnutio, nihil de hac re decretum fuisse, & vnius cuiusque arbitrio relictum, si ab eu abstinere vellent. Sed hoc esse manifestum figmentum, à veritate prorsus alienum, facile deprehenditur ex S. Epiphanio, qui paulo post celebratum Nicænum Concilium scribens, disertis verbis affirmauit hæresi lix. quæ est Catharorum, sacris Canonibus aduersari quòd Episcopus, Presbyter aut Diaconus ex vxore liberos gignat. Sanctus etiam Ambrosius & S. Hieronymus Epiphanij æquales, ille in lib. primo de Officijs cap. vlt. iste in libro aduersus Vigilantium, scribunt non licere in Occidente neque in Oriente ad sacrum ministerium assumi nisi virgines, aut continentes, aut qui, si vxores habeant, mariti esse desistant. Quod idem in Concilijs paulo post Nicænum celebratis, vt in Arelatensi secundo can. ij. & in secundo Carthaginiensi, can. ij. confirmatum legimus. Quid? quòd in ipsa Nicæna Synodo extat canon iij. quo cauetur, ne vlli Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono liceat feminam aliquam domi retinere, præter matrem, sororem, vel amitam: quo canone satis aperte excluditur vxor, quæ primo loco nominanda fuerat, si vera essent quæ in hoc libro dicuntur. Sed nimirum auctor non in Actis Concilij hanc historiam reperit, sed à Socrate lib. 1. cap. viij. vel à Sozomeno lib. 1. c. 22. qui primi eam tradiderunt, desumptam, in hac sua collectione inseruit. Quemadmodum autem nonnulla in ea legimus à Concilio Niceno aliena, si veteribus Patribus credimus, sic etiam contra multa desunt, quæ ex eorundem Patrum sententia in Actis eiusdem extare deberent. Testantur enim S. Athanasius in oratione prima aduersus Arianos, & Theodoretus lib. primo hist. cap. viij. Arij scripta, & epistolam Eusebij Nicomediensis lecta fuisse in Synodo Nicæna. Testatur quoque Iulius Pontifex Romanus in epist. quæ extat apud Athanasium in apologia secunda, in Concilio Niceno examinata fuisse acta Synodi Alexandrinæ. At horum omnium in hac historia nulla mentio habetur. Nihilominus tamen, cum ex Photij testimonio, cuius Bibliotheca paulo ante in lucem prodijt, satis constet huius operis auctorem fuisse Gelasium Cyzicenum, & eius etiam nomine Græce & Latine iam editum sit, atque in eo nonnulla habeantur, quæ multis rebus vsui esse possunt, ac præterea veteres scriptores (quorum verba mox subijcientur) illius mentionem faciant tamquam Actorum Concilij Nicæni: ne à quopiam fortasse desideretur, ad calcem huius Tomi adijciendum censuimus.

Vete-

Veterum aliquot Scriptorum de his libris & eorum auctore teſtimonia.

Φωτίου πατριάρχου ΚΠ. ἐν Βιβλιοθήκῃ.

Κεφ. ιέ. Ἀναγινώσθη καὶ πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δέ ἐστιν ἡ βιβλίου ἐπιγραφή· ἐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν, ἢ ἱστορικόν. ἁπλῆς δὲ καὶ ταπεινῆς τὴν φράσιν. πλεῖστα γε λεπτομερῶς διέξεισι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ.

Κεφ. πέ. Ἀναγινώσθη βιβλίον, ὡς ἐν ἱστορίας τύπῳ, τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα. τέτμηται δὲ τὸ βιβλίον τρεῖς. λέγει δέ, τὸν μὲν Ὅσιον τὸν Κορδύβης, ἐ Βίτωνα καὶ Βικέντιον Ῥωμαίων ἱερέας, ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης πάπα· Εὐσέβιον δὲ τὸν Ἀντιοχείας, ἀντὶ ἐκείνου· Ἀλέξανδρον δὲ, ὃς δὴ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, ἐκ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους πάπα· ἐκεῖνος γὰρ ἐκωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ. ἐν ἄλλῳ μέντοι τινὶ ἔχοντι τὰ αὐτὰ, Γελασίου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, εὗρον τὸ βιβλίον ἐπιγραφόμενον. ἐ ἀπέχειν δὲ οὕτω· Τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην ἐ οἰκουμενικὴν τῶν ἁπανταχοῦ συναθροισθεῖσαν συνόδον ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, ἐ Περσίδος. Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς οὗτος ὑπὸ Βασιλίσκου, ὃς ἐκβαλὼν Ζήνωνα τυραννήσαι, ἀκμάζειν.

Νικήτας Χωνιάτης ἐν θησαυρῷ δογματικῇ.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον αἰτίαν φησὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως Ἀλὼ γῆρας· ἐ δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τούτου ὄνομα· αὐτὰρ αὐτοῦ ἦν πάρεδρα πρεσβυτέρως. τὸ δέ γε ἀκριβὲς τῆς συνόδου Ἀλεξάνδρου μὲν εἶναι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, Ἀλὼ δὲ βαθὺ γῆρας μὴ συνελθεῖν τῇ συνόδῳ. ἀλλὰ πληρῶσαι ἐκεῖνα τὸν Ἀλέξανδρον· ὃς πρεσβύτερος ὢν ἐ τῆς συνελθούσης τι τὸ πᾶν τῆς ἱερᾶς μέρη διηκονήσατο χειμένου.

Ἰωάννης ὁ Κυπριοσολίτης Διηγήσεως γ'. κεφ. δ'.

Ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ ἐ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, λόγῳ δὲ ἐν Εὐσεβίῳ τῶν πατέρων ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸν φιλόσοφον, φασί. νηπίου ἐοῦ, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κύριος, ὁ κτίσας τὸν λογισμικὸν σοφίᾳ, εἰς ἀρχὰς ὁδῶν αὐτοῦ, διὸ ἡγιάσατο τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ αὐτοῦ.

Ὁ αὐτὸς Διηγήσεως ι'. κεφ. ϛ'.

Ἀπὸ τοῦ πρὸς Φαίδωνα τὸν Φιλόσοφον Διαλέξεως, ἐν τῇ πρώτης συνόδου. ἡ μὲν καθολικὴ πίστις μίαν μόνην οἶδε θεότητα· ἐ ταύτην πρεσβεύει, πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· παρ' ἣν ἐ λογισθήσεται ἑτέρα.

Photius Patriarcha CP. in Bibliotheca.

CAP. XV. Lecta ſunt primæ Synodi Acta, tribus comprehenſa libris. Gelaſij titulum opus præfert. nec tam Acta ſunt, quàm hiſtoria. Sermo ſimplex & humilis. ceterum minima quæque in Synodo geſta narrat.

CAP. LXXXVIII. Legimus hiſtoriæ forma res in Nicæna Synodo geſtas. liber autem diuiſus eſt in tres partes. Refert auctor *Hoſium Cordubæ Epiſcopum, & Bitonem atque Vincentium Romanos ſacerdotes Silueſtri Romani Pontificis Legatos adfuiſſe. Euſtathium autem Antiochenum Patriarcham per ſe ipſum: Alexandrum vero presbyterum, Metrophanis Conſtantinopolitani Legatum, neque enim hic ætate confectus adeſſe poterat. In alio tamen exemplari, quo eadem prorſus continebantur, hunc titulum libro inſcriptum reperi: Gelaſij Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi. Operis autem ipſius principium eiuſmodi eſt: Quæ in prima & magna & vniuerſali Epiſcoporum Synodo ex omnibus, vt ſic dicam, Romani orbis prouincijs, ipſaq. adeo Perſide congregata, &c. Affirmat hic ſcriptor *ſe ſub Baſiliſco, qui Zenone pulſo tyrannidem occupauit, vixiſſe.

*Lib. præfat.

Nicetas Choniates de orthodoxa Fide lib. v. cap. vi.

Euſebius Pamphili libro iij. de vita Conſtantini Imperatoris, Conſtantinopolitanum quidem Pontificem à Synodo Nicæna abfuiſſe ſcribit propter ſenium: at nomen eius ſupprimit: cuius loco Presbyteri quidam comparuerint, At vero ex *Synodi Actis conſtat Metrophanem Conſtantinopoleos id temporis Epiſcopum fuiſſe, qui decrepitam ob ætatem in Synodo conſidere non potuerit: cuius tamen vicem Alexander ſuppleuerit Presbyter, cuius miniſterio ſynodicæ litteræ in Europam tranſmittebantur.

*Lib. 2. c. 5.

Ioannes Cyparißiota Decadis iij. cap. iiij.

In prima & œcumenica Synodo, ex reſponſione Patrum ad Philoſophum, quam Euſebius reddidit. * Aduertendum, inquiunt, eſt hunc eſſe Dominum, qui ſapientiam ratiocinantem creauit principium viarum ſuarum; quam præparauit homini ad imaginem ſuam à ſe creato.

*Lib. 2. c. 18

Idem Decadis x. cap. ij.

Ex diſputatione contra Phædonem philoſophum, quæ eſt in prima Synodo. * Fides, inquit, catholica vnam ſolam diuinitatem nouit, & hanc colit, Patris, Filij, & Spiritus ſancti. præter hanc non reputabitur altera.

*Lib. 2. c. 22

COncilium Nicænum ſub Papa Silueſtro celebratum fuiſſe, & [a] Latinæ ſubſcriptiones Canonum, & omnium veterum, qui de ea reſtripſerunt, monumenta vel affirmant, vel ſignificant, vno excepto [b] Sozomeni depravato loco, quem Caſſiodorus hiſtoriæ Tripartitæ concinnator, & alij recentiores ſecuti ſunt. Inde orta eſt de tempore Concilij Nicæni ingens apud poſteros controuerſia; alijs calculum ſubſcriptionum Latinarum & auctoritatem Euſebij, Hieronymi, Socratis, Theodoriti & Gelaſij Cyziceni, qui omnes illud vel diſerte vel tacite ad Silueſtri ætatem referunt, proponentibus: alijs Sozomenum, qui contra omnium vel maiorum vel æqualium ſuorum fidem, ipſum ad Iulij Pontificatum mendoſe deprimit, opponentibus. [c] Photius vt vtramque partem conciliet, & Sozomenum cum Gelaſio Cyziceno in concordiam reducat, ſub Silueſtro inceptum, ſub Iulio abſolutum ſtatuit. Hæretici noſtri ſæculi (quorum in omnibus ſtudium eſt officere Romanæ Eccleſiæ, quæ vt antiquiorem, ita ſaniorem ſententiam tuetur) Sozomeni corruptum locum abripiunt, & ſub Iulio celebratum fuiſſe importune contendunt. Quod falſo fundamento niti, mendumq. manifeſtum in Sozomeni ſcriptione eſſe, vel ex marginali annotatione quæ in textum irrepſerit, vel ex voce πολιὸς, ideſt ſenex, canus, venerandus, quæ vitio ſcribæ in ἱλεὼς euaſerit, ſic ex Sozomeno ipſo demonſtratur.

Primum, cauſa quam prætexit Sozomenus, cur Concilio Nicæno non interfuerit Romanus Pontifex, decrepitam ſcilicet ſenectutem, in Iulium cadere nullo modo poteſt, qui iuxta Socratem & Sozomenum ipſum, vſque ad trigintia fere annos poſt Concilium Nicænum ætatem produxit. Tradit enim [d] Socrates, atque ex ipſo [e] Sozomenus, Conſtantium poſt tyrannos Magnentium, Siluanum & Gallum cæſos, Sirmio Romam ad triumphandum profectum; ac eodem tempore Concilium in Italia conuocaſſe; dumq. ad illud Epiſcopi iter pararent, Iulium Epiſcopum Romanum è vitis exceſſiſſe. Magnentius autem cæſus fuit, iuxta [f] Sozomenum, ſub ſexto Conſulatu Conſtantij & ſecundo Galli, qui annus à Concilio Nicæno xxviij. numeratur: Gallus vero iuxta eundem [g] Sozomenum, ſub ſeptimo Conſulatu Conſtantij, & tertio ſui ipſius, qui annus eſt xxix. à Concilio: & Siluanus, teſte [h] Ammiano Marcellino, poſt Gallum. Qui ergo fieri potuit, vt qui Eccleſiam Romanam ſecundum Sozomenum, trigeſimo fere poſt Concilium Nicænum anno regebat, ob grauiorem ætatem Concilio Nicæno adeſſe nequiuerit? Præterea, Iulij Pontificatum fuiſſe vigintiquinque annorum, ſcribit [i] Sozomenus, idq. etiam mendoſe, [k] in x. verſo, vt conſtat ex [k] Socrate, vnde Sozomenus illa omnia fere de verbo ad verbum expreſſit, qui ſolos quindecim annos Iulio tribuit. Sed concedamus Iulium annis vigintiquinque Eccleſiam rexiſſe: quomodo potuit qui vigintiquinque annis in Sede vixit, & obijt trigeſimo fere poſt Concilium Nicænum anno, tempore Concilij Nicæni Pontificatum tenuiſſe? Adde [l] Sozomeni ἐπιγλῶ, qui in prolegomenis Concilij Nicæni, vt exordium hiſtoriæ ſuæ temporis nota ſignaret, ſic prælocutus eſt: Criſpo & Conſtantino Cæſaribus Conſulibus, Romanæ Eccleſiæ antiſtes fuit Silueſter. Fuiſſe autem tum Conſulatum Criſpi & Conſtantini tertium, idem [m] Sozomenus ita in præfatione operis ſui atteſtatur: Sum vero hiſtoriam exorſus à Criſpo & Conſtantino Cæſaribus iam tertium Coss. Atqui tertius Conſulatus Criſpi & Conſtantini, qui annus Chriſti cccxxiiij. fuit, immediate præceſſit Conſulatum Paulini & Iuliani, id eſt, annum Chriſti cccxxv. ſub quo celebrata eſt Synodus Nicæna, auctore [n] Socrate, & [o] Sozomeno ipſo, qui exitum Concilij in principium vicennaliorum Conſtantini incidiſſe affirmat. quomodo ergo dici poteſt, Legatos Eccleſiæ Romanæ in Synodo Nicæna miſſos fuiſſe à Iulio, quos ob locorum interualla multo ante Concilium deſtinatos oportuit, cum finis Conſulatus Criſpi & Conſtantini, vix quatuor menſibus Concilium Nicænum menſe [p] Maio anni ſequentis celebratū, anteuerterit, & Marcus Romanus Pontifex, eodem Sozomeno, vt mox videbitur, teſte, inter Silueſtrum & Iulium medius interceſſerit? Accedit etiam querela Iulij (vt [q] Sozomenus ipſe refert) apud Epiſcopos Orientales, quòd eum ad Synodum Antiochenam non vocaſſent. Hoc autem vt ſtare poteſt cum excuſatione ſenectutis, ob quam non adfuit Concilio Nicæno, quod ſedecim annis Antiocheno illo antiquius fuit? Immo quare Iulio ſenectutis cauſam prætexuit Sozomenus, cur à Concilio Nicæno abfuerit, non autem eam multo magis attulit cur ad Concilium Sardicenſe, quod duobus & viginti annis poſterius Nicæno fuit, non profectus ſit, ſed tantum per Legatos ei interfuerit? Sed quid argumentis opus eſt, cum extet apud Sozomenum ipſum locus expreſſus, qui vno ictu hanc difficultatem euacuat, diſertisq. verbis profitetur, Iulium longo poſt Concilium Nicænum interuallo, & circa tempora conciliabuli Antiocheni aduerſus Euſtathium (qui in Concilio Nicæno Epiſcopus Antiochenus fuerat) celebrati, in Pontificem Romanum electum fuiſſe, atque ideo numquam Sozomeno in mentem venire potuiſſe, vt Concilium Nicænum ſub Iulio collocaret? Ipſe enim Sozomenus, qui lib. 1. cap. xvj. aſſerit Romanum Pontificem ob pondus ætatis Concilio Nicæno non adfuiſſe, quiq. vltimo capite eiuſdem primi libri vniuerſam Concilij Nicæni hiſtoriam omnino abſoluit, præfixa frontiſecundi libri hac clauſula, Hactenus finem habuere quæ in Nicæa geſta ſunt: ac deinde toto ſecundo libro ad ea deſcendit narranda, quæ ſub reliquo Conſtantini imperio contigerunt: is, inquam, ipſe Sozomenus, poſtquam rebus Concilij Nicæni finem poſuit, per integra priora ſecundi libri ſeptemdecim capita percurrit ea quæ inter Concilium Nicænum, & Antiochenum in cauſa Euſtathij celebratum, interceſſerunt; & demum xviij. capite, Antiocheni concilij celebrationem, Euſtathij abdicationem, & Euphronij ſubrogationem deſcripſit: tandem deueniens ad xix. libri ſecundi caput, affirmat ſub id tempus, Silueſtro mortuo, ac in eius locum ad breue ſpatium, id eſt, ſecundum [r] Hieronymum, menſes octo, ſuffecto Marco, Iulium in Sedem Romanam electum fuiſſe. verba eius ſunt: [s] Per id tempus cum Marcus poſt Silueſtrum ad exiguum tempus Epiſcopatum Romanum geſſiſſet, Iulius in illam ſedem ſucceſſit: in ſedem autem Hieroſolymitanam poſt Macarium, Maximus. Hæc non aduertiſſe Bedam & ceteros Latinos ſcriptores, qui Caſſiodori veſtigijs inſiſterunt, minor culpa eſt. non enim extabat penes eos integrum Sozomeni exemplar, vbi hic locus habetur, ſed tantum teſſerulæ quædam in illo hiſtoriæ Tripartitæ vermiculato opere inſertæ. At nonos iſtos cenſores & integro Sozomeni exemplari fretos, & adeo oculatos, vt ſibi nihil non videre videantur, quis excuſare poterit? Sed de his hactenus.

[a] Euſeb: in Chro vbi pro 12. male ſcriptum 8. Hieronym. in Chron. Socra. lib. 2. c. 27. Theodo. hiſt. Eccl. lib. 1. c. 5. Gelaſ. Cyzic. lib. 1.
[b] Sozom. hiſto. Eccl. lib. 1. c. 16.
[c] Phot. epiſt. ad Michael Bulg.
[d] Socr. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 47.
[e] Sozom. hiſto. Eccl. lib. 4. c. 7.
[f] Sozom. ibidem c. 6.
[g] Sozom. ibidem.
[h] Amm. Marcell. lib. 15.
[i] Sozom. ibidem c. 7
[k] Socr. ibid.
[l] Sozom. lib. 1. c. 1.
[m] Sozom. in præfat.
[n] Socr. lib. 1. c. 9.
[o] Sozom. lib. 1. c. 15.
[p] Socr. lib. 1. c. 9.
[q] Sozom. lib. 3. c. 5.
[r] Hieron. in Chron.
[s] Sozom. lib. 1. c. 15.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ, ἁγίαν σύνοδον πεπραγθέντων.

GELASII CYZICENI COMMENTARIVS

ACTORVM NICAENI CONCILII.

ΤΑ κ̄ τὴν ἁγίαν, καὶ μεγάλην, καὶ οἰκουμενικὴν τῶν πανταχοῦ ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῇ Νικαέων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τε Ρωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἐκ τε τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, καὶ βασιλέως τοῦ φιλοθέου καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ἡμετέρου, ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, κ̄ τῶν μοχθηρῶν καὶ ἀσεβῶν δογμάτων τοῦ δυσμενοῦς Ἀρείου, πάντα πως ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διαπεπραγματευμένα, πάλαι τε καὶ παλαιὰ ἀναγνοὺς, ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, ἀκριβῶς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπασι πανσελήνοις ἐχούσαις, γνησίου μὲν τοῦ ἡμῖν καὶ οἰκοδόμου Δαλματίου, τοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, ἐπιτυχὼν δὲ αὐτῷ τοῦ κατὰ ἡμετέρου οἴκου διατρίβοντι, λέγω δὴ τὸν κ̄ σάρκα πατέρα ἐμὸν, τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἠξιωμένον· ἤ τινι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχὼν, καὶ σχολὴν πλείω ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ὅπῃ μνήμης μὲν φέρειν πάντα ἐκ οἷός τ ἦμην· ἑδὲ γὰρ ἄν τις ἀνθρώπων τὸ πᾶν τοσοῦτο πέλαγος τῶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ὅπῃ μνήμης ἀφῷ σώματος φέρειν δυνηθείη· πλὴν ἔστι τ ἅπερ ἐπιμνησθήσομαι, πάντ τῶν ἡμετέρων ἁγίων πατέρων καὶ ὁπισκόπων τῆς τοῦ ὑγιαίνοντος λόγου διδασκαλίας, αὐτῶν δόγματα, πῆς τε πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτῶν ἀποῤῥήσεις, καὶ τοὺς κ̄ τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφους ἐλέγχους, ἧς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κ̄ τὸν ἴδιον τοῦ θεοῦ, ἤγουν μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κ̄ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πῆς τε τῶν μισθωτῶν Ἀρείου τῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς ὁπισκόπους αὐτῶν ῥήσεις, πῆς τε τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους διὰ γραφικῶν διδαγμάτων κ̄ τῶν αὐτῶν ἀφισμάτων ἐναργεῖς ἐλύσεις, πρός τε τῆς ἀνάρχου καὶ ἀεὶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ συνυπαρχούσης τοῦ θεοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τριάδος μιᾶς θεότητος, πρός τε τῆς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεοτόκου παρθένου Μαρίας ἀσπόρῳ συλλήψει σαρκώσεως, καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικῶν διατυπώσεων, πᾶσαν ἀτελῶς τῷ ἐκεῖσε γεγραμμένῳ πραγματείαν ἐνεγρήσας ἐν τῇ παρρησίᾳ ἱερᾷ βίβλῳ· πρό γε πάντων τὰς τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεύσαντος, θείας καὶ ἀληθῶς ἀποστολικὰς ἐνοίας. ἤθελον εἰς τοῦτο τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ πειθομένοις,

QVAE in sancta, magna & vniuersali Episcoporum Synodo ex omnibus, vt sic dicam, Romani orbis prouincijs, & ex Persida, Dei gratia & pij ac Deo chari Imperatoris nostri Constantini edicto, Niceæ congregata, pro Apostolica & orthodoxa Fide, contra peruersa & impia impij illius Arij dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & sancta Synodo dicta, facta, & constituta fuerant, iampridem, cùm adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cùm illa inuenissem in antiquissimo libro, in membranis plane integris descripta, qui fuit diuini & celebris Dalmatij, in illustri Cyzicenorum metropoli sanctæ atque catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopi; quiq. tandem ad familiæ nostræ dominum deuenit, patrem dico meum secundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum eiusdem Ecclesiæ cooptaretur. In quem sacrum librum cum incidissem, multumq. in eo posuissem studij, nec potuissem memoria omnia retinere, (nemo enim hominum immensum illud mare omnium quæ in eo recondebantur, memoriter in ore habere poterit) plurima annotaui sanctorum nostrorum Patrum, ac sanæ doctrinæ Episcoporum dogmata, quæq. ijdem aduersus Ariomanitas obiecerunt: & scriptas redargutiones aduersus illorum blasphemiam, qua sceleſti non solum contra Filium Dei, sed etiam contra Spiritum sanctum blasphemabant: & mercenariorum Arij philosophorum aduersus Episcopos contradictiones, & nostrorum aduersus illorum sophismata per expressam doctrinam firmas & apertas solutiones: & de vna illa diuinitate Filij ipsius & Spiritus sancti, quæ ante sæcula extitit, quæq. principium non habet, sed semper cum Deo & Patre subsistit: & de eiusdem Filij, Dei Verbi, in nouissimis temporibus pro salute nostra ex Deipara virgine Maria ineffabili incarnatione: & omnem omnino tractationem illic habitam de Apostolicis Ecclesiæ constitutionibus, quæ in diuino illo libro erat, historica fide retuli, sed omnium maxime fidelissimi Imperatoris Constantini, qui in Synodo consedebat, diuinas & vere Apostolicas sententias. Ijs quæ in sacro illo libro continebantur, ita

ita delectatus ſum, vt ſubinde ad Dominum di-
Pſal. 118. xerim: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Sic ſupra modum admiratus ſum, quæ illic ſcripta erant de pura, irreprehenſa, orthodoxa, & Apoſtolica Fide. Non multo tempore poſt, cum huc, in prouinciam dico Bithynorum volente Deo peruenissem, & commotio atque inquiſitio plurima fieret ſub impij Baſiliſci tyrannide aduerſus Catholicam & Apoſtolicam Dei Eccleſiam, & Fidem Apoſtolicam in ea conſtitutam, ſuccendente potiſſimum atque commouente Regis aulam, eorum factione qui hæretico Eutychi conſentiebant: qui nobis ſubdole proponebant, vt Fidem Patrum, Nicænam inquam retineremus. Sed conuincebantur à nobis illius Fidei hoſtes. Neque enim nouerant quæ dicerent, aut de quibus affirmarent. Nam cum proferrem quæ in ſacra illa corona orthodoxorum Dei ſacerdotum in Spiritu ſancto de Domino per eos fuerant explicata, reſiliebant à nobis miſeri, peiorem Ariana blaſphemiam lingua ſua proferentes contra ea quæ illic definita ſunt: & anathema iacientes aduerſus eos qui ita ſentiunt. Propter hæc aliaq. multa quæ mouebantur contra Fidem antiquam, primum à ſanctis Apoſtolis, deinde & à ſanctis Patribus noſtris Nicæx congregatis, in Dei Eccleſia matre noſtra conſtitutam: plurimam omnino & vbique diligentiam adhibui, &, quod dici ſolet, omnem rudentem moui, vt perueſtigarem quæ in ſancta illa Synodo acta ſunt pro ſanctæ & Apoſtolicæ Fidei determinatione, quam Dei Eccleſia non ab hominibus, neque per homines accepit, verum ab ipſo omnium noſtrorum ſaluatore ac Deo IESV Chriſto, Dei viuentis filio, qui poſt aduentus ſui in carnem œconomiam,
1. Tim. 3. magnum certe pietatis myſterium, ſicut ſcriptum eſt, manifeſtatus in carne, & Angelis viſus: neque enim ab Angelis videri potuiſſet Vnigenitus in ſuæ diuinitatis eſſentia, niſi carnem aſſumpſiſſet: poſtquam ea quæ ad œconomiam incarnationis ſuæ ſpectabant compleuiſſet, voluntariam pro nobis paſſionem, ſepulturam, & reſurrectionem in illa ſancta & peccato non obnoxia carne ſua, per quam genus noſtrum à morte liberauerat, ſecedens hinc & in cælum aſcendens, huius ſanctæ & irreprehenſæ Fidei diuinam & adorandam legem per ſeipſum ſtabiliPſalm. 67. uit: & magnum intonuit, ſicut ſcriptum eſt: Dominus in cælos aſcendit, & intonuit. & alibi,
Pſalm. 17. Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam. Et quid intonuit? quam vo-
Matth. 28. cem dedit Altiſſimus? Euntes, inquit, ad Apoſtolos loquens, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et quamuis propter ſuam erga homines charitatem, noſtram carnem cum anima & mente ex veneranda plane & ſancta virgine Maria ſuſcepit, illa tamen carnis ſuſceptione, nulla ad Trinitatem Patris, Filij, & Spiritus ſancti facta eſt

A χομένοις, ὥστε εἰπεῖν μοι πρὸς τὸν κύριον· ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. οὕτως ὑπερηφάνθην ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀναμιχθεῖσι τὴν ἀσπίλου καὶ ἀμωμήτου ὀρθοδοξίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως. μεθ' ὃν καιροὺς πολλοὺς ἐνταῦθα, τῆς τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίας λέγω, κατ' εὐδοκίαν τοῦ θεοῦ, κινήσεως τε καὶ ἐζητήσεως γενομένης ὑπὸ τῆς αἱρετικῆς τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλίσκου καὶ τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πολιτευομένης ἀποστολικῆς πίστεως, ὑπεκκαιόντων μάλιστα καὶ
B κινούντων τὰ βασίλεια τῶν τῆς τοῦ αἱρετικοῦ Εὐτυχοῦς ὁμοφρόνων συμμορίας, προβαλλομένων ἡμῖν ὑπούλως, τὴν ἐν Νικαίᾳ φημὶ, ὑπὸ τῶν πατέρων κεκυρωμένην πίστιν· οἱ διηλέγχοντο πρὸς ἡμῶν πολέμιοι ἐκείνοις ὑπαίρχοντες· οὐ γὰρ ἤδεισαν τί λέγουσιν, ἢ περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. προφέροντες γάρ μου τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ χορείᾳ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ θεοῦ ἱερέων ἐν πνεύματι ἁγίῳ κ τὰ τοῦ κυρίου δι' αὐτῶν ἐκ- κ ἐν. φω-
φωνηθέντα, ἀπιπτόων ἀφ' ἡμῶν, χείρονα τῆς Ἀρείου βλασφημίαν κ τῶν ἐκεῖσε ὀρθοτόμων ἀφ' γλώττης προσφέροντες, ἐξ ἀκαθαιρεσιάστου ῥίπτοντες κ τῶν τοιούτων φρονούντων οἱ ἄθλιοι. ἀφ' ὧν καὶ δι' ἄλλα πολλὰ κινηθέντα κ τῆς ἁγίας ἐξ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν τῆς ἀνεκαθεν, ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐξ τῶν ἀπορρηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαίων συνειλεγμένων, ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῇ μητρὶ ἡμῶν πολιτευομένης, πλείστων ὅσων ἐρώτων ἐπισκαμένων πάντῃ τε ἐξ παντὸς, τό δὴ λεγόμενον, πάσης κάλων κινήσεως, ἀνερρύηκε τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ πεπαγμένα ὑπὲρ τοῦ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἐξ ἀποστολικῆς πίστεως ὅρα, ἵνα σὺν αὐ-
D τοῖς ἀνθρώποις, οὕτω δὲ ἀνθρώπων ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία περιλήφθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος ἐξ θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὃς μὴ τὴν τῆς ἐναίρκου αὐτοῦ παρουσίας οἰκονομίαν, τὸ μέγα ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καθὼς γέγραπται, φανερωθεὶς τι σαρκὶ, ἐξ ἀγγέλοις ὀφθείς· οὔτε γὰρ ἀγγέλοις ἦπτο ὁ μονογενὴς ἐξ τὴν τοῦ θεότητος οὐσίαν, εἰ μὴ ἐσαρκώθη, τὰ πάντα πληρώσας τὰ ἐξ τὴν οἰκονομίαν, τόν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκούσιον πάθος, ἐξ τὴν ταφὴν, ἐξ τὴν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ ἐξ
E ἁμαρτήτῳ σαρκὶ κ αὐτὰ τῶν χειρῶν, δι' ἧς τὸν ἡ- κ ἴσως
μέτερον ἀπηνάτισε χῶρος, ἀναβαίνων εἰς τοὺς οὐρανοὺς, πύστης τῆς ἁγίας ἐξ ἀμωμήτου πίστεως τὸν ἴδιον ἐξ θεοπρεπῆ ὅρον δι' ἑαυτοῦ ἔπηξε· ἐξ μέγα βροντήσας, ἐξ τὸ γεγραμμένον, κύριος ἀνέβη ἐν ἀλαλαγμῷ, ἐξ ἐβρόντησε· ἐξ ἐν στόμῳ, ἐβρόντησεν ἐξ ἀέρατος ὁ κύριος, ἐξ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. ἐξ τί ἐβρόντησεν; ποίαν δὲ φωνὴν ἔδωκεν ὁ ὕψιστος; περὶ ἧς φησι, πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγων, μαθητεύσατε πάν-

τα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἡ γὰρ περὶ φιλανθρωπίαν, τὴν ἡμῶν σάρκα ἐμψυχον καὶ ἔννουν ἐκ τῆς παναγίου καὶ ἁγίας παρθένου Μαρίας προσειλήφει, ἀλλὰ ἡ τῆς σαρκὸς προσληψις προσθήκην τῇ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τριάδι οὐκ

σὺν ἐπέστην· ἀλλὰ μένει ἡ τριάς. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως παρὰ τοῦ κυρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐκήρυξαν· ὡς πληρωθῆναι τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ φάσκον· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἓν τοιοῦτον ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν πίστιν παρασχεῖν, τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τῶν θείων ἀποστόλων παραδοθεῖσαν, μὴ πολέμους ὅσους καιροὺς παυσαμένου τοῦ κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ διωγμοῦ, δι' Ἀρείου πάλιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κατὰ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου ἐπαλίζετο πίστεως, ξένα τινὰ παρεισφέρων κατὰ τοῦ σωτῆρος βλάσφημα ῥήματα· δι' ὧν τὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου ἐτάραξεν. εὐ χάριν καὶ τὴν πολυανθρωπον ἐκείνην ἐπὶ τὴν τῶν Νικαίων πόλιν ἐπισύντας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος σωτήριον σύνοδον, ἧς τὰ πραγμένα πάντα περιεγνωκώς, ὡς αὐτόπτης ὤφλον, καὶ διερωτήσαντος, μόλις ἐδυνήθην εὑρεῖν φανερὰ τὰ ἐκεῖσε ἐπεπραγμένα καὶ ἐγγραφέντων τοῖς ἀφ' ἑτέρων διαφόροις φιλομαθέσιν αὐθράσιν· Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ αὐθὶ παλαιῷ, ἄγαν γραφικῷ, ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν· ἃ μὲν ὅλα, ἃ δὲ ἐξ ἄλλων ὑπ' συγγραφέων διαφόρων, Εὐσεβίᾳ τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ Ῥουφίνῳ πρεσβυτέρῳ Ῥώμης, τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, καὶ ἄλλων πλείστων ὅσων· ἃ μὲν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὅλης ἁρμονίας εὗρον καὶ τῶν ἱερῶν ἐκείνων βίβλων, ἃ προενέτυχον, ὡς αὐτόπτῃ μοι εἰρῆσθαι, μόνος γὰρ Εὐσέβιος ὁ θεοφιλέστατος ὁ Παμφίλου ἀγωνιστὴς τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας, ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας ἕως τῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων, διῆλθεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ὅλα εὑρεῖν ἠδυνήθην, πλὴν ὅσα γνώριμά μοι καὶ τῆς ἀληθείας ἴδια, καὶ τὴν προσηγορευθεῖσάν μοι βίβλον, εὗρον. καὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναλεξάμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐγγράψαι τῇδε τῇ βιβλίῳ, πρὸς ὠφέλειαν κοινὴν, καὶ τύπωμα τῶν ἐντιθεμένων τῇδε τῇ γράμμασι. Ἀρξέτω δή μοι λοιπὸν ὁ λόγος, προοδοποιοῦντός μοι καὶ ὁδηγοῦντος ἀεὶ ζῶντος, θεοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ χριστοφόρου βασιλέως Κωνσταντίνου, ἃ καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἁγίων Νικαίων συναθροισθῆναι προεξάπτης πάλιν ἐν ἑτέρῳ γὰρ, οἰκείῳ φίλον, τὰ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν χρόνων τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσω συγγράμματι.

Μετὰ τὴν ἀποθέσιν τῆς βασιλικῆς πορφύρας τῆς τῶν πυραύνων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, τὸν ἰδιωτικὸν ἀπολαβόντων αὐτῶν βίον, καθὰ φησὶν Εὐσέβιος, χρόνῳ ὑστέρῳ μεταξὺ γενομένῳ, βασιλεὺς Κωνστάντιος, τὸν πάντα βίον πρεπόντως, τοῖς ὑπηκόοις ἀνοικτίρμων, τῷ θείῳ λόγῳ προσφιλέστατον ἑαυτὸν ἀποδειξάμενος, πᾶσάν γῆσιαν Κωνσταντῖνον αὐ-

est accessio, sed Trinitas manet Trinitas. Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hanc sanctam & adorandam sanctæ & irreprehensæ Fidei regulam, cum sancti Apostoli ab ipso Domino accepissent, in vniuersa sub cælo Dei Ecclesia eam prædicauerunt: vt ita propheticum oraculum impleretur, quo dicitur: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Post quam definitionem, & adorandum illud donum nobis per sanctos Apostolos à Dei Filio concessum, cum plures iam annos Ecclesiæ persecutio cessasset, nostræ salutis hostis iterum per Arium contra sanctam & irreprehensam Fidem armatur, inusitata quædam blasphema verba contra Saluatorem nostrum introducens, quibus Dei Ecclesiam in toto orbe terrarum conturbauit. Quam ob causam fidelissimus Imperator Constantinus numerosam illam in vrbe Nicæa Synodum congregauit. Cuius acta omnia, cum vt supra dixi, cognouissem prius & perquisiuissem: vix tamen inuenire poteram quæ illic tractata & conscripta sunt, apud plures viros litterarum studiosos tam aperte expressa, quàm apud Ioannem quemdam presbyterum, virum senem & scribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis: neque tamen omnia inde habui, sed ex alijs etiam scriptoribus varijs, vt ex Eusebio Pamphili Episcopo Cæsareæ, & Rufino presbytero Romano, & ex ijs qui sanctæ illi Synodo interfuerunt, alijsq. plurimis. Neque vero totius harmoniæ consequentiam inueni in sacro illo codice, in quem, vt supra dixi, prius incideram. Solus admirandus ille Eusebius Pamphili, constanter publicam veritatis viam ab aduentu Domini vsque ad magni Constantini tempora ingressus est. Sed neque omnia inuenire potui, præter nota mihi & veritatis propria, in eo libro quem prius ego legeram: cum autem ex vtrisque aliqua collegissem, necessarium existimaui illa in hoc libro describere ad communem vtilitatem, atque confirmationem eorum qui in hæc scripta inciderint. Exordiemur deinceps sermonem nostrum (præeunte atque ducente nos Deo Verbo semper viuente) à temporibus regni religiosissimi & Christigeri regis Constantini, qui Synodum Episcoporum in ciuitate Nicæa congregari iussit. In alio commentario, si Deo placet, natiuitatem ipsius Deo charissimi Constantini, ac statum temporum quibus pater eius regnauit, referam.

CAPVT I.

NON multo post tempore (vt inquit Eusebius) quàm tyranni Diocletianus & Maximianus deposita regali purpura, priuatam vitam elegerunt, Imperator Constantius [tota vita clementissimus] subiectis beneuolentissimus, & erga diuinum Verbum amicissime affectus, cum germanum filium suum Constantinum Imperator-

Psalm. 18. Roman. 10.

Euseb. lib. 8. hist. cap. 16.

peratorem & Augustum pro se reliquisset, communi naturæ lege finem viuendi fecit. Post mortem dignus habitus omni honore qui Imperatori debebatur, quippe vir & optimus & mansuetissimus fuit, quiq. solus inter Imperatores nostræ memoriæ, totum regni sui tempus, vt imperij dignitas postulat, exegit: & cum in alijs omnibus humanissimum & beneficentissimum sese præberet, laudabilem admodum & beatum vitæ exitum consecutus est. Solus ex Imperatoribus ob filium ingenuum, quem post se in imperio successorem reliquit, principem in omnibus modestissimum & sanctissimum, prospere ac glorioſe excessit è vita. Huius filius Constantinus, Imperator summus & augustus, cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipso Deo summo omnium Imperatore declaratus, statim à principio se paternæ pietatis erga religionem nostram æmulum & imitatorem præstitit. Et post aliqua:

Euſeb. lib. 9. c. 8. Cum sic Constantinus (quem Imperatorem ex Imperatore, religiosum ex religiosissimo patre & omnino modestissimo natum diximus) prudentia & pietate ornatus, Dei Imperatoris omnium & Saluatoris instinctu, contra impijssimos tyrannos excitatus esset: Romæ quidem, Deo opem ferente, Maxentius præter omnium opinionem ab ipso deuictus, cadit: qui vero in Oriente tyrannus, non multo tempore illi superstes, à Licinio nondum insaniente (quem religiosissimus Imperator Constantinus eò contra illum miserat) superatus, turpissima morte vitam finijt. Constantinus autem honore & imperij gradu summus, eorum qui Romæ tyrannide opprimebantur, antea misertus, postquam Deum cæli, Verbumq. eius IESVM Christum saluatorem omnium, adiutorem sibi precibus inuocasset, Romam cum omnibus copijs proficiscitur, vt Romanis pristinam libertatem, quam à maioribus acceperunt, restitueret. Hæc Eusebius. Licet Rufinus non ordine rerum omnem consequentiam, & veritatis harmoniam sequutus, illustris illius Eusebij Pamphili historiam exposuerit: tamen ego quæcumque affinia Eusebianæ historiæ inuenero, cum in Rufino, tum in scriptoribus alijs, vbi ea collegerim, vt supra dixi, huic operi inferam. Ille vero sic ait: Postquam Diocletianus & Maximianus regni insignia deposuissent, ac Constantius excessisset è vita, reliqui Romani imperij reges qui simul imperabant, hi erant. Constantinus in partem patris sui successit, quæ ab ea quæ vocatur Europa incipiens, ad Danubium vsque protenditur, vtramque Scythiam, Celtas omnes, Illyrios, Sarmatas, & omnem barbarorum terram quæ ad Rhenum fluuium porrigitur, atque Macedoniam, & vicinum mare complexa, Thessaliam, & Achaiam, & quæcumque ad Occidentem solem vergentia Ionio terminantur mari. Maximinus Diocletiani filius (vt ait Eusebius) omnes ad Orientem gentes: Maxentius vero Romam, & quæ ab Italia ad Oceanum protenduntur, administrauit.

CA-

A τρεφόμενος ἐν σπαργάνοις αὐθ' ἑαυτοῦ καταλιπών, πρὸς τῇ φύσεως νόμῳ πλήστᾳ τὸν βίον· ἀπάσης μὲν θέματος, ὅση βασιλεῖ τις ἂν ὀφείλετο, πρὸς ἠξιωμένος, χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλεὺς γεγονώς· ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διαπλέσας χρόνον, ἐν πᾶσι τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ ἐνεργητικώτατον παρεσχὼν ἑαυτὸν, τέλος ἐνδόκιμον καὶ τρισμακάριον ἀπέλιπε τοῦ βίου, μόνος δὴ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀμέμπτως ἐν ἀποδόχῳ διαδόχῳ γενόμενος παιδί, τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ τε ἐν εὐσεβεστάτῳ, πλούτῳ.

B Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος ἄθλους ἀρχόμενος βασιλεῖς πλεόνεσσι καὶ σφοδροῖς τοῖς τῶν τραπέζων, καὶ ἐν πολὺ τούτων μεῖζον παρ' αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ ἀναγορεύθη, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς εἰς τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας καταστήσας. καὶ μεθ' ἕτερα· οὗτος δὴ Κωνσταντῖνος, ὁν βασιλέα ἐκ βασιλέως, εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου, ἐν πάντα σωφρονεστάτου γεγονέναι εἰρήκαμεν, σπουδῇ τε καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένον, θεοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος, χριστοῦ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνηγερμένον, θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ,

C εὐδοξότατα πάντα μὲν δὴ Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξέντιος· ὁ δ' ἐπ' ἀνατολῆς ἐν πολλῷ δηλονότι ὕστερος ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ ἐν αὐτὸς θανάτῳ ὑπὸ Λικιν- ἴσ. πρ. νίου, οὕτω τοῦ μεγίστου, πεμφθημένου κατ' αὐτοῦ φάστου ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καθαιρεθεὶς τὸν βίον. πρότερός γε μὲν, ὁ καὶ τιμῇ καὶ τάξει τῆς βασιλείας πρῶτος Κωνσταντῖνος, τῶν δὴ Ῥώμης καταπυρσευομένων φοβερῶ λαβών, θεὸν τὸν ἀρήιον, τύπῳ τούτῳ λόγου, αὐτὸν δὴ τὸν πάντων σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν σύμμαχον δ' ἐχῶν ὑπακαλεσάμενος, πρόθυμα παρασκευᾷ τὰ τῆς ἐκ προγόνων

D ἐλευθερίας Ῥωμαίοις προμνώμενος. τοῦτο ὁ Εὐσέβιος· ὁ δὲ Ῥυφῖνος εἰ καὶ μὴ κατ' ἀκρίβειαν τοῦ ἀκριβοῦς καὶ τὸν τῆς ἀληθείας ἁρμονίαν Εὐσεβίου τοῦ πάνυ τοῦ Παμφίλου τὸν ἱστορίαν ἐπεδήκατο, ἀλλ' ὅμως ὅσα συγγραφῆς τῆς Εὐσεβίου πραγματείας εὕρομεν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ῥυφίνου δὲ τῶν ἄλλων συγγραφέων ἀναλεξάμενος, ἐνθήσω, καθὰ αὐτοῖς εἴρηται, τῷδε τῷ βιβλίῳ. λέγει δὲ καὶ οὗτος· μετὰ γοῦν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀποθέσιν καὶ τὸν τοῦ Κωνσταντίου, ὑπολειπομένης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁμόχρονοι βασιλῆς

E οἱ δὲ· Κωνσταντῖνος μὲν τὸν τοῦ πατρὸς μοῖραν πλησφώς· αὐτὴ δὲ ἐν ἀπὸ τῆς καλουμένης Εὐρώπης ἀρχομένη, ἐπὶ τὸν Ἴστρον διήκουσα, Σκυθίαν τε ἅπασαν, καὶ Κελτοὺς ἅπαντας, Ἰλλυρίους τε, καὶ Σαυρομάτας, καὶ τὸν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν καθήκουσαν τῶν βαρβάρων γῆν, τήν τε Μακεδονίαν ἐν τὸν πρὸς αὐτὸν θάλασσαν, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, ἔτ' ὄπισθεν πρὸς ἥλιον δύοντα ἐπιστρέφοντα τὸν Ἰόνιον ἐκλύζουσα πέλαγος. καὶ Μαξιμῖνος δὲ ὁ Διοκλητιανοῦ παῖς, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἔθνη, καθὰ φησιν ὁ Εὐσέβιος· Μαξέντιος τε τὴν Ῥώμην καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ἅπαντα τὸν ὑπεκκλὺν ἔθνη, διῆκεν.

ΣΩΝ-

Κωνσταντῖνος οὖν μὲν τὴν τοῦ πατρὸς ἔννομον κηδεύσας, καὶ τὰς νομιζομένας τιμὰς, ζημίαν ἡγήσατο τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς, τὴν ἡσυχίαν. ἤκουε γὰρ τὴν Ῥωμαίων πόλιν κακωθεῖσαν τῇ Μαξεντίου κακίᾳ. ὃς γὰρ ὠμότητι τυραννίδος ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ μεταβάλλετο τρόπος. πολλοὺς μὲν γὰρ ἀκεράτους τὸ τῦραννικὸν ἀνδρηλάτους· ζημίας τε καὶ φυγὰς, καὶ τῆς γῆς ἀναδασμὸν, καὶ προτιμήσεις ἀκρίτως ἐπιβάλλειν. ἤδη δὲ καὶ γυναικῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, ἢ κακίᾳ διέφθειρεν, ἢ τοῖς ὑπομνήμασιν ἐβιάζετο. καὶ λοιπὸν ἀσφαλὲς οὐδὲν γυναῖκα ἔχειν ἀνδρὶ πιστῇ· καὶ ὅλως σωφροσύνης φυλακὴν, πολλῇ τις οὐ κατὰ τὴν πόλιν μιαιφονίᾳ. πῶσι δὲ πλεῖσα ἔπεσε ἀκόνων ὁ φιλοτίμως Κωνσταντῖνος· ἃ μὴ τῆς παρούσης ἐστὶ πραγματείας, παρεξιέναι. πᾶσι γὰρ εἰκὼν λύπην τοῖς φιλοθέοις ἀνδράσιν ἡ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀδικία.

A

B

CAPVT II.

POstquam Constantinus patri legitime parentasset,& consuetos persoluisset honores, otium in ea Romanorum calamitate, sibi inter supplicia esse duxit. Audiuit enim Romam Maxētij improbitate grauiter affligi, qui regni moderationem in sæuam tyrannidem commutauerat. Multos enim principes viros indicta causa neci dedit: supplicia & exilia irrogare, agros & honores tribuere sine delectu consueuit: alienas coniuges quarum amore capiebatur, aut fraude in stuprum illexit, aut imperijs ad flagitium impulit. nulli tutum erat formosam vxorem habere: pudicitiæ tutandæ causa, multa erat in tota vrbe cædes. Cum hæc aliaq. plurima,quæ huius instituti non sunt, Constantinus Deo charissimus audiuisset, grauiter commotus est. Viris enim pijs proprium dolorem commouet aliena iniuria.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ὅπως κατὰ τοῦ τυράννου Μαξεντίου ἐστρατεύσατο.

DE REGE CONSTANTINO, quomodo exercitum contra tyrannum Maxentium duxit.

CAP. III.

Ἐδόκει δὴ αὐτῷ λοιπὸν τῶν ὅπλων ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς πιαῖσι παύσασθαι Ῥωμαίοις ἐπαμῦναι. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ τῶν κακῶν ἐξελέσθαι, ἴσον εἶναι, ἔφη, καὶ πάντας ἀνθρώπους διασῶσαι. βουλὴν δὲ λαμβάνει, πρότερον τὰς δοκούσας τύραννος πόλεις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀπακαλέσασθαι, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ τῇ τῆς φιλανθρωπίας δωρεᾷ· τοῖς τε γὰρ φόρους αὐτοῖς κουφοτέρους ἀπέφηνε, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως ἰσότητα παρεῖχε, τὰς τε νεωτερισμοῦ καὶ δουλείας σπουδῇ διέλυε, σοφῶν μᾶλλον ἢ φοβῶν· εἰδὼς τὰ Σαύρων καὶ τὰ Φράγκων ἔτι τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινά τι εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις ἕτοιμον ἔχειν ὁρμὴν, καὶ νόμου πολλάκις τὴν γνώμην πείθεσθαι. ὑπῆκτο δὲ καὶ Σπάνους ἔτι Βρεττανοὺς καὶ τὰς αὐτόθι νήσους καὶ τὰ λοιπὰ γῆς, καὶ ἅπαντας τοὺς τῶν πρὸς ἡλίου δυσμῶν γινομένους μάρτυρας· εἰδέναι φασὶν εἴ τι ἀληθῶς τῷ ὠκεανῷ καταδύεται, εἴ τι πρὸς τὸ ὕδωρ φθάνει, πάλιν δι' ἑτέρας ὁδοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνακάμπτει. ἔλαε δὲ καὶ τῷ κρατεῖ τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τῆς μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχρησάμενος. τοὺς μὲν γὰρ ὑποτάξας, τοὺς δὲ μισθοδοτήσας, τοὺς φίλους αὖτι πολεμίων, ἐκ συνήθους αὖτι παλαιῶν ἐχθρῶν καταστήσας, ἐπανήγαγε πάντας συμμάχους, οὐδένα λυπήσας, οὐδὲ πολιορκήσας, καὶ ὅπι τῶν ἐπέρων σωτηρίαν ἐπιχθείς. ἅπου γὰρ ὁ θεὸς συμμαχεῖ, πάντα κατόρθωται, καὶ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπεραίρει. μετὰ τοιαύτης φιλοθέου γνώμης ὁ πάντα πιστὸς Κωνσταντῖνος, τὸν Ῥῆνον ὅπι δεξιᾶ διαβαὶς, καὶ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλοὺς δὲ ποταμοὺς ἀνωνύμους, ὀλίγῳ στρατῷ πραγωθεὶς, πολλὰ τὰ βάρβαρα ἔθνη χειρωσάμενος, Γαλάτων τε καὶ Φράγκων καὶ Σπάνων δέκα ἔθνη

C

Placuit postea Constantino arma capere, & Romanos à talibus iniurijs vindicare, nam illos ex malis eripere perinde esse dicebat atque omnes homines seruare. Primum statuit reuocare vrbes quæ à Romano imperio desciuerunt, alias quidem verbis,alias vero armis, nonnullas etiam beneficentiæ & humanitatis officijs.Nam tributa leuiora reddidit: in hominibus audiendis admittendisq. æquabilem se præbuit: rerum nouarum studia & insolentias caute sustulit, silentio magis quàm metu; sciens Saurorum, Francorum, & Germanorum gentes, nouitatis studiosas, ad omnes regum motus facile concitari, ac sæpe animi sensum tamquam legem sequi. adduxit etiam Hispanos, Britannos, & insularum quæ illic sunt incolas, atque nationes reliquas: omnes etiam occasus solis testes, qui se scire gloriantur vtrum sol vere Oceano immergatur, siue circum aquas currens, rursum alia via ad nos redeat: barbaras illic gentes vi & armis cepit, hac velut belli accessione ad susceptum bellum opportune postea vsurus. Ex ijs populis alios quidem subegit, alijs stipendia soluit, nonnullos etiam ex hostibus amicos, ex veteribus inimicis familiares & coniunctos reddidit: omnes futuri belli socios sibi adiunxit, neminem lædens, nec obsidione premens, sed ad aliorum salutem magna festinatione properans. Deo enim belli adiutore, omnia recte geruntur, & humana consilia ad meliores proue-

D

E

huntur exitus. Cum hoc igitur tam piũ consilium in animo haberet fidelissimus Imperator Constantinus, Rhenum flumen ad dextram traiecit: multos montes, multos etiam sine nomine fluuios cum exiguis primum copijs transiisit: deinde barbaris multis subactis, Gallorum, Francorum, & Hispanorum decem nationibus

sibi adiunctis, reliquum omnem exercitum ad Italiæ montes perduxit. Maxentium tam inopinatæ rei nuntius magnopere commouit. Numquam enim putauit fore, vt quispiam exercitum per tam latas regiones traijceret, easq. montibus, fluuijs, & multorum barbarorum armis intercluſas, atque alijs etiam difficultatibus, quæ in locis deſertis ſua ſponte proueniunt. Regnorum enim præſidium maximum plerumque ſit ipſa locorum ſolitudo. Placuit interim exercitum clam Roma egreſſum multa cum celeritate aduerſum ducere, & hoſtem ab Italia depellere. Vbi vero contra inſtructæ erant acies, & viſa vtrinque militaria ſigna, tum non eadem ſpe pugnaturi videbantur. Romani enim expoſiti, & per phalanges effuſi, tum multa ceſſatione & quiete recreati, digni videbantur qui pugnam cum hoſte committerent, ſpiritus magnos gerentes & vrbe ipſa dignos. Conſtantini vero milites in armis ſtantes inſtructi, multam quidem terram occupauerunt: multa vero ſpolia & exuuias belli auide collegerunt, curſu magis victoriæ vtentes, quàm fructum aliquem percipientes ex rebus captis. Ceterum longa defatigatione fracti, nimia laborum aſſiduitate languentes erant & remiſſi.

A προσαγόμενος, προσῆγε λοιπὸν τῆς Ἰταλίας ὄρεσι τὸ στράτευμα. Ταῦτα ἀκούσαντι τῷ Μαξεντίῳ, περιοχὴ ἦν ἀδόκητος· οὐ γὰρ ἂν ποτε τοιούτῳ χώρᾳ διαβῆναι προσεδόκα, ὄρεσι, καὶ πταμοῖς, καὶ πολλοῖς βαρβάροις πεφραγμένῃ, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι τῆς ἐρημίας δυσχερείαις. μέγιστον γὰρ γίνεται πολλάκις ὀπλοφύλαξ βασιλείας ἡ τῶν τόπων ἐρημία. ἔδοξε δὴ ἐδόκει, σὺν πολλῷ τάχει τῆς Ῥώμης ἐκπεξελθόντα τὸν στρατὸν αὐθυπεξάγειν, καὶ τὴν Ἰταλίας πᾶσαν ἀποκρούσασθαι. ὡς δὲ ἀντιπαρετάξαντο, καὶ τὰ σημεῖα εἶδον ἀλλήλων, ἐνταῦθα ἡ μάχη λοιπὸν οὔπω ἔχει τὰς ἐλπίδας. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώμης προεκπηδήσαντες, καὶ κατὰ φάλαγγας ἐκχεόμενοι, καὶ ἐκ πολλῆς ἐκτεχνίας ἀναπαύσεως ὄντες, ἐδόκουν ἀξιόμαχοι καταφαίνεσθαι φρόνημα φέρειν ἄξιον τῆς πόλεως ἐφ' ἁμίλλῃ. οἱ δὲ μὴ Κωνσταντίνῳ προσηκόμενοι πολλὴν μὲν κατέλήφεσαν γῆν, πολλὰ δὲ λάφυρα καὶ σκῦλα τοῦ πολέμου συνήγαγον πόθῳ, ὁρμῇ δὲ μᾶλλον τῆς νίκης, ἢ δορυφορίᾳ τῶν εἰλημμένων χρησόμενοι· ἤδη δὲ λοιπὸν ἦσαν καὶ τὴν κάμψιν ἀπαγορεύοντες, καὶ ταῖς τῶν πονηρῶν τῶν πόνων ἐκλύσεσι.

B

DE CRVCE QVAE APPARVIT Conſtantino in cælo.

CAP. IV.

CVm ad hunc modum pugnare decreuiſſent, & copiæ viribus pares vtrinque ſtarent inſtructæ, Deus Conſtantinum cælitus armat, oſtendens ei in cælo ſalutare Crucis ſignum ex lucis ſplendore in cælo figuratum. litteræ vero viſionis vim omnem & ſenſum explicabant, quibus ſcribebatur: Hoc vince. Hæc narratio infidelibus fabula & commentum eſſe videtur, in gratiam doctrinæ noſtræ: ſed vera credere aſſuetis, certa rei geſtæ declaratio. Nam Deus qui ſignum iſtud pinxit, reipſa poſtea oſtendit gratiam litteris ſignificatam minime vanam fuiſſe. Quòd ſi nondum perſuademus quod ſcribimus, (prius enim hiſtoriam ſcribimus, eo quod rem omnem paulo altius arceſſentes, colligamus quæ ab illo vtiliter geſta ſunt in vita) verum ijs quæ deinceps ſequuntur credere oportet, quæ cum noſtra etiam ætate, qui ſub Conſtantio Conſtantini filio militabant, ſuis vidiſſent oculis, veterem infidelitatem nouis viſionibus ſanarunt. Si Hebræi his contradixerint, multa ex eorum libris incredibiliora proferri poſſunt, quæ tamen vera eſſe creduntur: vt maria pedibus peragrari: aquas velut muros concretas ſtare & ſolidas: per pelagus iter fieri: Deum in rubo loqui: flammam leges ferre: tubam ſine organo in ſolitudine perſonare: Angelos ad prælium inſtrui, principes militiæ Domini pro exercitu pugnare; & lapides velut grandinem cadere, & tela ignea pro conſuetis haſtis emitti. nihilominus facile omnes iſtis, ſi recte ſapimus, aſſentimur. Deo enim volente, nihil eſt quod fieri non poſſit.

Exod. 14.
Exod. 3.
Exod. 19.
4. Reg. 19.
Ioſue 10.

Si

C

D

E

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ ΤΟΥ ΟΦΘΕΝΤΟΣ ἐν ὁράματι τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ.

ΟΥτω δὴ κεκραμένης τῆς μάχης, καὶ τῆς παρατάξεως ἐσπουδασμένου οὔσης, ὁρᾶται ὁ θεὸς Κωνσταντῖνον ἐπαλίζει, δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτειδῶς ἐν οὐρανῷ· γράμματα δὲ ἐμήνυε τὸ ὕψους τὸν δυνάμιν, λέγοντα· Τούτῳ νίκα. τοῦτο τὸ δήγημα τοῖς μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖσδε ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον· τοῖς δ' ἀληθῆ πεῖραν πεπωκόσιν, ἐναργὴς τοῦ πράγματος ἡ διδασκαλία. ὁ γὰρ τοῦ συμβόλου ζωγράφος θεὸς, ἔδειξεν ἔργῳ μὴ ταῦτα τῷ ἀληθεύοντι τοῦ γράμματος χάριν. εἰ δὲ μήπω πιθόμεθα ἃ γράφομεν· ἀσύντακτον γὰρ ἱστορίαν γράφομεν, ἀφ' ὧν τὸ μικρὸν αὔξησιν ἡμᾶς τὰ χρήσιμα συλλέγειν τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων· ἀλλ' ὅτε ἐν τοῖς ἀφεξῆς ἀπιστεῖν δεῖ, ἃ δὲ ὀφείλει τῆς ἡμετέρας γλώσσης εἰ Κωνσταντίῳ τῷ Κωνσταντίνου παιδὶ συμπεφορτίσμενοι, καὶ αὐτοπήσαντες, τὴν παλαιὰν ἀπιστίαν νεαραῖς ὄψεσιν ἐξεκρούσασθε. εἴ τι γὰρ ἐβραῖοι εἶεν οἱ πύργοις ἀπλέοντες, πολλῷ πύργων ἀπιστότερα τὰ ἐν ταῖς ἐκείνων βίβλοις πεπλασμένα· θαλάσσα πεζευομένη, καὶ ὕδωρ πηγάζον, καὶ πέλαγος ὁδοιπορούμενον, καὶ θεὸς ἐν βάτῳ φθεγγόμενος, καὶ φλὸξ νομοθετοῦσα, καὶ σάλπιγξ ἄνευ ὀργάνου τὴν ἔρημον σωνηχοῦσα, καὶ ἄγγελοι συμπαραταττόμενοι, καὶ ἀρχιστράτηγοι δυνάμεως κυρίου τῆς φάλαγγος ὑπερμαχοῦντες, καὶ λίθοι χάλαζης, καὶ βέλη πυρὸς ἀντὶ τῶν συνήθων δοράτων βαλλόμενα· καὶ ὅμως ἀνέξεσθε πάντες εἰ εὖ φρονοῦντες συζήσομεν. ἀπιστούμενα, οὐδὲν αἴτιον· ἃ δὲ

ἄ τι ἕλλωτες εἶεν οἱ τὸ θεῖον μὴ ἀποδεχόμενοι, πολλὰ ἔχομεν εἰπεῖν, ἃ μὴ βουλόμεθα λέγειν. πόσα Ἀλεξάνδρῳ μέλλοντι περαιοῦσθαι τὸν ἐπὶ Γρανικῷ πόλεμον, καὶ τῷ ἐπὶ Δαρεῖον ἀποστεῖλαι, ἐπῳδήσασαν οἱ χρησμολόγοι; καίτοι τὰ ἐκείνων πλάσματα τῷ φαινομένῳ δοκοῦσαν ἔχει. πῶς τὰ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ δαιμόνιον διὰ φωνῆς προεμήνυε τὰ μὴ πρακτέα τῷ ἐνβάσει; καὶ τὰ περὶ Πυθαγόραν τὸν Σάμιον, ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν συνεγράφη; ἐῶ λέγειν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, καὶ πῶς τινες τῶν παρ' αὐτοῖς δοκίμων, καὶ συμπολεμεῖν αὐτοῖς πρὸς τῶν παρ' αὐτοῖς νομισθέντων θεῶν· ἵνα μή τις τὰ μυθώδη τοῖς ἀληθέσι, καὶ τὰ μηδαμοῦ πραχθέντα τοῖς πραχθεῖσιν ἀπεικάζειν νομίσῃ. τὴν γὰρ πολυθρύλητον τοῦ θεοῦ χάριν, ἀφ' ἧς πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις λάμψασα, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν ξύλοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν νόσῳ, καὶ ἐν ὑγείᾳ, καὶ ἐν βρωτοῖς, καὶ ἐν ποτοῖς, ἀλεξιφάρμακόν τε ἡγουμένῳ, καὶ χαριζομένῳ καὶ ἐπιθυμοῦντι θεραπείαν, καὶ οἱ πεφοιτήκοτες μὲν ἴσασι, καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, προϊούσης τῆς ἱστορίας, ἐκθησόμεθα.

A Si vero Græci miraculum istud minus probauerint, multa dicere possumus, quibus nunc censemus esse supersedendum. Quanta Alexandro volenti copias Granicum flumen traijcere & bellum Dario inferre, vaticinati sunt arioli? atque hæc eorum commenta, nullam euidentem sui demonstrationem habent. Quòmodo Socratis philosophi dæmonium voce prænuntiare illi potuerat rerum non agendarum euentus? Quomodo vero quæ de Pythagora Samio ab ipsius discipulis scripta sunt? Poëtarum figmenta, ac quo pacto inter illos nonnulli fama celebres, B quosdam eorum quos deos esse existimant, vna cum ipsis militare & bellare scribant, consulto prætereo, ne quis me fabulosa cum veris, & quæ nusquam gesta, cum gestis comparare velle putet. Præpotentem autem Dei Christi gratiam ex quo inter homines ea exuberauit, & in cælo, & in terra, & in mari, & in plantis, & in lignis, & in vestibus, & in morbo, & in sanitate, & in cibo, & in potu, tutissimum præsidium, & malorum tam præsentium quàm futurorum remedium esse, experti norunt, & nos etiam in progressu historiæ suo tempore exponemus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΙΓΝΟΥ, ΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος αὐτύπωτον ἔ ὀφθέντος αὐτῷ σημεῖου ἐν οὐρανῷ.

C *DE VEXILLO QVOD FECIT CONstantinus, in quo effigies Crucis in cælo visa.*

CAPVT V.

Ὁ δ' οὖν Κωνσταντῖνος τὸν ἔ θεώμενος ὅπλον εἰς τροπαίου σχῆμα μεταβαλών, καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις σεσαρμένος, εἰς δόρατός τε ἀπαρτίαιος ὑψηλοτάτου ὅπλον, ἐκδιδοῖ φέρειν τοῖς σωματοφύλαξι, τὸν τῶν γραμμάτων ἐπόχειον δηλοῦντα τῶν ἔργων λοιπὸν ἀπείζητον· καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτε· θᾶττον μὲν οἷς πεφάσθαι πεδίοις, τάχυτέραν ἢ τῆς ὄψεως τὸν νίκην ἐπιδεξάμενος.

Constantinus igitur signum quod viderat, in vexillum suum transtulit, idq. auro & lapidibus pretiosis intextum, ac in longissimæ hastæ speciem efformatum, primis equitibus perferendum dedit, litterarum promissa reipsa deinceps explorare cupiens: nec spe sua frustratus est. cito enim cum credidisset ijs quæ viderat, pene citius victoria potitus est.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΑΣΕΒΟΥΣ Μαξεντίου νίκης, ἔ ἀσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

D *DE VICTORIA QVAM PIVS CONstantinus ab impio Maxentio reportauit.*

CAPVT VI.

Ὁ μὲν οὖν Κωνσταντῖνος τὸν πολὺν τοῦ πολέμου κάματον τῇ πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχόμενος, καὶ ἔ δὴ τὴν Ῥώμης κράτος ἐκ ὑφορώμενος, ἀναίμως αὐτοπαρεσκεύαστο. Μαξέντιος ἢ τὸν Κωνσταντίνου ἀλκὴν δείσας, ἔτι τε καὶ τὸ μῖσος Ῥωμαίων ὑφορώμενος· πρὸς δὲ τοὺς πλείονας διὰ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ δυσβίβλητον· ἐσκέψατο δόλῳ τὸν ἐπιβουλὴν μεπλῆξαι· ὁ δὲ δόλος ἐφύετο ὧδε ὡς μηχανῆς εἶδος ἀπὸ τῆς τοιούτου συμπαγείας· τὸ μὲν δὴ φαινόμενον κάτωθεν, διαβαίνειν ὧδε τὸν Κωνσταντῖνον ἐποδεχόμενον· τὸ ἢ λανθάνον πρὸς ὧδε πλατὺ, τοῖς ἐκείνου βήμασι σωτηρίοις. διαβλῶσι δὲ μικρὸν ἔδει, καὶ τὸ μηχάνημα λέλυτο, καὶ ὁ πολέμιος ἄληπτο, πάθον ἀδόκητον ἔ ἀπωλείας τὸν τόπον λαβόν. ἀλλ' ὁ μὲν ἅτας ἐκδίδοσι ἔ ἐπιβάσεως τὸ ἡγεμονικὸν· θεία ἢ χάρις τοῖς οἰκείοις ἀφίσταται τῶν κακῶν τεχνίτην ἐμβάλλει. πρὶν δὲ Κωνσταντῖνον ἁλῶναι, φθάσας αὐτὸς ὑπαντᾷ τῇ εἰκείᾳ τέχνῃ ὁ τύραννος, καὶ αὐτὸς τυραννοκτόνος ἰδίᾳ γενόμενος,

E Si quid illustrius esset quod hoc miraculum non admitteret, sed aliquid haberet in se, quod nos nolimus dicere. Quanta Alexandro volenti copias Granicum flumen traijcere & bellum Dario inferre, vaticinati sunt arioli? atque hæc eorum commenta, nullam euidentem sui demonstrationem habent. Quòmodo Socratis philosophi dæmonium voce prænuntiare illi potuerat rerum non agendarum euentus? Quomodo vero quæ de Pythagora Samio ab ipsius discipulis scripta sunt? Poëtarum figmenta, ac quo pacto inter illos nonnulli fama celebres, quosdam eorum quos deos esse existimant, vna cum ipsis militare & bellare scribant, consulto prætereo, ne quis me fabulosa cum veris, & quæ nusquam gesta, cum gestis comparare velle putet. Præpotentem autem Dei Christi gratiam ex quo inter homines ea exuberauit, & in cælo, & in terra, & in mari, & in plantis, & in lignis, & in vestibus, & in morbo, & in sanitate, & in cibo, & in potu, tutissimum præsidium, & malorum tam præsentium quàm futurorum remedium esse, experti norunt, & nos etiam in progressu historiæ suo tempore exponemus.

Maxentius vero Constantini vires metuens, & Romanorum in se odium suspectum habens (plurimis enim ob nequitiam suam inuisus erat) dolo moliebatur insidias: dolum in ponte parabat, quem hac arte compegit: quod aperte extabat & apparebat, Constantinum recipere & transitum præbere posse videbatur: sed latebat occulte deceptionis laqueus, ad illius pedes irretiendos paratus. Nam progredi solum in eo paulum oportuit hostem, vt soluta machina captus inopinata morte in eo loco periret, atque sic ille, flumen traiecturis retia posuit. Sed diuina gratia malorum artificem, suis ipsius technis implicuit. Nam antequam caperetur Constantinus, tyrannus ipse prior progressus in sua incidit retia, & illic sui ipsius tyrannicida factus, non inutiles

tiles ipse sibi insidias in conspectu Romæ posuisse visus est; ad pontem Miluium dictum. Maxentius ipse demersus in flumen suffocatus perijt, vt merito (quemadmodum inquit Eusebius Pamphili) exclamare potuerit populus Romanus: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi ad salutem. &, Quis similis tibi in dijs Domine? quis similis tibi glorioſus in sanctis, admirabilis in laudibus, faciens prodigia? Cum hæc aliaq. insuper his similia & germana Constantinus addidisset, omnium ducem & victoriæ auctorem Deum & vnigenitum eius filium IESVM Christum reipsa celebrans, Romã cum triumpho & celebri pompa ingreditur: omnibus confertim tam qui senatorio ordine, quàm qui alijs dignitatum ornamentis illustres erant, cum toto populo Romano, infantibus simul & mulieribus, læto oculorum obtutu & labentibus animis, tamquam liberatorem, seruatorem & beneficum patronum suum, cum faustis acclamationibus & insatiabili gaudio illum excipientibus. Ille vero insita in Deum pietate imbutus, applausu illo strepituq. populari nullo pacto elatus, sed auxilij à Deo allati sibi probe conscius, statim salutaris passionis trophæum in manu propriæ imaginis poni iubet: & cum statuam ipsius dextra Crucis signum tenentem, Romæ in loco populi frequentia maxime celebri collocarint, hanc inscriptionem his ipsius verbis Latino sermone in ea incidi mandat: Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio ciuitatem vestram tyrannidis iugo liberaui, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini & splendori restitui. hæc Eusebius.

Lib. 9. hist. Eccl. cap. 8.

Exod. 15.

Loco cit.

DE LICINIO A CONSTANTINO PIO missо contra tyrannum qui in Oriente erat.

CAPVT VII.

RVfinus ille Gelasius sic ait: Post hæc rogauit senatus Licinium Constantiæ sororis Constantini illius pij maritum, vt vna cum Constantino regnaret: hunc statim in Orientem contra tyrannum qui illic erat misit, salutem Christianorum qui illic erant procurans. Pius enim Imperator tantis beneficijs à Deo affectus, bonam gratiam benefico illi rependere omni studio contendit: ea erat Christianorum afflictionem quiete aliqua & remissione leuare, & alios de exilio reducere, quosdam è carcere & vinculis emittere, nonnullos cum bonis suis publicatos, in integrum restituere, & ipsorum Ecclesias instaurare: omnia vero summa cum animi alacritate fecit, ea quæ Christi sunt sapiens in omnibus: cum Christianus esset, omnia tamquã Christianus fecit, Dei quidem Ecclesias extruens, & pretiosis ornans donarijs; Gentilium vero templa dirui iubens & incendi.

ΠΕΡΙ ΛΙΚΙΝΙΟΥ ΠΕΜΠΟΜΕΝΟΥ

ὡς μὲν οὖν Εὐσέβιος Κωνσταντίνου τοῦ ἐπ' αἰσιωτέρᾳ πεφάνη.

ΟΤΙ μὲν Ρυφῖνος, ἤγουν Γελάσιος πάντα λέγει ὧδε· μετὰ πάντα Λικίνιον γαμβρὸν τυγχάνειν τοῦ θεοφιλεστάτου Κωνσταντίνου, ὅτι τῇ ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ, συμβασιλεύειν τῷ Κωνσταντίνῳ, ἡ Ρωμαίων ἠτήσατο σύγκλητος· ὃν πέμπει αὐτὸς ὅτι τῶν ἑῴων ἐξέπεμψε κατ' ἐκεῖνον τυράννου, τὸν σωτήριον τῶν ἐκεῖσε χριστιανῶν προμηθούμενος. διαλλαγὰς δὲ τῶν πολιτῶν διεργασάμενος ὁ θεοῦ ὁσίβιος Κωνσταντῖνος, διὰ χαρισάμενος τῷ διεργάτῃ πρόφορα ἐπαύδαζε· πάντα δὲ ἐῶν τὸν αἰτίαν τοὺς χριστιανοὺς διώκειν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ὄντας ἀνακαλεῖσθαι, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις ἀφιέναι, καὶ τοῖς δημεύθεῖσι τοὺς οἴκους αὐτῶν ἀποκαθίστασθαι, πρός τε ἐκκλησίας αὐτὸν ἀποφοίτα, καὶ πάντα ἐπίσης ἐν προθυμίᾳ πολλῇ, τὰ τοῦ χριστοῦ φρονεῖν, τὰ πάντα χριστιανὸς ὤν, ὡς χριστιανὸς πάντα ἔπραττεν, ἀναιρέων τοὺς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, καὶ πολυτελεῖ τιμῇ ἀναθήμασιν· ἔτι δὲ καὶ τοὺς εἰδώλων ναοὺς καθαιρῶν, καὶ πυρὶ διαφθείρων προστάττων.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΝΑΤΟΛΗΝ τυράννου Μαξιμίνου ἀνοίας.

ΟΜέν τι κῆ τὴν ἀνατολὴν τύραννος τὰς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐπῄρη. ἐσφάλη δ' αὐτὸν τοιαύτη τις αἰτία, τὸ μέγεθος τῆς ἐπ' ἀξίαν αὐτῷ δοθείσης ἡγεμονίας, μή τε οἷός τε φέρειν ὢν, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν σώφρονος καὶ βασιλικοῦ λογισμοῦ, ἀπροκάλως τοῖς πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἅτε ποῦ δ' ὑπερφυοῦς μεγαλαυχίᾳ τὴν ψυχὴν ἀλόγως αἰρθείς, ἤδη κῆ κατ' τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν, καὶ τοῦ μάλιστα Κωνσταντίνου, τοῦ πάντα αὐτοῦ διαφέροντος ἡλικίᾳ τε καὶ τροφῇ καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματί τε καὶ οἰκείοις, καὶ τὸ μὲ πάντων κορυφαιότατον, σωφροσύνῃ, καὶ τῇ περὶ τὸν ἀληθῆ θεὸν εὐσεβείᾳ διαλάμποντος, τολμᾷ ἄρασθαι Μαξιμῖνος θεομαχεῖσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν τῆς ὑμῶν ἐπαναστῆσαι. ἅτε γὰρ οὐκ εὐσεβείαν μανίας, πᾶς τε σωφρονεῖν, οὐδὲ πρὸς Λικίνιον σπουδήσας, πολέμου ἄσπονδον αἴρεται. εἶτα ἐν βραχεῖ τὸ πᾶν κυκήσας, πᾶσάν τε πόλιν ἐκπερέξας, καὶ πᾶν σφετέρωθεν μυριάνδρου τὸ πλῆθος συναγαγών, ἔρχεται εἰς μάχην πρὸς Λικίνιον, κατ' τε αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτὸν στέλλοντος Κωνσταντίνου. ἐν δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ θεοῦ καθίστατο βοηθείας· ἐξ αὐτοῦ τῆς νίκης ἁπάντων μόνῳ θεοῦ προνοηθείσης τῷ τότε κρατοῦντι Κωνσταντίνῳ. δειλλανοι μὲν πρῶτα τὸ ἱερὸν ᾧ ἐπεποίθει ὁπλιτικὸν πλῆθος ἐγκαταλείπουσιν· τῶν τε ἀμφ' αὐτὸν δορυφόρων γυμνωθείς, ἁπάντων ἔρημον αὐτὸν καταλελοιπότων, τῷ τε κρατοῦντι προσαφιγμένων, ὑποκλὺς ὁ δείλαιος εἰς τὰ χαμαὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον δειλῶς ἐκδυσάμενος καὶ αἰσχρῶς δραπέτης, ὑποδύεται τὸ πλῆθος, καὶ ἔνθα μὲν διαδιδράσκει, κρυπτόμενός τε ἀνὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας, μόλις τῶν πολεμίων τὰς χεῖρας διέφευγεν, τὸ τῆς σωτηρίας αὐτῷ προμηνύμενος. ἔρημος αὐτοῖς εὖ μάλα πιστὸς ἐκ ἀληθεῖς τοὺς θείους δορυφόρους ἔσεσθαι ἐνόμιζεν, ἐν οἷς ἔφη· ἐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας ἐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ· ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, ἐν ᾧ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ ἐ σωθήσεται. ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ὁ δ' δυσσεβὴς ἀθρόᾳ θεοῦ πληγῇ μάστιγι, ἐν ἀδύτοις πολέμου συμβολῇ καταστρέφει τὸν βίον. γίνεται δ' αὐτοῦ τὸ τέλος καταστροφῆς, ἀχ οἵα κρατηθεὶς πολεμάρχαις ὑπὸ λῃστῶν καὶ γοητείαν πολλάκις αἰσθησόμενος, ἐν πολέμῳ τῷ ἐκλεῖ πολιτῶν ἀθρόως ὑπομεῖναι ἔοικεν· ἀλλὰ γὰρ ἅτε τις δυσσεβὴς καὶ θεομάχος τῆς ἀθεμίτου ἕνεκα τοῦ θεοῦ πρὸς τοῦ πάλαι σωτηρίας, εἶναι μέσον αὐτὸς καὶ κρυπτόμενος, τῷ περιόντι πυρὶ ὑπεκκαυθεὶς ἀθρόως θεοῦ πληγῇ μάστιγι· ὡς ἀληθῶς δεινῆς καὶ περιωδύνοις ἐλαυνόμενος, πρὶν ἢ καταπεσεῖν, λιμῷ τε Διαφθαρῆναι, πάσης αὐτοῦ ὅλας ἀσαρκίας τε καὶ ἰσχνότητος περὶ κατατηκέσθαι· ὡς Διαφθαρῆναι τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς πάλαι μορφῆς ἀφανισθῆναι,

DE MAXIMINI ORIENTIS tyranni dementia.

CAPVT VIII.

ORientis ille tyrannus Dei Ecclesias interea depopulabatur. Decepit ipsum huiusmodi causa: magnitudinem imperij quod ei supra meritum obtigerat, ferre atque sustinere non poterat, sed honesti regijq. ingenij expers, inepte & perperam res gerebat: graui atque intolerabili arrogantia in omnibus rebus elatus, etiam contra Imperij socios, maxime vero contra Constantinum (qui rebus omnibus illi longe
B antecellebat, genere, educatione, institutione, dignitate, & prouidentia, quique, quod omnium caput est, animi moderatione & vera erga Deum pietate præfulgebat) audere quæuis & attentare animum induxit, & in honoribus votisq. publicis sese primo loco renuntiare: mox stultitiam in furorem vertens, fœdera cum Licinio pacta rupit, ac bellum nullis inducijs dirimendum concitauit. Postremo cum breui omnia miscuisset, totamq. ciuitatem turbasset, atque confeciisset exercitum decem millium virorum, exit ad pugnam, tam contra Licinium ipsum,
C quàm qui illum miserat Constantinum. Sed manus conferens, diuina ope destituitur, victoria tunc ab ipso vno omnium Deo, victori Constantino subministrata. Primum sceleratus ille eam armatorum militum manum, cui confidebat plurimum, amisit: mox satellitum præsidio nudatus, & ab alijs omnibus, qui relicto illo ad victorem confugerant, desertus, clam discessit miser: & regium ornatum, qui parum sane illum decebat, timide simul & iracunde & muliebriter exuens, multitudini sese immiscet: fuga deinde elapsus, & in agris vicisq. latitans, vix hostium manus euitauit, saluti suæ consulens. Atqui inde reipsa
D ostendere licet, certa admodum veraq. esse diuina oracula, in quibus dicitur: Non saluatur Rex per multas copias suas, & gigas non saluabitur in multitudine fortitudinis suæ: fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in ijs qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum. Porro impius ille repentina Dei plaga percussus in secunda belli conflictatione occumbit, alium vitæ exitum sortitus, quàm qui ducibus bellicosis contingere solet, qui pro virtute & pro amicis ac familiaribus fortiter se gerentes, fidenti animo glorioſam mortem oppetunt. Ille vero
E impius & Dei aduersarius interea dum exercitus suus in armis staret, ipse domi moratus, intra parietes latitans debitas luit pœnas, inopinato Dei flagello percussus: sic vt graui dolore, & acerbo cruciatus sensu agitatus, prius quàm occideret, dira fame conficeretur: eius etiam caro vniuersa, ardore cælitus inuecto & non conspicuo intabesceret, sic vt diffluens, pristinæ formæ effigies tota deleretur, exiccaren-

tur

Psal. 32.

tur ossa, & tamquam simulacrum quoddam longinquitate temporis exhausti attenuatumq. relinqueretur: ita vt qui præsto aderant, eius corpus nihil aliud esse existimarent, quàm sepulchrum animæ, quæ in eo iam mortuo & plane putrido defodiebatur. æstu porro intimas adhuc medullas vehementius perurente, exilierunt ei oculi, & è suis sedibus excidentes cæcum reliquerunt: qui post hæc ægre spiritum ducens Domino confitetur, mortemq. inuocat: ad extremum confessus se ista propter amentiam, qua contra Christum vti consueuit, merito perpeti, animam emittit.

A ναι, ξηρὸν δ' αὐτὸν μόνον ὀστέον γεγονέναι, οἷόν τι μνημεῖον ψυχῆς καταπελεθομένου εἴδωλον ὑπολαμβάνειν· ὡς μηδὲν ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἤδη νεκρῷ καὶ σαπρῶς διαρρέοντι καταφυγμένης· σφοδρότερον δ' ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐκ βάθους μυελῶν καταφλεγούσης· σκοπιὰν δ' αὐτοῦ τὸ ὄμμα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως διαπεσόντα πρὸν αὐτὸν ἀφεῖσαι· ὁ δ' ἀεὶ τύπτοις αἰκιζόμενος, αὐθολογούμενος τῷ κυρίῳ θάνατον ἐπικαλεῖν, καὶ τὸ πανύστατον ἐκδίκως πάντων τῆς πρὸς Χριστὸν παροινίας ἕνεκα παντάπασιν ὁμολογήσας, ἀφίησι τὰν ψυχλάν.

B

DE ECCLESIARVM *instauratione.*

CAPVT IX.

CVM ad hunc modum Maximinus, inter reliquos pietatis hostes longe deterrimus, è medio sublatus esset: Ecclesiæ, gratia Dei omnipotentis, ab ipsis fundamentis instaurari cœperunt: & Christi verbum, ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris efflorescens, maiorem quàm antea recuperauit libertatem. Hæc in nono libro Ecclesiasticæ historiæ scripsit optimus ille Eusebius Pamphili: ex illius enim & aliorum laboribus, vt supra dixi, summa capita decerpens, præsentem hunc libellum qua possum breuitate contexo, summo studio festinans sermonem deducere ad summum illũ, illustrem, sanctum & diuinum montem Apostolicæ illius & laudabilis Synodi sacerdotum Dei, quæ Nicææ fuit: maxime cum Prophetam velut manu prehendentem & hortantem videam: Venite, inquit, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. ex Sion enim exibit lex, & verbũ Domini ex Hierusalem. Vere enim Sion & Hierusalẽ, & mons Domini altissimus, & domus Dei Iacob, est diuinus ille orthodoxorum Dei sacerdotum cœtus, in Spiritu sancto consultantium, & docentium per scripturas Propheticas, Euangelicas, & Apostolicas, verbum vitæ, hoc est, Filium Dei: nempe quòd vere increatus sit secundum naturam suæ diuinitatis, non creatus, quemadmodum contra illum blasphemauit Dei hostis & impius ille Arius: quòd eiusdem naturæ & substantiæ sit cum Patre qui eum ante omnia sæcula genuit: quòd denique & Spiritus sanctus eiusdem pariter diuinitatis & essentiæ sit cum Patre & Filio, manifestissime ostenderunt. Et vere hic ille altus Dei mons nobis supra fuit (quemadmodum & antea declarauit sermo ab ipso Domino per Apostolos nobis traditus, & nunc per ipsius sacerdotes Nicææ congregatos expressis testimonijs clare explicatus) veneranda illa & sancta Fidei regula, de qua clarius, iuuante Deo, progrediente longius sermone à nobis differetur. Sed ad propositum.

Esai. 2.

C

D

E

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ *ἀνακτίσεως.*

Ὅτε δὴ τὰ Μαξιμίνε ἐκποδὼν ἦρται, ἐς δηλοίτων τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν ἁπάντων χείρισε ἀναιρεθείς, τὰ μὲν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνακτίσεως ἐκ θεμελίων χάριτι θεοῦ παντοκράτορος ἠρείρετο· ὅτι τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς δόξαν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ δημιουργοῦ, μείζονα τὴν ἔμπροσθεν ἀπολαμβάνει παῤῥησίαν. τοῦτο ἐν ἑνὶ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὁ πάντα ἄριστα συντάξας ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος. τῶν δὲ αὐτοῦ πόνων, ὡς αὐτόθεν μοι εἴρηται, καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἀναλίσκειν πειρώμενος, ἓν βιβλιδίον τόδε βραχέων ἐγχαράττω τὴν συντάξιν πλείστην ὅσην σπουδὴν τὸν περὶ τοῦ λόγου πειρώμενος δηλῶσαι τὸ ὑψηλὸν καὶ λαμπροφανὲς ἅγιον ἐκ θείου ὄρους τῆς ἁγίας Νίκαιας δογματικῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἱερέων συνόδου· ὁρῶν μάλιστα τὸν προφήτην κατανεύοντά μοι τῇ χειρὶ καὶ παρορμῶντα· διότι φησὶν, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ιακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ιερουσαλήμ. ἀληθῶς γὰρ Σιὼν ἡ Ιερουσαλὴμ, καὶ ὄρος κυρίου ὑψηλότατον, ἡ οἶκος τοῦ θεοῦ Ιακὼβ ὁ θεῖος ἐκεῖνος τῶν ἁγίων θεοῦ ὀρθοδόξων ἱερέων ὅμιλος, πνεύματι ἁγίῳ διαπεψαμένων καὶ θεοπνεύστων διὰ τε γραφῶν προφητικῶν καὶ εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, τοῦτ' ἔστι τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὡς ἀληθῶς ἄκτιστος τῇ τοῦ θεότητος φύσει, καὶ ἐκ πατρὸς· καθὼς ὁ θεομάχος καὶ ἀσεβέστατος κατ' αὐτοῦ ἐβλασφήμησεν Ἄρειος καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἧς ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἀπάντων ἀρχὴ πατὴρ, καὶ τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, ἀφίσται ἐδείχθη. καὶ ἀληθῶς ὑψηλὸν ὄρος θεοῦ, πόθεν ἡμῖν· καθὼς προεδήλωσεν ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου, διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁδηγῶν, καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων τῶν Νικαίων γραφικαῖς μαρτυρίαις τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος πεποίηκε ὁ λόγος, ἀλλ' ὅπῃ τῷ προκειμένῳ ἡμῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς

σίας ἡμᾶς ἐπανέλθωμεν, ἐπιλαβόντες τὸ πρὸ τῆς τοῦ Βασιλέως ἡτῦ, εἰς τὸν αὐτὸν λαὸν ἀπηδήσεως, καὶ τῆς τῶν τυράννων καθαιρέσεως. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς αὐτὸν τὸν θεοφιλῆ Κωνσταντῖνον τὸν Βασιλέως· λέγω δὲ αὐτὸν ἀρχαίως ἐπιτυχόντα τῆς κατὰ τὸν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ἐκκλησίαν, ὁ μόνος μέγας κύριος, ὁ ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος, καὶ ἀντιχρίσας, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ὁ ἀλλοιῶν καιροὺς καὶ χρόνους, μεθιστῶν Βασιλεῖς καὶ καθιστῶν, ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα· καθίλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς· πλουτοῦντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουσίους ἐξαπέστειλε κενούς, καὶ βραχίονας ὑπερηφάνων συνέτριψεν· ὁ θαυματουργὸς, ὁ μεγαλουργὸς, ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ παράδοξος, ὁ εἷς καὶ μόνος θεός· ᾧ τὸ καινὸν ᾆσμα ἀναπέμπωμεν, πεποιθότες τῷ παντὶ θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς. ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ κύριος. ἐφ' οἷς ἅπασιν ἀνυμνοῦντες μὴ ἀφιλοκάλως ἔχωμεν τὸν τοῦ ὅλων θεὸν, καὶ τὸν τούτου μονογενῆ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν σὺν τῷ πατρὶ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον, τὸν τῆς θεογνωσίας αὐτοῦ διδάσκαλον, τὸν τῆς εἰς αὐτὸν ὁσιβείας διδάσκαλον, τὸν τῶν ἀσεβῶν ἐλεγκτὴν· τὸν τυραννοκτόνον· τὸν δὲ βίου διορθωτὴν, τὸν τῶν ἀπογνωσμένων σωτῆρα Ἰησοῦν, ἐν ᾧ σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι πάντες δοξάζομεν· ὅτι δὴ μόνος, οἷα παναγάθου πατρὸς μονογενὴς ὑπάρχων παναγαθὸς πᾶς, ἐν βουλῇ τῆς πατρικῆς, καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ἁγίους πόνους φιλανθρωπίας τῶν κάτω που κειμένων ἐν φθορᾷ τὸν σωτήριον ἡμῶν προμηθούμενος, εὖ μάλα προθύμως τὸν ἡμέτερον ὑποδὺς φύσιν, καθάπερ τις ἄρχων ἰατρὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβὼν, καὶ τὰς νόσους φέρων, καὶ τύπτων καὶ αἰῶν σωτήριον καὶ ζωὴν τῷ τῶν ἀνθρώπων καταρχόμενος γένει. ὃς δὴ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ τοῦ ἰδίου λαοῦ αἰῶν προμηθούμενος, τὸν αὐτοῦ φίλον καὶ θεράποντα ἴδιον Κωνσταντῖνον, τοῖς τῆς εἰς αὐτὸν δυσβείας καὶ πίστεως ἄπαλοις φρένας, καὶ τῶν ἀσεβῶν τυράννων, τοῦ τε καὶ Ῥωμίου Μαξεντίου, καὶ τοῦ καὶ τὴν ἀνατολὴν Μαξιμίνου ἀναιρήσεων· οὓς δὴ αὐτὸς αἰτίλων, φαιδρὰν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην τῷ οἰκείῳ λαῷ δεσποδίδωκεν.

A Ecclesiasticæ historiæ argumentum reuertamur, repetentes ea quibus Deus populo suo subuenerit, & tyrannos è medio sustulerit per dilectum seruum sunm Imperatorem Constantinum: quã per eumdem pacem conciliauerit omnibus in toto orbe Ecclesijs. Solus magnus Dominus, qui facit mirabilia magna solus, & inscrutabilia, quorum non est numerus: qui occasiones & tempora commutat: qui deponit reges & constituit: suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles à terra: esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, & brachia superborum contriuit: qui est rerum admirabilium opifex, qui magnarum architectus, qui vniuersarum Dominus, qui totius mundi fabricator, qui omnipotens, totus bonus, vnus & solus Deus. cui nouum canticum cantemus, obsequentes ei qui facit mirabilia magna solus, quoniam in sæculum misericordia eius: ei qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes, quoniam in sæculum misericordia eius: quia in humilitate nostra recordatus est nostri Dominus. Ob hæc omnia numquam desinamus celebrare vniuersorum Deum, & vnigenitum eius filium IESVM Christum, dominum nostrum, illum cum Patre omnium bonorum nobis auctorem, diuinæ cognitionis interpretem, veræ erga ipsum pietatis magistrum, impiorum euersorem, interfectorem tyrannorum, vitæ nostræ moderatorem, & nostrum omnium, cum reiecti & repudiati essemus, saluatorem IESVM, vno omnes ore, vnoq. corde celebremus: quòd solus tamquam optimi Patris optimus Filius, paterna sua ipsius & Spiritus etiam sancti clementia, saluti nostræ, cum in peccatorum corruptione & sordibus iaceremus, prospicere cupiens, naturam nostram libenter induerit: & tamquam optimus medicus, infirmitatem nostram subleuans, & morbos auferens, tunc & semper salutem & vitam nostro generi restituerit. qui Rex regum populi sui curam agens, dilectum seruum suum Constantinum pietatis erga se & Fidei armis munitum, in impios tyrannos, Maxentium Romæ, & Maximinum in Oriente concitauit: quibus per illum è medio sublatis, summam & tranquillam pacem populo suo reddidit.

Psal.135. Esa.lib.10. init.cap.4. Psal.135. Iob 5. Psal.112. Luc.1.

Psal.135.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΙΚΙΝΙΟΥ ΚΑΚΟΤΡΟΠΙΑΣ.

DE PRAVIS LICINII MORIBVS.

CAP. X.

Ὅτι δὲ οὐδὲ ἄρα, φησὶν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ, τῷπερ φιλοπονήρῳ δαίμονι φορητὸς ἡ τῶν ὁρωμένων θέα· ὥσπερ οὖν οὐδὲ Λικινίῳ μεταστάντι ἐπέτυχεν αὐτάρκη πρὸς σωφρονισμὸν τὰ τῆς ἔμπροσθεν διεληλυθυίας τυράννοις συμβεβηκότα· ὡς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, τῆς βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου δεσποτείας τε καὶ συγγενείας ἀξιω-

VErum neque inuido probitatis hosti (inquit Eusebius Pamphili) omnisq. impietatis fautori diabolo, harum rerum spectaculum tolerandum videbatur: neque itidem Licinio velut iam mutato, ea quæ tyrannis prioribus obtigerant, satis exempli ad modestiam & animi moderationẽ excolendum dederunt. Qui cùm imperio prospere frueretur, & secundus in honore post Imperatorem Constantinum magnum obtineret, & coniunctione atque affinita-

lib.10.cap.8.

te

te eius dignus habitus esset: relicta tamen præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum tyrannorum mores æmulatus est: & quorum miserum vitæ exitum oculis conspexisset, eorum perditam mentem sequi maluit, quàm in præstantioris viri amicitia atque proposito perseuerare. Inuidia enim contra Constantinum, à quo plurima beneficia accepit, inflammatus, pestiferum & crudele bellum illi infert: non naturæ leges reueritus, non iurisiurandi, non sanguinis, non fœderum recordatus. Constantinus enim tamquam optimus princeps, quo in eum clara veræ beneuolentiæ indicia ostenderet, suam ipsius affinitatem illi non inuidit, illustres nuptias
Idem. sororis illi non denegauit. & post pauca: Sed impius iste Licinius contraria his admittere, omnes machinas quotidie contra præstantiorem excogitare, omnes insidiarum vias inuestigare cœpit, vt pro summis beneficijs maleficia penderet. quibus hæc insuper addit: Verum Deus Constantino (inquiens) amicus fuit, curator eius & custos, qui insidias in occulto & tenebris ei à tyranno comparatas, in lucem produxit atque patefecit. Tanta igitur sunt & tam sancta pietatis arma, vt non solum ad depulsionem hostium, sed ad salutis etiam nostræ propugnationem satis præsidij habeant: quibus sanctissimus Imperator noster præclare septus, multiplices & callidas execrabilis hostis insidias diuino auxilio effugit. Licinius deinde vbi clandestinos conatus suos neutiquam ex animi sententia succedere vidit (Deus enim omnem dolum ac fallaciam pio Imperatori aperuerat) nec posset amplius facinus suum celare, bellum palam mouet: ac dum cum Constantino bellum suscipere constituit, iam etiam contra vniuersorum Deum Constantini custodem, quemq. norat Constantinum colere, aciem instruere instituit: & ab eo tempore pios homines imperio suo subditos misere vexauit. & post alia quædam: Modus autem & ratio cædis qua eos perdere constituit, peregrina fuit, & antea numquam vlla sæculorum memoria audita: ceterum eas, quæ prope Amasiam sunt, & reliquas Ponti ciuitates, quantis malis affligi iussit, omnem etiam exuperantiam crudelitatis superât. Illic ex Ecclesijs Dei alias deiecit & solo adæquauit, alias occludi iussit, ne quisquam eorum qui eas frequentare consueuerant, eo commearet, neve debitos cultus & vota Deo redderet: non enim pro se illa fieri existimabat (quomodo enim aliter cogitare potuit qui Deum odit? praua conscientia illud secum ipse reputans,) sed nos pro Imperatore pio Constantino omnia exequi, & Deum placare persuasum habuit. Hac itaque opinione concitatus, omnem furoris sui impetum in nos intorquere statuit. & paulo post: Multi Episcoporum sine causa abripiebantur ad supplicium, & puniebantur tamquam sicarij, qui nihil mali commiserunt: nouum mortis genus subierunt: corpora eorum primum gladio in multas particulas dissecabantur, deinde post crudele illud & horrendum spectaculum in altos maris gurgites quo à piscibus deuorarentur abijciebantur. his accessérant

A ἡξιωμένος, μιμήσεως μὲν τῆς τῶν καλῶν ἀπελιμπάνετο· τῆς δὲ τῶν ἀσεβῶν τυράννων μοχθηρίας ἐζήλωτὴν κακοτροπίαν· ἐφ' οἷς δὴ βίᾳ τὸν καπηρυφὸν ἐπεδέν αὐτῆς ὀφθαλμοῖς, τούτων ἔπεσθαι τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ τοῦ κρείττονος φιλίᾳ τὸ ἄμφω ἐμμένειν ἠβούλετο. διαφθαρεὶς γὰρ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν τῷ πανδεινοτάτῳ πολέμῳ δυσμαχῆ καὶ δεινότατον πρὸς αὐτὸν ἐκφέρει, ἀ φύσεως νόμων φεισάμενος, ἀχ ὁρκωμοσιῶν, ἀχ αἵματος, ἀ συνθηκῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαβών. ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ, οἷα πατρὶ ἄριστος βασιλεύς, ἀνοίας τε ἔχων ἀληθοῦς σύμβολα, συγγνώμης δ' οὐκ ἐφθόνησε· γάμων τὸ λαμπρῶν ἀδελφῆς μετουσίαν οὐκ ἀπηρνήσατο. καὶ μεθ' ἕτερα· ἀλλὰ τούτοις τὰ αἰσιώτατα Λικίνιος διεπράξατο, παντοίας ὁπωσοῦν καὶ τοῦ κρείττονος μηχανὰς ἀπατηχώμενος ὁ μιαρώτατος, πάντας τὰ ἄριστα βουλῆς τρόπους, ὡς ἂν κακοῖς τὸν ἀνίκητον ἀμείψηται. οἷς ἐπιλέγει· τῷ δὲ ἱερὰ ὁ θεὸς φίλος, κηδεμὼν δὲ φύλαξ, τῷ Κωνσταντίνῳ, λέγων, ὃς αὐτῷ πᾶς ὁ λανθάνων καὶ σκότῳ μηχανωμένας ὑπὸ τοῦ τυράννου ἐπιβουλὰς εἰς φῶς ἄγων διήλεγχε· τοιοῦτον ἀληθῶς τὸ μέγα τοῦ θεοσεβὲς ὅπλον πρὸς ἅμιλλαν μὲν ἐχθρῶν, οἰκείας δὲ φυλακὴν σωτηρίας ἰσχύει. ᾧ δὴ πεφραγμένος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, τῇ σὺν θεοῦ βοηθείᾳ, πᾶς ἁ δυσωνύμου πολυπλόκους ἐπιβουλὰς διεδίδρασκεν. ὁ δὲ τύραννος τὴν λανθάνουσαν ἀδόλῳ ὡς ἀδαμῶς εἰσέρα κατὰ γνώμην χωροῦσαν, τοῦ θεοῦ πάντα δόλον τε καὶ ῥᾳδιουργίαν τῷ θεοφιλεῖ βασιλεῖ καταφέροντος, οὐκ ἐπ' οἴοις τ' ὢν ὑπερβάλλεσθαι, ἀφανῆ πόλεμον αἴρεται. ὁμόσε δὴ τῷ Κωνσταντίνου πολεμίοις Μαγεῦσι, ἤδη καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ὡς θρασυτάτου Κωνσταντίνου, ὃν ἠπίστατο σέβειν αὐτὸν, ὡς ἀπιθέσθαι ὥρμηται· κἀπτόμενος τοὺς ὑπ' αὐτῷ θεοσεβεῖς ἠλαύνει. κἀ μεθ' ἕτερα· καὶ ὁ τρόπος ἦν τοῦ κατ' αὐτῶν φόνου ξένος τις ἰδεῖν, καὶ οἷος οὐδὲ πώποτε ἠκούσθη. τὰς γὰρ περὶ τὴν Ἀμάσειαν κατὰ τὰς λοιπὰς ἅπαντα πόλεις ἔστιν ὅσας κακοῖς πλείοσι κατεσείσατο, πᾶσιν ὑπερβολὴν ὠμότητος ὑπερηκόντισεν. ἐν δὲ τοῖς ἐκπλήκτοις ἦν, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὖθις κατέρριπτον, πᾶς ἂν δοκιμεῖος ἐπίλοιτο, ὡς αὐ μὴ σωφρονεῖν τις τὰ εἰωθότα, μηδὲ τῷ θεῷ τὰς ὀφειλομένας λατρείας ἐν δίκαις ἀποδιδῶσι. σωπηλοῖς γὰρ ἀχ ἥκιστα ὑπὲρ αὐτοῦ πώποτε· πῶς γὰρ οἷόν τε ἐν τοῦτο ἐννοεῖν τὸν μισόθεον Φαύλῳ σωφρονοῦντα λογιζόμενος· ὑπὲρ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως πρᾶξαι ἡμᾶς, καὶ τὸν θεὸν ἱλεοῦσθαι ἐπίστο. ὅθεν ἐκ πάντων προορμηθεὶς, τὸν θυμὸν κατ' ἡμῶν ἀπεσκήψει. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ δὴ ἀπήγοντο πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ ἐσφάζοντο ἀποφάσεως, ὁμοίως τοῖς μιαιφόνοις οἱ μηδὲν ἠδικηκότες, καὶ ποτὲ μὲν ὑπομένοντες πλῆθος, ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακερματούμενοι, ἐκ μέσης τῶν ἀπηνεστάτων καὶ φερεκτοτάτων θηρίων, τοῖς τῆς θαλάσσης βυθοῖς, τοῖς ἰχθύσιν εἰς βορὰν ἐρρίπτοντο. φυγαὶ δὲ αὖθις

B

C

D

E

αὖθις ἅπὶ τούτοις τῶν θεοσεβῶν ἁπάντων ὁμοῦ αὐ- A ferant piorum omnium fugæ, virorum pariter &
θρῶν καὶ γυναικῶν σὺν νηπιοθῇ νηπίοις ἐγίνοντο· καὶ mulierum atque etiam infantium: & ex Dei ser-
πάλιν ἀγροὶ, ἐ πάλιν ἐρημίαι, νάπαι τε καὶ ὄρη τοὺς uis alij in agros, nonnulli in solitudine, quidam
ἔ χειρὸς θεράποντας ὑπεδέχοντο, κ᾽ πάντων ἀσε- in siluas sese abdiderunt, cùm æque omnibus
βεστάτων ἔ δυσσεβὴς ἦρε πόλεμον. ἐ μ᾽ βραχέσι nefarius ille bellum indixisset. Et paucis interie-
σὶ μὴ πάσχειν τὸ μέλλον ἐσπευδε σφαλεῖσιν ὁ τῶν ὁι- ctis: Nisi Deus seruorum suorum propugnator Cap. 9.
κείων ψυχῶν ὑπέρμαχος θεὸς, ὡς ἐν βαθεῖ σκότῳ celerrime quod futurum erat præuertisset, &
καὶ νυκτὶ ζοφωδεστάτῃ φῶς τι μέγαν ἀθρόως, καὶ Constantinum famulum suum tamquam lucis
σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε τὸν αὐτοῦ θεράποντα quoddam splendidum iubar in obscuris tenebris
Κωνσταντῖνον ὑψηλῷ βραχίονι, χειραγωγήσας δὲ χειρὶ & caliginosa nocte repente ostendisset, & velut
κραταιᾷ· τούτῳ μὲν οἷα ἄρωγὴν ἐξ ἀέθλων liberatorem excitasset omnibus, & excelso bra-
καρπὸν εὐσεβείας ἐπάξιον τρόπαια κ᾽ τῶν ἀσεβῶν chio ac generosa manu duxisset: cui quidem tro-
παρεῖχε νίκης, τὸν δὲ ἀλιτήριον αὐτοῖς συμβούλοις B phæa victoriæ contra impios, quasi fructum ip-
ἅπασι καὶ φίλοις ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου καὶ πρώτου sius pietati debitum cælitus largitus est. Sacri-
κατέβαλεν, ὁ Κωνσταντίνου κ᾽ πάντων ἡμῶν θεός. ὡς legum autem illum vna cum consiliarijs omni-
γὰρ εἰς ἔσχατα μανίας τὸ κατ᾽ αὐτὸν ἤλασεν, οὐκ ἔτ᾽ bus & amicis sub Constantini pedibus prostra-
ἀνεκτὸν εἶναι λογισάμενος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ uit, Constantini & nostrum omnium Deus.
τῷ θεῷ φίλος, τ᾽ ἔμφυτον σώφρονα κ᾽ ἀνεβᾶ συναγα- Nam vbi eius insania ad extremam progressa est
γὼν λογισμὸν, καὶ τὸν ἐπ᾽ ἀρετὴν ἔ δικαίᾳ τρόπον φι- amentiam, Imperator Deo charus non amplius
λανθρωπίᾳ κεκραμένος, ἐπαμυνῶν κεῖνα τοῖς ferendum putauit, sed insita sibi & modesta ani-
ὑπὸ τῷ τυράννῳ παλαιπωρουμένοις, ἔ τ᾽ γε πλεῖστον mi ratione piaq. rem reputans, atque seueram
ἀνθρώπων ἦρος, βραχεῖς λυμεῶνας ἐκποδὼν ποιη- iuris regulam cum humanitate & clementia tem
σόμενος, ἀνασώσασθαι ὡρμᾶτο· μόνῃ γὰρ φιλανθρω- perans, eos qui tyrannidis iugo opprimebantur,
πίᾳ χρωμένῳ ἔ φιλανθρωποτάτου βασιλέως Κων- iuuandos censet, atque paucis nefarijs è medio
σταντῖνος τὸν σὺν τούτῳ χρόνον, καὶ τὸν ἀ συμπαθείας sublatis, multos mortales incolumes seruare
ἄξιον ἐλεῶντος, τῷ μὲν δυσσεβεῖ αὐτοῦ ἐγίνετο πλέον properat. Nam cum antea Imperator huma- C
ὀδύνη, τ᾽ κακίας ὧν ἀπαλλαττομένῳ, αὔξοντι δ᾽ μᾶλ- niissimus sola clementia vsus fuisset, & misera-
λον τὸν κ᾽ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν λύπαν· τοῖς δὲ tus esset nulla commiseratione dignum, impio
κακουμένοις ἀδημία μὲν σωτηρίας ἐλπὶς, ὑπὸ δ᾽ φρῦ quidem illi à prauitate neutiquam decedenti,
θεμένοις καταπονουμένοις. διὸ δὴ τῷ φιλανθρώπῳ sed potius rabiem suam contra gentes sibi subie-
μίξας τὸ μισοπόνηρον ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς, ᾧ- ctas augenti, nihil clementia illa profuit: affli-
σιν ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ φιλανθρωποτά- ctis vero & ab immani illa bellua diuexatis, nul-
τῳ ἀπὸ τῆς ἑσπερίου τῆς μεγίστης Ῥώμης ὀρθὴ τῷ la plane fuit salutis spes relicta. Quapropter bo-
ἑῴᾳ κ᾽ τοῦ τυράννου, σωτηρίας δεξιὰν ἅπασι τοῖς norum ille subministrator Constantinus, nequi- D
ἀπολλυμένοις ἑαυτίνας, παμβασιλεῖ θεῷ καὶ παιδὶ tiæ odium cum humanitate permiscens, simul
Χριστῷ σωτῆρι, πάντῃ κ᾽ συμμάχῳ χρώμενοι, πα- cum Crispo filio, principe humanissimo, ab Oc-
τὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἅμα υἱῷ βασιλεῖ Κρί- cidentis vrbe maxima Roma in Orientem con-
σπῳ, ἅμφω κύκλῳ διελόντες τὸν κ᾽ τῶν Ἠθμίσων tra tyrannum proficiscitur, salutarem dextram
ὠθισμὸν, ῥᾳδίαν τὴν νίκην ἀπεφέροντο, τῶν κ᾽ omnibus pereuntibus porrigens: pater simul ac
τὴν συμβολὴν πάντων ἐξαμαρτόντων αὐτοῖς κ᾽ filius, Deo patre rerum vniuersarum rectore,
κ᾽ γνώμην ὑπὸ ἓ παμβασιλέως θεοῦ· καθά φη- & Christo filio omnium saluatore, duce & auxi-
σιν ὁ φιλαλήθεστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφίλου liatore vtentes, vndique acie contra impios cir-
Παμφίλου. Ῥουφῖνος δέ φησιν, οὐ ἐ μηδεμίαν μοῖραν cumiecta & disposita, perfacilem reportant vi-
τῶν γεγενημένων ἐπὶ Λικινίου πραγμάτων ἐμνημό- E ctoriam: cùm omnia in eo conflictu ex animi
νευσεν, ὅμως καὶ αὐτὰ τὰ λεχθέντα τοῦ συγγραφέως sententia ipsis præparata essent ab omnium im-
ἀναλεξάμενος, ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ· φησὶ γοῦν peratore Deo, vt testatur veritatis studiosissi-
Λικίνιος μὲν ἦν ὁ συμβασιλεύων, αὐτῷ δηλονότι τῷ mus Eusebius ille Pamphili tantopere celebrati.
βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τὰς ἑλληνικὰς ἔχων δόξας, ἐ- Rufinus vero licet nullam fere partem rerum à
μισεῖ χριστιανοὺς, κ᾽ διωγμὸν μὲν οὐ φανῇ κατ᾽ αὐ- Licinio gestarum commemorauerit, tamen sin-
τῶν φόβῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κινεῖν ἐπε- gulas illius voculas velut in vnum corpus colli-
κύλλετο· λεληθότως γ᾽ πολλοὺς ἐσφαγιάζετο, πλείους gens huic commentario inferam. sic inquit ille:
γ᾽ φανερῶς τὸν κ᾽ πάντων διωγμὸν αἴτιος ἐν τοῖς Licinius qui vna cum Constantino Imperatore
τῆς ἀνατολῆς τόποις· ὡς ἐ πολλοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀναδειχθῆναι ἐν διαφόροις τόποις· ἐκ δὲ τούτου regnabat, Græcis opinionibus imbutus, odisse
εἰς ἀπέχθειαν τὸν πρὸς αὐτὸν μείζονα τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐκίνησεν· ἦσαν γ᾽ πρὸς ἀλλήλους πολέμιοι.

ᵃ Ἠθμίσων

Hæc quidem ille.qui vero Eusebij veritati adhærere malunt, aiunt Imperatores ambos,patrem Constantinum & Crispum filium diuiso exercitu contra impium tyrannum profectos, Crispum quidem filium cum copijs suis in Asiam iter intendisse, patrem vero cum satellitibus suis per Europam viam confeciſſe. Impurus ille tyrannus impietate pariter & cæde pollutus,ex Oriente exercitum numerosum ducens contra eos, & magna spirans,Nicomediam venit: & cum probe sciret, pium principem Constantinum Dei sacerdotes magna obseruantia colere, & summo in honore habere, Eusebium Nicomediæ Episcopum, qui iam antea illius partibus adhæserat, contra religiosum Imperatorem mercede conducit, existimans per illum & illius socios, Constantinum inexpugnabilibus Dei armis munitum è medio tollere. Societatem ergo cum Licinio init admirandus ille Eusebius, multis promissionibus ab impio illo inductus: atque hæc ita se habere,ex ipsius Christiani Imperatoris Epistola, quam ad Nicomedienses misit, compertum esse potest. Sic enim in fine illius Epistolæ ait: Quis innocentem multitudinem illa docuit? Eusebius videlicet tyrannicæ crudelitatis socius. Nam quòd excubaret & omnino vigilaret pro tyranno, ex multis illius rebus gestis facile potest intelligi: siquidem istud Episcoporum, eorumq. vere Episcoporum cædes testantur:istud crudelissima Christianorum persecutio palam clamat. Neque certe de ijs quæ contra me egit, hoc loco verba faciam, per quæ aduersariorum contra me concursus, quantum fieri poterat maxime procurabantur, qui oculis tamquam speculatoribus me obseruauit: quin etiam ministerio prope militari, quò tyranno opem ferret, perfunctus est. Ac nemo existimet me imparatum,minusq. instructum esse etiam ad istas res, si opus fuerit, certissimis argumentis confirmandas. verissime enim ostendi potest, tum presbyteros, tum diaconos à me manifesto deprehensos qui Eusebium assidue stipabant. Sed hæc non eo dicuntur à me, quòd ipse ea graviter & iniquo animo feram, sed quo eos suæ ipsorum pudeat insaniæ. Illud solum metuo, illud animo verso, quòd vos video in huius criminis societatem vocari: nam institutione Eusebij & conuersatione, conscientia vestra à veritate deflexit. Verum huius rei expedita est & facilis curatio: si modo Episcopum fidelem & integrum nacti, oculos ad Deum denuo conuerteritis: quod quidem in præsentia est in vestra situm potestate, quodq. etiam dudum vestri arbitrij fuisset,nisi Eusebius ipse, de quo dixi, prauo eorum qui eum iunerunt consilio huc præceps ruisset, & rectum eligendi ordinem impudenter conturbasset. Sed quoniam mihi de hoc ipso Eusebio pauca apud vos dicenda sunt, quæso libenter attendite. Non vos præterit Concilium Nicææ celebratum,cui ipse, sicut conscientiæ meæ mu-

Apud Theodor. lib. 1. hist. c 20.

A τῶν μὲν οὕτως· οἱ δὲ λοιποὶ, ὅσοι τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου αἱρέσεως συνήγοροι, διελέγχεις, φασὶν, ἀμφω τὼ βασιλεῖ, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς, καὶ υἱὸς Κρίσπος βασιλεὺς ἐξ ὑπεναντίας τοῦ ἀσεβοῦς τυράννου ὡρμῆσθαι. ὁ μὲν οὖν υἱὸς Κρίσπος ἐπὶ τὰ ἑῷα τῆς Ἀσίας μέρη σὺν τῇ αὐτοῦ φρατρίᾳ τὴν πορείαν ποιούμενος· ὁ δὲ πατὴρ Κωνσταντῖνος ἐξ ἑσπέρας τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις τὴν ὁδὸν διέκοπτεν. ὁ δὴ μισόθεος καὶ πάσης ἀσεβείας ἐχθρὸς καὶ μιαιφονίας ἔμπλεως ἐξ ἀνατολῶν μὲν τοιοῦτον ὅσον φρατρὸς κατ' αὐτὸν ἀφηρημένος, καὶ μεγαλαυχῶν ἤρχετο. Φθάσας δ' ἐν B τῇ Νικομηδείᾳ, ἐγνωκὼς ἐκ εἰδώλων τὴν τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ψυχὴν σέβεσθαι τοὺς τοῦ θεοῦ ἱερεῖς, καὶ ὅτι δὴ πάσης ἄρα ἡμῖν, μισοθεοπῆ τὸν τῆς Νικομηδέων ἐκκλησίαν Εὐσέβιον, πάλαι προσφυᾶ αὐτοῦ ὄντα, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου, εἰσόμενος δ' αὐτοῦ ἐκ τῶν ἀμφ' αὐτὸν αὐλικῶν τὴν τῆς τοῦ θεοῦ προφυλαττούσης ἀκαταμαχήτοις ὅπλοις Κωνσταντῖνον. σωτήριος οὖν αὐτῷ ὁ θεομισὴς Εὐσέβιος ἐπαγγελίαις λιπαρηθεὶς ὑφ' ἑαυτοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ Δικινίᾳ. καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐξ αὐτῆς τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ὑπηκοΐας ἔνεστι πληροφορηθῆναι, C ἣν τῇς Νικομηδείσιν ἐπέστειλεν, ὧδέ πως λέγων πρὸς τῷ πόλει τῆς ὑπηκοΐας· τίς ἐστιν ὁ τοῦτο διδάξας οὕτως ἅπαντα πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. ὅτι γὰρ παντοκρατοῦς τυράννου μεγίστην προφύλαξ, πολλαχόθεν ἐστὶ συνορᾶν. τοῦτον μὲν οἱ τῶν ὑπηκόων σφαγεῖς διαμαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὑπηκόων, τοῦτο δ' ἡ καλεπωτάτη τῶν χριστιανῶν ἐκδίωξις διαρρήδην βοᾷ. ἐδέησε γὰρ τῶν εἰς ἐμὲ μεγίστων παρ' αὐτοῦ νῦν ἐρῶ, δι' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τ' ἐσαπίων μιξεῶν καθ' D ἡμῶν ἐπεσαγμάτουντο συνδρομαί· οὕτος δ' ὀφθαλμοὺς κατασκόπους ἔπεμπε κατ' ἐμοῦ, καὶ μόνον οὐκ ἐκ τοῦ πάλας τῷ τυράννῳ συνεπιφέρειν ὑπουργίας. μηδ' ἐμέ τις οἰέσθω εἶναι πρὸς τὸν τούτων λόγον ἀποδείξιν ἀναδέχεσθαι· ἔλεγχος γὰρ ἐστιν ἀκριβὴς, ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους δ' τοὺς διακόνους τοὺς Εὐσεβίῳ ὑποπεπτωκότας φανερῶς ὑπ' ἐμοῦ συνειλῆφθαι, συνέστησεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρ' ἡμῶν νῦν οὐκ ἀναπεφώνηται ἔτι, ἀλλ' εἰς αἰχμὴν ἐκείνων προκεκλίκαμεν. ἐκεῖνο μόνον δ' ἐρῶ, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τὸν τοῦ ἐγκλήματος καλεῖσθαι κινδυνον· διὰ γὰρ τῆς Εὐσεβίου διαγωγῆς τε, καὶ διαφθορᾶς, συνέβησαν κεχωρισμένῳ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἀληθῶς. ἀλλ' ἔστι γὰρ βεβαία γνῶσις, εἴ τι ἀδέσποτον πίστει δ' ἀκέραιον νῷ γοῦν λαβόντες, πρὸς θεὸν ἀπίδητε· ὅπερ δὴ τοῦ παρόντος ἐστὶν ὑμῖν, ἃ καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἠρτῆσθαι, εἰ μὴ ὁ πεπωρωμένος Εὐσέβιος δεινῇ τῶν τότε συλλαβομένων αὐτῷ πανουργίᾳ ἐντεῦθεν ἐλελύθει, καὶ τὸν τῆς πόλεως ὀρθότητα αἰσχύνης· συνεπισπάσηται. ἀλλ' ἐπεὶ δὴ πρὸς τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου πρὸς τὸν ὑμέτερον ἀγαπητὸν ἐλίσσει πρόσωπον φέρεται, μακροθύμως ἀκούσατε. μέμνησθε ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία, ὅτι τῆς Νικαέων πόλεως μεθῆκεν ἀνόσιον ὑπόκρισιν· ἣ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πεισθέντος τῇ τῆς ἐμῆς ἀναιδήσεως

λατρείᾳ

*ἀπεκρίνατο
ἀπεκρίνατο.*

*παρεκρίνατο
παρέκρινεν.*

λατρείας παρήμην· ἄδην ἕτερον βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸ πάντων ἐλέγξαι καὶ διορθώσασθαι τὸ πραγμα ὅτι, ὁ τὴν μὲν ἀρχὴν εἰληφὼς ἀπὸ τῆς Ἀρείου τοῦ Ἀλεξανδρίως ἀνοίας, ἰσχυροποιῆσαι ἢ ἀθρόαν ἐπιβολὴν ἀπὸ τοῦ Εὐσεβίου αὐτοῦ τινὸς καὶ ἀληθοῦς ἀπωδῆς. ἀλλ' αὐτὸς οὗτος Εὐσέβιος, πρὸσφιλέσατοί καὶ ἡμῶν πατρὶ, μεθ' ὅσης νομίζει συνοδρομῆς, ἅτε δὴ ἀπὸ τοῦ συνειδότος αὐτῷ ἡττώμενος, μεθ' ὅσης ἢ αἰσχύνης τῇ παντοχόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ αὐτοῦ συνίστατο, ἀναπέμπων μὲν μοὶ διαφόρους τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀξιοῦντας, ἐξαιτούμενος ἢ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν τινὰ, ὅπως μὴ δίκῃ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήμασι, τοῦ ὑπαρχούσης αὐτῷ ἐκπέσοι λαμπρότητος; μάρτυς ἐστί μοι τούτων αὐτὸς ὁ θεὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλανθρώπως διαμένοι· ὅτι καὶ ἐμὲ αὐτὸς ἐκεῖνος Εὐσέβιος ἀπειρήκει ἢ ἀπρεπῶς ὑφήρπασεν, ἀλλ' ἡ θεία με πρόνοια δίκῃ τῶν ἀλλοτριωτάτων αὐτοῦ ὁδὸν ἐπανήγαγε· ὁ δὲ ὑμᾶς ἐπίγνωτε καὶ διηγώσασθε. πάντα μὲν γὰρ ἐπράχθη παρ' αὐτοῦ τότε, Εὐσεβίου τοῦ αἰσίου λέγω, καθὼς αὐτὸς ἐπύθει, σὺν ἑτοίμῳ κακῷ δίκῃ τῆς αὐτοῦ ἀλλοτριότητος ἀποκυμβάλοντος· ἀλλὰ πρώην, ἵνα τὰ λοιπὰ τοῦ τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ Θεογνίου, τοῦ τῆς αἰσίας αὐτοῦ προαιρέσεως ἴχνη κοινωνὸν διεπράξατο, ἀκούσατε, παρακαλῶ. Ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐντεῦθεν ἐκκλίνειν ἀποστολὴν ἐπιδὴ ἀπὸ τούτων ὑπηρετούσης ἀνοίας ἠγείρετο πυρός· ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ θεῖοκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τοῦ συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν ἐπιτρέψαι, καὶ μόνον ἰδέσθαι ἐκείνους, καὶ παρ' ἑαυτῆς ἠσφαλίσατο, ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τοῦ τρόπων κακοηθείας. ἀφ' ὅτου δὲ τοὺς ἀχαρίστους πόνους ἔκεινα πρᾶξαι. ἀφικομένους γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσαν ὡς πρέσβεις ἐξορισθῆναι. νῦν ἡμέτερόν ἐστι πρὸς τὸν θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν, ᾗ πάντα καὶ γεγόνασι καὶ ἐσμὲν ἡμεῖς καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ἵνα θεοσεβοῦς αἰῶνός τε καὶ ὀρθοδόξου καὶ φιλανθρώπου ἔχοντες χαίρωμεν. ἅπερ ἂν πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἕτερον, ἀπροσωπήτως ἐξαφθῆναι πλημμελοῦσι, πρόδηλα τοῦ ἰδίας πλάνης, ἀφ' ὧν ἔστιν ἡμῖν, εὐσεβείας ἀπαστράπτειν. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. πάσῃ δὲ τῇ πίστῃ ἡ θεοφιλὴς βασιλέως Κωνσταντίνου θεσπεσία εὐσέβεια ἐσπούδασε· ἧς καὶ ἀσεβοῦς Εὐσεβίου καὶ Νικομηδείας, ὃς πρόσφυλαξ ἦν μόνον γέγονε καὶ ζηλωτὴς Λικινίου, ἀλλὰ καὶ συμμύστης καὶ ὑπουργὸς τῶν ἐκείνου τυραννίδος τε καὶ ἀσεβείας. βαθεῖ δ' ἐστὶν ὅτι τῷ προκειμένῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπόθησαν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΑΣΕΒΟΥΣ Λικινίου νίκης καὶ θεοφιλοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

ΛΙκινίος μέντοι σὺν στρατῷ τῇ σὺν αὐτῷ δὴ τὴν Νικομηδέων ἐξορμήσαντος, ὅτι τὸ Βυζάντιον καὶ τοῦ

nus postulabat, interfui: non alio sane animo, quàm vt rum concordiam inter omnes constituerem, tum omnium maxime vt reprimerem penitus & submouerem eam rerum perturbationem, quæ ex Arij Alexandrini amentia orta, illico ex absurdo & pernicioso conatu Eusebij vires collegit. Nam quanta concursione, amantissimi honoratissimiq. fratres, putatis istum Eusebium, vtpote ipsa conscientia conuictum, quanta cum ignominia, mendacijs vndique deprehensis aggressum esse, primum certos quosdam homines subornare qui pro eo deprecarentur, deinde à me auxilium petere, ne tanti sceleris damnatus, de honoris sui gradu dejceretur? Huius rei testis est mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adsit, quòd & meũ peruertit iudicium, & turpiter à veritate abduxit. Sed diuina prouidentia ad rectam me reduxit viam. Quod & vos noúistis, & cognoscetis amplius. Nam tum omnia gesta sunt ex eius impij, Eusebij inquam, sententia, qui perniciem omnem adhuc intra cogitationem suam abditam & occultam tenuit. Ac primum, vt cetera illius nequitiæ facinora præteream, audite quæso, quid cum Theognio quem impij instituti sui socium habebat, perpetrauerit. Ipse quosdam Alexandrinos, qui à fide nostra defecerant, huc mitti iusseram, quandoquidem eorum opera dissidij flamma incensa erat. Sed isti honesti boniq. scilicet Episcopi, quos vera Concilij diiudicatio ad pœnitentiam agendam reseruauerat, non solum eos admiserunt ad se, & secum tuto collocarunt, verumetiam illorum deprauatis moribus communicarunt. Quamobrem ingratos istos aliquo pacto puniendos censui, & iussi vt à suis abrepti sedibus, quàm longissime relegarentur. Iam vestrum est, ea fide in Deum aciem mentis vestræ intendere, in qua nos semper mansisse constat: & nunc etiam manere decet, omnemq. ætatem ita degere, vt Episcopos integritate vitæ, doctrinæ puritate, tum benignitate etiam in omnes, eximios habentes, iure lætemur. Si quis autem temere pestes illas vel memoria, vel laudibus celebrare audeat; confestim serui Dei opera (meipsum dico) pœnas suæ audaciæ dabit. Deus vos, fratres charissimi, incolumes seruet. Hæc aliaq. his similia pij Imperatoris Constantini epistola manifestissime ostendit de impio illo Eusebio Nicomediæ Episcopo, qui non solum scelesti Licinij conseruator, sed tyrannidis atque impietatis eius minister erat & adiutor. Redeo deinceps ad Ecclesiasticæ historiæ argumentum.

DE VICTORIA QVAM AB IMPIO Licinio religiosus Imperator Constantinus reportauit.

CAPVT XI.

LIcinius igitur ex Nicomediensium regione, vna cum exercitu Byzantium progreditur

contra Imperatorem Conſtantinum, qui tum illic ſubſiſtebat. Sed cùm ambas militares acies Chriſtigerum Imperatorem corona cingere videret flagitioſus ille, & ſe à ſuis ad præſtantiorum clypeum transfugientibus deſertum conſpicaretur, primum in oppidum Bithyniæ Chryſopolim (nauale hoc eſt Chalcedonis) ſeſe abdere cogitabat: cum vero id non poſſet, & videret ſe ſub Conſtantini pedibus quaſi pronum iacentem, ſeipſum dedidit. Cum igitur æquiſſimus iuxta ac religioſiſſimus Imperator viuum cepiſſet, humaniter admodum illum tractauit, nec occidit, ſed quietum & otioſum Theſſalonicam habitare iuſſit. Ille aliquandiu ſeſe continere videbatur: ſed non ita multo poſt barbaris quibuſdam conuocatis, vna cum ipſis inſtaurare bellum & cladem acceptam rependere meditabatur. Hoc cum reſciuiſſet fideliſſimus Imperator, tolli illum Deo inuiſum è medio iuſſit. atque ita Chriſti & ſerui eius opera ſublatus ille tyrannus eſt.

A τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ὁ βασιλέως ἐκεῖσε τὴν πυρίτης· τῶν δ' ἑκατέρων φραπωΐκων φαλάγγων τὸν χριστοφόρον βασιλέα ἐν κύκλῳ αὐτοῦ ἐχόντων, ἰδὼν ὁ ἀλιτήριος, καὶ τῶν οἰκείων ὑπὸ φραπωτῶν ἐρημον ἑαυτὸν θεασάμενος ὅτι τῷ τῶν χριστιάνων καπήλῳ συμφυγόντων, τὸ μὲν πρῶτον κρυπτάζεσθαι ἑαυτὸν ἔδοξεν ἐν χρυσοπόλει τῇ Βιθυνῶν, ὅπινον ὑπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ἐστὶ, μὴ δυνηθεὶς ὑπ' ἰδὼν ἑαυτὸν ἤδη πεσὸν κείμενον ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐξέδωκεν ἑαυτόν. ζῶντα οὖν συλλαβὼν ὁ θεοφιλέστατος καὶ νικητὴς βασιλεὺς, φιλανθρωπότερον B ἐκ κτίνει μὲν ἐκέλευσε, εἶναι δὲ τῷ Θεσσαλονίκῃ συνοικίζεσθαι. ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον χρόνον ἡσυχάζειν ἐδόκει· μετὰ δὲ τοῦτο βαρβάρους τινὰς συγκαλέμενος, καὶ σὺν αὐτοῖς διαπειθόμενος, ἀναμάχεσθαι τῷ ἥττονι ἑαυτὸν ἔδοξε. τοῦτο γοῦν βασιλεὺς ὁ πρόπαππος ἀναιρεθῆναι τὸν θεομισῆ ἐκέλευσε, καὶ αἰτηρέθη ὁ τοῦ χειρὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ θεσσάντος τυράννου.

LIBER SECVNDVS.

DE GESTIS POST SVBLATVM Licinium, & imperio regiè Conſtantini, & de pace Eccleſiarum Dei.

CAPVT I.

COnſtantinus itaque rerum potitus per prudentiam ſibi a Deo datam, & ſummus Imperator declaratus, res Chriſtianorum in dies magis ac magis augere omni ſtudio contendebat. Idq. varijs modis præſtabat igneam habens fidem, & innatam in Deum vniuerſorum fidiſſimam pietatem: & tota ſub cælo Eccleſia alta pace fruebatur. Audiamus ſane quid hic dicat pulcherrimus Eccleſiaſtici fundi arator, ille veri ſtudioſiſſimus Euſebius celeberrimi Pamphili: Licinius, inquit, perſimilem cum impijs tyrannis viam ſecutus, ad perſimile etiam cum ijſdem calamitatis præcipitium non ſine cauſa ruit. Atqui iſte hoc modo tandem percuſſus & profligatus occubuit: Conſtantinus autem maximus, victor, auguſtus omni genere pietatis ornatus, vna cum filio Criſpo Imperatore Deo chariſſimo, & patris rebus in omnibus ſimillimo, Orientem in ſuam redegit poteſtatem: atque Romanorum imperium, ſicut iam olim erat, in vnum redegit, & regnum vniuerſum à ſole oriente vndique ad extremas Occidentis oras, & ad alteras vtraſque mundi plagas, Boream pariter & meridiem cum tranquilla pace obtinuit: proinde metus malorum quibus antea premebatur, tum ex hominum vita prorſus ſublatus fuit. Tunc frequentes conuentus acti, tum feſti dies celebrati, tunc omnia lætitia redundarunt. Tunc qui ante demiſſa & contracta fronte erant, hilari vultu & læto oculorum obtutu ſe mutuo aſpexerunt. Tunc choreis, tum hymnis tam per ſingulas ciuitates,

Lib. 10. hiſtor. c. 9.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΑΝΑΙΡΕΣΙΝ τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου, καὶ αὐτοκρατορείας τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ εἰρήνης τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν.

C

ΚΩνσταντῖνος τοίνυν πάντων κρείττων ἐγκρατὴς, ἅτε τῆς ἐκ θεοῦ δοθείσης αὐτῷ εὐκαιρίας, αὐτοκράτωρ βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς, τὰ χριστιανῶν αὔξειν εἰσέτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζεν. ἐπεὶ τοῦτο διαφόρεις τῆς τρόπις, ἐμπυρον ἔχων πίστιν, καὶ ἐμφυτον τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων θεὸν πατρικὴν εὐσέβειαν. ἐν ᾧ πᾶσα ἡ κατὰ D τὸν ἐφεξῆς ἐκκλησία ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ. ἀκούσωμεν δὴ τί ἐντεῦθεν λέγει καὶ ὁ ἀριστεὺς ὁ "κάλλιστος τῆς ἐκ- "αὐτοῦ κλησιαστικῆς γεωργίας ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφίλου Παμφίλου· ὁ μὲν δὴ Λικίνιος, φησὶ, τῇ ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετῆλθεν ὁδὸν, ὅπερ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐκδίκως ὑφεῖλετο κρημνόν. ἀλλ' οὗτος μὲν πάντῃ ὑφειβεβλημένος ἐκεῖνο· ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ τῆς θεοσεβείας ἐκπρέπων μέγας νικητὴς αὖθις Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ κρείττονι βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ πάντων τῷ πατρὶ ὁμοτίμῳ τὴν οἰκείαν ἑαυτῶν ἀπελάμβανε, καὶ μίαν E ἐκκυμένην τῇ ῥωμαίων καὶ τὸ παλαιὸν περιέχουσαν ἀρχὴν, τῶν ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πάντων "ἐγκύκλιον καθ' ἑκάστην τῆς οἰκουμένης, ἄρτιον τὸ ὁμοῦ καὶ μεμβεῖαν, εἰς ἓξ καὶ δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἄρσεσι κρίνουσαν. ἀφῆρτο δ' οὖν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν ὅσον τῶν περὶ αὐτοὺς πεζόντων λαμπρὰς ἢ ἐπίλοιπον καὶ παντηχεῖακαὶ ἑορτῶν ἡμέρας· ἐν δὲ φωτὸς ἔμπλεα τὰ πάντα· καὶ μειδιῶσι προσώποις, ὅμμασί τε φαιδροῖς, οἱ πρὶν κατηφῆς, ἀλλήλους ἔβλεπον· περὶ δὲ αὐτοῖς, καὶ ὕμνοι κατὰ πόλιν ὁμοῦ καὶ

καὶ

ξ ἀρχεὺς, τὸν βασιλέα θεὸν, καὶ τὸν τούτου γνήσιον παῖδα χειρὶ πρώτιστα πάντων· ὅτι δὴ ποτὲ ἐδιδάχθησαν, ἐμήνυσαν, καὶ ἔπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλέα μετὰ παισὶ θεοφιλέσιν ὑφύμνουν. κακῶν τε ἀμνησία παλαιῶν ἦν, καὶ λήθη πάσης δυσσεβείας· τῶν τε ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, καὶ πρόσφατος μελλόντων προσδοκία. ἥπλωντο οὖν ἐξ ἅπαντα τότε τῆς παγκρατοῦς βασιλείας φιλανθρωπίας ἐμπλεῖοι δίαιτες, νόμοι τε, μεγαλοδωρεαὶ, καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας γνωρίσματα ἔχοντες. οὕτω δὴ πᾶσης τυραννίδος ἐκκαθαρθείσης, μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀπρόσβλητα, Κωνσταντίνῳ τε καὶ τοῖς τούτου παισὶ τοῦτο τὸ ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ἀξιοπιστότατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, πλείστην ὅσην ἀγῶνα θέμενος, καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῶν ἀκριβῶς ἐχόντων τὴν ἀναλογίαν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἡμῖν ἱστορίας ἀκεραίως καταλέλοιπεν· ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς ἁγίας παρουσίας, πληρώσας δὲ εἰς τούσδε τοὺς χρόνους, οὐκ ἀπόνως. πῶς γὰρ εἴη τι ἂν τοιοῦτον ἀκατόρθωτον φρονήσαι τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς παρούσης συλλογῆς τοῦ ἀγῶνος; ἀλλ' ὡς ἀρίστως ἔχει, πολλῷ ἱδρῶτι χαμένους τὸν πανάγιον ἄφατον πόνον. ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω τὰ αὐθαδῆ ἐκ τῶν ἔξωθεν αὐτοῦ ἀπεφθεγμένων, ὡς τῆς Ἀρείου βλασφημίας ποτέ τι παφρονήκει. ἀλλὰ πειθέσθω, ὡς εἰ καιρὸν ἀνελάλησεν ἢ ἐγράψε, μικρόν τι τῶν Ἀρείου ὑποτυπούμενα, ἃ μὴν καὶ τὸν αὐτοῦ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπείρου ἀπολύτως· καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, ᾧ διεπέμψατο πρὸς τοὺς τῆς ὀρθοδόξων ἀπάντων κοινὸν μαρτυρόμενος, πᾶσι τοῦτο ἐπληροφόρησε. ἐξ ἀληθοῦς γὰρ αὐθαδίαν ὑπολάβοι πᾶς τις εὖ φρονῶν, ὁπόταν αὐτοῦ, ἐξ ἐκείνου πάθη μήπω τότε πάντα τὰ Ἀρείου ἀκουσθησόμενα. δείξει δ' ἐν τῇ συνόδῳ, τῇ καθ' ἡμᾶς τῶν Νικαίων, αὐτῷ ἠγωνισμένα καθ' ἑτέρων ἀσεβείας Ἀρείου ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. ἀλλ' ὅπερ τῶν ἀκολουθεῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπανίωμεν. τῆς οὖν αὖθις τῶν οἰκουμένων ἐκκλησίας Χριστοῦ, τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, εἰρηνίου βαθείαν ἐχούσης, περιπεφθείσης αὐτῇ πάντως ἐκ παμβασιλέως θεοῦ. λέγω δὲ τὸν μετὰ τοῦτον αὐτοῦ Κωνσταντῖνον, ἐκ τῶν αὐτοῦ παίδων, μᾶλλον δὲ τὸν μαρτύριον τοῦ θεσπεσίου Πέτρου τοῦ Ἀλεξανδρείων ἐκκλησίας ἀποστόλου γενόμενον, πλεωθέντος αὐτοῦ ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ, ἐκ τὸν τοῦ ἀθλήσεως ἄφθαρτον στέφανον ἀναδησαμένου, χηρεύσης ἐκείνης ἐκκλησίας ἑνιαυτὸν ἕνα μὴ ἔχουσαν ἐκ τοῦ ἑαυτῆν χειροτονῆσαι εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ δὲ ἁγίου μάρτυρος Πέτρου Ἀχιλᾶς, ἀνὴρ σεβαρὸς καὶ μεγαλοφυὴς, ἀμφότερα, εὐλαβείᾳ ὁμοῦ καὶ σοφίᾳ πλείστῃ ὅση Δημιουργός, καθὼς ἡμῖν τὰ παλαιὰ καὶ ἀπλανῶς ἔχοντα διηγοῦνται συγγράμματα· ὃς πολλὰ παρακληθεὶς ὑπεδέξατο τὸν Ἄρειον εἰς τὴν διακονίαν. τούτου δὲ διαβιώσαντος μόνας πέντε μόνον, ἐποδέχεται τὴν τοῦ ἱερωσύνης ἀρχὴν τὸ αὐτὸ τῶν Ἀλεξανδρείων ἐκκλησίας

ecclesiæ

A uitates, quàm per agros, primum omnium regem Deum & germanum filium eius IESVM Christum (hoc enim edocti erant) prædicauerunt: deinde pium Imperatorem ac liberos Deo in primis charos laudibus extulerunt. Tunc veterum nulla recordatio malorum, tunc omnis impietatis obliuio, tunc suauis præsentium bonorum vsus & oblectatio, tunc iucunda futurorum expectatio: tunc denique non decreta solum Imperatoris, victoris illustrissimi, plena humanitatis & clementiæ, verum etiam leges, eximia magnificentiæ illius & veræ pietatis indicia complectentes, in locis quibusque diuulgatæ. Sic ergo pestifera totius tyrannidis labe purgata, deletaque, Constantinus solum & liberi, imperij ad ipsos iure pertinentis gubernacula, auctoritate & præsidio firma, inuidiæ ac metus expertia, deinceps possederunt. Hactenus veterum Ecclesiasticorum scriptorum fide dignissimus Eusebius Pamphili: qui summa contentione enitens, tum exquirens singula, & ex his quæ simpliciter se habebant, congruam partium mensuram efficiens, decem integris libris historiam nobis Ecclesiasticam perfectam reliquit: incipiens ab aduentu Domini, desinens autem in hæc tempora, non sine labore. Quomodo enim aliter fieri poterat ab eo, qui tantam curam susceperat, vt talis collectionis harmoniam nobis conseruaret? immo vero, vt paulo ante dixi, summum studium & ineffabilem laboris copiam ad id contulerat. Nemo autem æstimet virum hunc, ex his quæ de illo fama circumferuntur, quasi Arij blasphemiæ consenserit, sed credat, si quæ protulit aut scripsit, Arij dogma tantillum subolentia, ea non ex impio illius sensu protulisse vmquam aut scripsisse, sed ex minus curiosa parumq. sollicita simplicitate: vt ipse in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes Episcopos misit, plenius ista probauit. Vera autem dicere hominem conijciet quicumque prudens considerat quo tempore ille vixit, & ex illo credat, quòd nondum ea quæ sunt Arij, illo tempore audita vsquam fuerunt. Demonstrabunt vero idem ipsius in Synodo Nicæna contra impietatem Arij pro Apostolica & orthodoxa Fide certamina. Sed ad Ecclesiasticæ historiæ ordinem reuertamur. Cum igitur per vniuersum orbem Ecclesia Christi saluatoris nostri profunda pace gauderet, quam Deus vniuersorum rex ci parauerat per seruum suum Constantinum, eiusq. filios; post diuini Petri martyrium, qui fuit Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, & in ipso martyrio fuit consummatus, & incorrupta sui certaminis corona redimitus; vidua remansit Ecclesia illa annum vnum: transacto autem anno, ordinatur in sede sancti martyris Petri Achillas vir grauis, & magnanimus, ac sancte prudẽs, religioneq. pariter ac sapientia plurima ornatus, vt nobis antiqui & omni carentes errore commentarij referunt. qui multa prius exhortatione vsus suscepit Arium in ordinem diaconorum. Cum autem hic mensibus tantum quinque superuixisset, suscepit sacerdotij principatũ ibidem in Alexandrina Ecclesia Alexan-

der vir in summo honore ab omni Ecclesiæ clero & populo habitus, magnificus, liberalis, facundus, æquus, Dei amator, amans hominum, pauperum studiosus, bonus & mansuetus erga omnes, si quis alius: qui & ipse Arium proximum sibi presbyterum constituit. Sub hoc, cum Ecclesiarum pax magis ac magis quotidie reluceret, cum in vnam concordiam conspirarent omnes, & in sanctorum Martyrum præmijs vbique locorum gloriarentur: non ferens diabolus tantum fidelissimi Ecclesiæ populi in cælesti erga Deum cultu incrementum, iterum per quamdam Ecclesiasticorum contentionem turbas excitat.

DE HAERESI A DEI HOSTE ARIO inuenta.

CAP. II.

PResbyter enim ille, quem dicebamus tali honore dignum existimatum fuisse ab Alexandro Alexandriæ Episcopo, nomine Arius, vir specie quidem magis pius, cetera vero vanitatis & gloriæ callidus amator; cœpit circa fidem in Christum peregrina quædã proferre, quæ prioribus temporibus nemo quæsierat vmquam aut introduxerat: conatus vnigenitum Dominum nostrum IESVM Christum à Patris ineffabili & æterna diuinitate separare: magnæ in Ecclesia perturbationis auctor fuit. Verũ dum Alexander ingenita naturæ suæ benignitate Arium in melius mutare vellet decentibus admonitionibus, necdum statueret sententia vti: interea contigit ob hoc, vt pestilenti hæresis calamitate multi absumerentur, & tamquam ex parua scintilla magnus ignis accenderetur. malum incipiens ab Alexandrinorum Ecclesia plures alias ciuitates atque prouincias percurrebat. Postremo cum videret Alexander malum in peius progredi, synodum subiectorum sibi Episcoporum conuocans, & Arium sacerdotio deijciens, suis collegis rationem reddit: & quæ contra Arium fusius exponens, studiumq. extirpandæ hæresis ijs inijciens, vt ad iudicium præpararentur ipsos adhortatur, in hunc modum ad eos scribens.

DEIECTIO ARII ET SOCIORVM eius, missa ab Alexandro Episcopo omnibus Episcopis.

CAPVT III.

Charissimis honoratissimisq. fratribus, qui vbique gentium sunt nobiscum in Ecclesiæ ministerio coniuncti, Alexander salutem in Domino.

Apud Socrat. lib. 1. hist. cap. 3.

Ephes. 4.

CVm sit vnum corpus Ecclesiæ catholicæ, cumq. in sacris litteris traditum & præceptum nobis sit, vt concordiæ ac pacis vinculum teneamus: consentaneum est, vt per litteras colloquamur inter nos, alijq. alios mutuo de rebus,

A κλησίας Αλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι, παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ μεγαλοπρεπὴς, εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικὴς, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστὸς, προσηνὴς πρὸς πάντα, εἴ πέρ τις ἄλλος· ὃς καὶ αὐτὸς κατέστησε τὸν Αρειον πρεσβύτερον ἔγγιστα ἑαυτοῦ. ἐπὶ τούτου τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ὁσημέραι ὡς ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον λαμπρυνομένης, καὶ εἰς μίαν ὁμόνοιαν συνεστώσης, καὶ τοῖς ἐπάθλοις τῶν ἁγίων μαρτύρων πανταχοῦ γῆς σεμνυνομένης· οὐκ ἐνεγκὼν ὁ διάβολος τὴν τοσαύτην τῆς πιστοτάτου τῆς ἐκκλησίας λαοῦ ἐπὶ τῇ ἐν αὐτῇ πρὸς B τὸν θεὸν οὐρανίῳ θρησκείᾳ αὔξησιν, πάλιν ἔκ τινος φιλονεικίας τῶν ἐν αὐτῇ ταραχὴν ὑφίσταται.

μικρομεγέθης.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΦΕΤΡΕΘΕΙΣΗΣ αἱρέσεως ὑπὸ τοῦ θεομάχου Αρείου.

Ο γὰρ πρεσβύτερος ἐκεῖνος, ὃν ἔφαμεν τῆς τοιᾶσδε ἠξιοῦσθαι τιμῆς ὑπὸ Αλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου Αλεξανδρείας, Αρειος τοὔνομα· ἀνὴρ προσχήματι μᾶλλον εὐσεβὴς, τὰ δὲ ἄλλα δόξης καὶ κενότητος θερμὸς ἐραστής· ἤρξατο προφέρειν τινὰ ξένα C περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἃ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις οὐδεὶς πώποτε ἐζήτησεν, ἢ παρεισήνεγκεν· ἐπιχειρήσας τὸν μονογενῆ κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν διελεῖν τῆς τοῦ πατρὸς ἀῤῥήτου καὶ ἀϊδίου θεότητος, πολλῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν παραίτιος ταραχῆς γέγονεν. ἀλλὰ δὴ τοῦ Αλεξάνδρου, πραότητι φύσεως, τὸν Αρειον ἐπὶ τὸ ἄμεινον θέλοντος μεταβαλεῖν πρεπούσαις παραινέσεσι, μηδέπω δὲ κρίνοντος ἀποφάσει χρήσασθαι, τέως ἐπινέμεσθαι διὰ τοῦτο πολλοὺς τὴν λοιμικὴν πρίστασιν τῆς αἱρέσεως γέγονεν· ἔπειτα ὡς ἀπὸ μικροῦ D σπινθῆρος μέγα πῦρ ἐξαφθῆναι· ἀρξάμενόν τε τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας, καὶ κατὰ πόλεις ἄλλας καὶ ἐπαρχίας διέτρεχε. τέλος, ὡς ἐνεῖδεν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὸ κακὸν προϊέναι, σύνοδον τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων συστησάμενος, καὶ καθελὼν τὸν Αρειον, δίδωσιν εἰς τοὺς συλλειτουργοὺς τὴν ὑπόθεσιν ὁ Αλέξανδρος· πλατύτερόν τε τὰ κατὰ τὸν Αρειον ἐκτεθεικὼς, σπουδήν τε ἐνιεὶς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς αἱρέσεως, εἰς παρασκευὴν τῆς διαγνώσεως αὐτοὺς ἑτοιμάζεσθαι παρακελεύεται, γράψας πρὸς αὐτοὺς τοιάδε.

ΕΚΑΘΑΙΡΕΤΙΚΟΝ ΑΡΕΙΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ σὺν αὐτῷ διαπεμφθὲν παρὰ Αλεξάνδρου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Αλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΝὸς σώματος ἔντος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθόν ἐστι γράφειν ἡμᾶς καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ' ἑκάστοις

ρεις γινόμενα· ἵνα εἴ τι πάσχει, εἴ τι χαίρει ἓν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πίστει παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες περάνομοι καὶ χριστομάχοι, διδάσκοντες ἀσεβείαν, ἵνα ἐκ τούτου εἴ τις ὑποψοίατο τὸ ἀντικείμενον ὑπονοήσῃ, καὶ καλέσῃ. καὶ ἐβουλόμην μὲν σιωπῇ θάψαι τὸ πρᾶγμα, ὅπως ἐν τοῖς ἀποστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακὸν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους ἀφορμὴν τὸ πρᾶγμα, ῥυπώσῃ τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ' αὐτῷ κεῖσθαι τὸ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὸν Βηρυτὸν, καὶ ἐπιφθαλμίσας τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, εἶτα * ἐκδέδεκται τὸ κατ' αὐτὸν, περίεστιν καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, καὶ χάριν ἐπιχείρησε ποιήσασθαι τινῶν αὐτοὺς, ὅπως ἐπανούρῃ τινὰς ἀγαγόντας εἰς τὸν ἑαυτῶν τούτων καὶ χριστομάχον αἵρεσιν· ἀνάγκην ἔχον, εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, μηκέτι μὲν σιωπᾶσαι, ἀναγκαῖλαι δὲ λοιπὸν πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γνώσκητε τίς τι ἀποστάτης γεγονώς, καὶ τὸ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ δύσφημα ῥήματα· καὶ ἐὰν χάριν Εὐσέβιος, * προσέχητε. παλαιὰ γὰρ αὐτοῦ κακόνοια, τῷ χρόνῳ σιωπηθεῖσα, νῦν διὰ τούτων αὐτῶν βουλόμενος, χειμαπίζειν μὲν οἷς ἕστηκε τούτων * χάριν, ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὅτι ἕστηκε αὐτὸ ἀποδέζων τοῦτο ποιεῖ. οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γεγόμενοι εἰσὶν Ἄρειος, καὶ * Ἀχιλλᾶς, Ἑ * Ἀκύλλας, Ἑ Θαλῆς, Ἑ Καρπώνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης, καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰούλιος, καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γάϊος, καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκοῦνδος, καὶ Θεωνᾶς, οἱ ποτὲ λεχθέντες ἐπίσκοποι· ἃ δὲ αὐτοὶ τὰς γραφὰς ἐφεύρόντες λαλοῦσιν, ἔστι τοῦτο· δόγμα Ἀρείου· οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ θεὸς, πατὴρ οὐκ ἦν. οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν. ὁ γὰρ ὢν θεὸς τὸν μὴ ὄντα οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε. διὸ καὶ ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν. κτίσμα γὰρ ἐστὶ καὶ ποίημα ὁ υἱός· οὔτε δὲ ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρί ἐστιν, οὔτε ἀληθινός ἐστι Φύσει τοῦ πατρὸς λόγος ἐστὶν, οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν· ἀλλὰ εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι· καταχρηστικῶς δὲ λέγεται λόγος καὶ σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς τῷ ἰδίῳ τοῦ θεοῦ λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ θεῷ σοφίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα, καὶ αὐτὸν ἐποίησεν ὁ θεός. διὸ καὶ τρεπτός ἐστι, καὶ ἀλλοιωτὸς τῇ φύσει, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά· ξένος τε καὶ ἀλλότριος, καὶ ἀπεχωρισμένος ἐστὶν ὁ λόγος τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας, καὶ ἄῤῥητός ἐστιν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. οὔτε γὰρ πλήρως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, οὔτε ὁρᾷν αὐτὸν δύναται. Ἑ γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὁ υἱὸς, ὡς ἔστι· δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ θεὸς, Ἑ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ θεὸς ἤθελε ποιῆσαι.

bus, quæ apud singulos geruntur, certiores faciamus, quò siue vnum ex membris patitur, siue lætatur, nos inter nos vel patiamur vna, vel vna lætemur. In nostra quidem prouincia prodierunt iam viri, qui leges rescindunt, Christum ipsum impugnant, animos hominum defectionem (quam quidem prænuntiam antichristi esse, merito quispiam suspicaretur & vocaret) docere nituntur. Ac mihi certe in animo erat de illo facinore penitus reticuisse, vt eius labes, si quomodo fieri potuisset, vna cum eis solis qui ab Ecclesia defciuerant, absumeretur: nec in alia loca euagata simplicium quorumdam aures suis sordibus inficeret. Verum quoniam Eusebius, qui nunc Nicomediæ Episcopus est, quiq. totum Ecclesiæ statum in sua manu positum arbitratur, cum à nemine quòd Ecclesiam Beryti deseruerit, quòdq. oculos cupiditatis & ambitionis suæ ad Episcopatũ Ecclesiæ Nicomediensis obtinendum adiecerit, in se animaduersum esse videat, istorum etiã qui ab Ecclesia defecerunt, patrocinium suscipit, & ad omnes qui sunt vbique gentium litteras scribere conatur, eosq. in eisdem commendat plurimum, quò imperitos quosdam in grauissimã hæresim, Christoq. penitus aduersariam, rapiat: necesse habeo, idq sententia quadam quæ in lege scripta est, inductus, silentium rumpere, remq. vobis omnibus indicare: quo non modo eos qui defecerunt à Christo, execrabiliaq. verba quæ illorum hæresis vsurpat, cognoscatis, verum etiam, si forte Eusebius litteras scripserit, ad eas animũ non aduertatis. Nam inueteratam suam malcuolentiam, silentio ad tempus obrutam, iam per istos renouare studet: & licet simulatione quadam præseferat, eorum causa litteras scribere, re tamen ipsa declarat perspicue, se in rem suam serio istud ipsum agere. Qui autem defecerunt ab Ecclesia sunt, Arius, Achillas, Thales, Carpones, Arius alter, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Caius, Secundus item, & Theonas, qui olim dicti sunt Episcopi. Quæ vero isti contra scripturas excogitarint, temereq. effutuerint, sunt huiusmodi: Deum non semper Patrem fuisse, sed tempus aliquando extitisse, cum Deus non esset Pater: non ab æterno Dei Verbum fuisse, sed ex nihilo ortum esse. nam Deum qui est, cum cum non erat, ex eo quod non est, procreasse: & propterea tempus fuisse aliquando cum non esset. creatum enim & factum fuisse Filium, neque essentia Patri similem, neque natura verum Patris Verbum, neque veram sapientiam eius esse, sed ex ijs quæ creata factaq. sunt, vnum: per abusionẽ autem Verbum & sapientiã dici. Ipsum factum esse proprio Dei verbo, & sapientia quæ in Deo est, per quam cum cetera omnia, tum illum ipsum fecit Deus: & ob eam causam natura sua posse conuerti & mutari, sicut animantia omnia ratione vtentia. Verbum esse peregrinum, alienum & seiunctum ab essentia Dei: Patrem à Filio minime explicari posse. nam Patrem à Filio neque plene & accurate cognosci, neque exquisite cerni posse. etenim ipsius essentiam, vt est, Filium non percipere: quippe Filium nostra causa factum esse, vt Deus per ipsum tamquam per instrumentum nos crearet: neque extitisset aliquando, nisi Deus nos creare

1.Cor.12. Louit.29.

in animum induxiſſet. Quæſitum eſt igitur ab illis, vtrum Dei Verbum poſſet mutari, quemadmodum diabolus mutatus eſt? & non veriti ſunt reſpondere: Certe poteſt. cum enim & gigni & fieri poſſit, certum eſt eius naturam poſſe mutari. Ario igitur & eius fautoribus qui iſta aſſerunt, & de eiſdem tam impudenti ore loquuntur, vna cum illis qui eius opinioni aſſentiuntur, nos cum alijs fere centum Aegypti & Libyæ Epiſcopis in vnum conuenientes, anathema denuntiauimus. Ceterum Euſebius eos ad ſe admittit, operamq. ſedulo dat, vt mendacium cum veritate, & cum pietate impietatem admiſceat. Verum ad hoc præſtandum non ſatis habet virium.
2. Cor. 6. nam vincit veritas, & nulla eſt ſocietas luci cum tenebris, nulla conſenſio Chriſti cum Belial. Quis enim vmquam talia audiuit? aut quis ſi iam audiret, non ea tamquam inſolita & peregrina obſtupeſceret, auresq. obturaret, ne eiuſmodi verborum ſordes in audiendi ſenſum illaberentur? Aut quis eſt qui cum Ioannem audiat
Ioan. 1. dicentem: In principio erat Verbum, non iſtos condemnauerit dicentes: Erat tempus aliquando, cum non eſſet? Aut quis eſt, qui cum audiat in Euangelio, vnigenitus Filius, &, Per ipſum facta ſunt omnia, non iſtos odio habuerit, affirmantes Filium vnam eſſe ex creaturis? Nam qui poterit ipſe eſſe ex ijs quæ per ipſum facta ſunt? aut quomodo vnigenitus, ſi (vt illorum fert opinio) cum alijs rebus vniuerſis numeretur? aut quomodo ex nihilo factus eſt, cum Pater dicat:
Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. &, Ex vte-
Pſal. 109. ro ante luciferum genui te? aut qua ratione eſſentia Patri diſpar ac diſſimilis, cum ſit perfecta
Hebr. 1. imago & ſplendor Patris? cumq. ipſe dicat:
Ioan. 14. Qui vidit me, vidit & Patrem. aut quo pacto, ſi Verbum & ſapientia ſit Dei Filius, erat tempus aliquando cum non eſſet? Nam perinde eſt ac ſi dicerent, Deum aliquando & ſermone & ſapientia caruiſſe. aut quo pacto conuerti mutariue poteſt, cum ita loquatur ipſe de ſe: Ego in Patre,
Ibid. & Pater in me eſt: &, Ego & Pater vnum ſumus.
Ioan. 10. & per Prophetam etiam: Videte quòd ego ſum
Malach. 3. Deus, & non mutor. Et quamquam hoc dictum ad ipſum Patrem referri poteſt, tamen aptius & magis proprie de Filio Verbo iam dicitur, quod cum ſit homo factus, non mutatus eſt; ſed vt A-
Hebr. 13. poſtolus ait, IESVS Chriſtus heri & hodie, idem ipſe & in ſæcula. Quid igitur illos in hanc perduxit ſententiam, eum ſcilicet propter nos
Hebr. 2. factum eſſe, cum tamen Paulus ſcribat: Propter quem omnia, & per quem omnia? Quòd autem falſo calumniati ſunt, Filium non plene & perfe-
A de nam igitur ad hanc considerationem excitatus sum, nisi ex verbo sanctæ scripturæ sacri cantoris Dauidis, ad demonstrationem & constitutionem non rationalis sapientiæ, vt ipse fueras opinatus, sed eius, quæ illã & omnia creata condidit, incomprehensibilis sapientiæ, increatæ, & initio carentis, hoc est, Christi: siquidẽ Christus est Dei virtus & Dei sapientia, iuxta modum suæ ineffabilis deitatis, ex Deo verus Deus Verbum. Verbo enim Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Audisti Verbum Domini, audisti Spiritum oris eius: audi rursus de veræ Fidei constitutione, quæ pie à pijs intellecta & prædicata est: quandoquidẽ existimo nihil prædictorum te suscipere præter tanti sanctorum Pontificum spiritualis chori sententiã. Audi ergo pie, nec humanis ratiocinationibus quæ ineffabilia sunt, tenta perscrutari. Perfectus nec minuit, nec augebit. Vnus ingenitus Deus & Pater: vnus ex eo genitus vnigenitus Filius Deus Verbum, sicut non est alter Deus cum Deo & Patre ingenitus, ita neque congenitus, neque prior, neque posterior Filius, diuersus à Deo vnigenito Filio eius, Deo Verbo. Vnus vere Deus & Pater, vnus etiã ineffabiliter ex eo genitus Filius, Deus Verbum. Quemadmodum autem non solo nomine Pater est Deus, sic neque solo nomine Filius, sed vere est Filius: verus est Pater, verus Filius: Deus est Pater, Deus etiam Filius ex eo genitus: perfectus Pater, perfectus & eius Filius: incorporeus Pater, incorporeus & Filius: incorporei enim est figura, & incorporea nimirũ imago. Credis hoc Philosophe, quod ex substantia Patris sit genitus vnigenitus eius Filius, quemadmodum à principio disputationum per plurima expressa testimonia demonstrauimus, an non?

1. Cor. 1.

Psal. 32.

INTERROGATIO PHILOSOPHI.

Quomodo & quanam ratione dic?

SANCTI EPISCOPI PER EVSEBIVM Pamphili dixerunt.

Ne quæras quomodo, ò Philosophe: alioquin, vt iam pluribus dictũ est tibi, & ab initio disputationis testati sumus, studes te præcipitẽ agere, perscrutari tentans, quæ inscrutabilia sunt. Si enim quęrere licet, quomodo nõ genitus, licet etiã quęrere, quì genitus. Si vero non deseris quæstionẽ, Quomodo sit genitus: ne quæras inscrutabilia: nõ enim inuenies: quæras quæ inueniri possunt, & inuenies. Si enim quæsieris, à quo potes discere? à terra? non subsistebat. à mari? nondum creatum fuerat mare. à cælo? nondum erat factum. à sole aut luna vel stellis? nondum fuerant condita. ab Angelis & Archangelis? nondum erant: siquidem & ipsorum factor est Filius. sed à sæculis? ipse ante sæcula vnigenitus. Ne igitur quæras, quæ non semper fuerunt, de eo quod semper fuit. Ineffabilis & ingenitus est Pater, ineffabilis est & ex eo ineffabiliter genitus Filius. Taceas ergo de illo,

lo,quomodo,& concedas hoc ei qui genuit,& genito. Pater enim ſolus agnoſcit Filium qui eſt, & Filius Patrem, & cui voluerit Filius reuelare, vt ait ipſius Euangelium. Si autem non vis ceſſare illud, Qui, ſed contendis inſcrutabilia perſcrutari, ridemus tuam audaciam, quin magis deflemus quòd non velis fide intelligere, Deum ſemper patrem filij ſui, & vnigenitum ſuum Filium, ſemper eius filium, ſemper cum Patre fuiſſe, non poſteriorem, vt tu impie aſſeris. Sed fide intellige atque confiteare, perfectum Filium ex perfecto, vt ſæpe audiſti, lumen æternum ex æterno lumine, Deum verum ex vero Deo & Patre, increatũ ex increato, ſine compoſitione ab eo, qui compoſitionis eſt expers, ſemper exiſtentem apud Patrem: In principio enim erat Verbum, vt ait Ioannes Euangeliſta, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Illud, erat, Philoſophe, nõ habet aliquid præcedens: illud, erat, Philoſophe, tollit quod non erat, vt prius oſtendimus: & illud, Deus, tollit quod non eſt Deus. Scriptis crede, quæ non ſcripta ſunt, ne cogites, nec inquiras. Credas quòd omnia condidit Filius quæ facta ſunt voluntate Patris, non oculorũ intuitu (Deus enim compoſitionis eſt expers, vt prædiximus) ſed voluntate, vt ipſe ſolus nouit: quod nos fide intelligentes prædicamus, iuxta ſanctarum ſcripturarum doctrinam, quòd Patris conſilio ac ſuo condidit omnem creaturam, & quæ in cælo eſt, & quæ in terra, & quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur, non inſtrumentis, aut machinis, nec alicuius alterius auxilio, ſed, vt paulo ante diximus, voluntate Patris, qui ad ipſum & ad Spiritũ ſanctum locutus eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non dixit fac, nec facite, ſed faciamus, oſtẽdens id quod eſt conſubſtantiale, eiuſdẽ honoris in beata illa & ineffabili Trinitate. Ne obmurmures, ò Philoſophe, neque oculos moueas: ſed mentis intuitu vide Apoſtolicorum dogmatum integritatem, ac fideliter ſuſcipe, non amplius infidelis exiſtens, ſed fidelis. Audi ergo atque intellige, Dei Verbũ quod fuit ante ſæcula, Filius ipſius, ad quem dixit: Faciamus hominem, & quæ ſequuntur. ipſum rurſus in diebus nouiſſimis & Patris & ſua ſententia homo factum eſt, incarnatum ex Virgine, propter eum qui lapſus eſt, Adamum; incorporeum, cum in corpore ſemetipſum exinaniſſet, vt dixit Apoſtolus Paulus, propter corpus accepit Deus Verbum nubem corporis, vt naturas creatas huius mundi non combureret. Deum enim nemo vidit vmquam. Carnẽ accepit, vt caro propter immutabilem cum ipſo in vnum coniunctionem à morte liberaretur: inuiſibilis viſibilem, vt ea quæ videntur, ſuſtineat: quaſi homo in tempore, ſed revera vtrumque, Deus & homo, homo & idem Deus: vnus enim ex ambobus Chriſtus, intellecta & cognita ſubſtantiarum differentia diuinitatis eius atque carnis, Deus erat & eſt: factus eſt autem homo propter diſpenſationem: propter ipſum Prophetæ, propter ipſum Apoſtoli, propter eum Martyres. Prophetæ propter eum

Matth. 11.

Ioan. 1.

Genes. 1.

Philip. 2.

Ioan. 1.

A ἐ ϖροχώρει τοῦτο τῷ γεννήσαντι, ἐ τῷ γεννηθέντι. ὁ γὰρ πατὴρ μόνος γινώσκει τὸν υἱὸν τίς ἐστι, ἐ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, ἐ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι, καθὰ φησι τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ. εἰ δὲ μὴ θέλῃς παύσασθαι τὸ πῶς, ἀλλὰ φιλονεικεῖς διερευνᾶν τὰ ἀνεξερεύνητα, καταγελῶμέν σου τὴν τόλμαν, μᾶλλον δὲ καὶ πενθοῦμέν σε, ὅτι εἰ πίστει θέλεις νοεῖν τὸν υἱὸν ἀεὶ πατέρα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐ τὸν μονογενῆ υἱὸν αὐτοῦ ἀεὶ υἱὸν αὐτοῦ, συνυπάρχοντα ἀεὶ τῷ πατρὶ, ἐ μὴ μεταγενέστερον, καθὼς σὺ ἀσεβῶς φῂς, ἀλλὰ νοὶ πίστει, ἐ ὁμολόγει, πλέον ἐκ πλείω τὸν υἱὸν, ὡς πολλάκις ἠκούσας, φῶς ἐξ ἰδίου ἐκ φωτὸς ἰδίου, θεὸν ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ θεοῦ ἐ πατρὸς, ἄκτιστον ἐξ ἀκτίστου, ἀσύνθετον ἐξ ἀσυνθέτου, ἀεὶ ὄντα πρὸς τὸν πατέρα. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καθὰ φησιν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, ἐ θεὸς ἦν ὁ λόγος. τὸ ἦν, φιλόσοφε, τὸ προϋπάρχον οὐκ ἔχει· τὸ ἦν φιλόσοφε προσαφαιρεῖ τὸ οὐκ ἦν· καθὰ προαπεδείξαμεν· καὶ τὸ θεὸς προσαφαιρεῖ τὸ μὴ θεός. τοῖς γεγραμμένοις πίστευε, τὰ μὴ γεγραμμένα μὴ ζήτει, μηδὲ ἐρεύνα. πίστευε, ὅτι πάντα αὐτὸς ἐδημιούργησεν ὁ υἱὸς τὰ γεγονότα ῥήματι πατρικῷ, οὐκ ὀφθαλμῶν βλέμματι· ἀσυνθέτως γὰρ ὁ θεός· ὡς προεῖπαμεν, ἀλλὰ ῥήματι, ὡς αὐτὸς εἶδε μόνος. ὅπερ ἡμεῖς πίστει νοοῦντες κηρύττομεν, ἐ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὅτι βουλῇ τοῦ πατρὸς καὶ ἰδίου θεοῦ δεδημιούργηκε πάντα τὴν κτίσιν τὴν τε ἐμφυτον ἐ ἄλογον, τήν τε ὁρωμένην ἐ νοουμένην, οὐκ ὀργάνοις, ὅτι μηχαναῖς, οὐδὲ συνεργίᾳ τινὸς ἐτέρᾳ, ἀλλὰ βουλῇ πατρὸς, καθὰ ἄρτιος εἰρήκαμεν, ἅ πάντες πρὸς αὐτὸν, ἐ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, ἐ καθ' ὁμοίωσιν. οὐκ εἶπε ποίησον, ἢ ποιήσατε, ἀλλὰ ποιήσωμεν, δεικνὺς τὴν ὁμοούσιον ἐ ὁμότιμον δόξαν τῆς μακαρίας ἐκείνης ἐ ἀφράστου τριάδος. ἐ μὴ ὑπογογγύζε, ὦ φιλόσοφε, ἐ φθόνους ὀφθαλμοὺς ἀνάκινει, ἀλλὰ θέα τῷ τῆς ἀληθείας βλέμματι τὴν τῶν δογματικῶν δογμάτων ἀκεραιότητα, ἐ δέχου πιστῶς, μὴ δὴ πλέον γινόμενος ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. ἄκουε οὖν ἐ σύνες. ὁ θεοῦ λόγος, ὁ πρὸ αἰώνων αὐτοῦ υἱὸς, πρὸς ὃν εἶπε, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ τὰ ἑξῆς, αὖθις πάλιν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν βουλῇ πατρικῇ ἐ οἰκείᾳ ἄνθρωπος γέγονε, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου τὸν ἐκπεσόντα ἄνθρωπον Ἀδὰμ· ὁ ἀσώματος ἐν σώματι κενώσας ἑαυτὸν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, Β διὰ τὸ σῶμα ἔλαβε νέφος ὁ θεὸς λόγος τὸ σῶμα, ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰς κτίσεις φύσεις τὰς ἐν τῷ κόσμῳ· θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ἐκαθάρθη σαρκὶ, ἵνα ἐ ἡ σὰρξ διὰ τὸ πρὸς αὐτὸ ἀτρέπτως ἑνώσεως ἀλλοιωθῇ εἰ θνατοῦ, ἀφθάρτου ἐ θνητοῦ, ἀόρατος ἐν ὁρατῷ· ἵνα ὑπομείνῃ τὰ ὁρώμενα, ὡς ἄνθρωπος ὑπὸ χεῖρον, ἀλλ' ἀληθείᾳ κατ' ἀμφότερα θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος ἐ θεὸς ὁ αὐτός· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν χριστὸς, νοουμένης ἐ γνωριζομένης τῆς διαφορᾶς τῶν φύσεων, τῆς τε θεότητος αὐτοῦ ἐ τῆς σαρκὸς, θεὸς ὢν καὶ ἐν· μέγα

τὸν ἄνθρωπον δι' οἰκονομίαν, δι' αὐτὸν σοφῆται, δι' αὐτὸν δυνάμεις, δι' αὐτὸν μάρτυρες· σοφῆται γὰρ τὸ σοφι-

σεφητεύθητε, διὸ φησιν ὁ Δαβὶδ τὸν ἀπεσταλμένον οἰκονομικῶς, μάρτυρες διὰ τὸν πρωτομάρτυρα. ἦλθε θεὸς ὅλος γῆς, ὁ υἱὸς σαρκὶ κρύψας, ὡς ἠβουλήθη, τὸ τῆς αὐτοῦ θεότητος μέγεθος, οὐκ ἐρημώσας τὰ ἐν ἐρημοῖς, οὐδὲ γὰρ πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι ἔρημος αὐτοῦ ὁ κόσμος. θεὸς ἦν ἀεὶ ἔστι, γέγονε δὲ ἄνθρωπος διὰ οἰκονομίαν, σαρκωθεὶς καὶ πεχθεὶς ἐκ παρθένου διὰ οἰκείαν φιλανθρωπίαν· ἄξιον ἑαυτοῦ καὶ ἴσον ὁ υἱὸν ἐγέννησεν ὁ πατὴρ, ὡς οἶδεν ὁ γεννήσας αὐτὸν θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς υἱὸς, ὦ φιλόσοφε.

A eum qui à Prophetis prædictus est: Apostoli propter eum, qui dispensatorie missus & Apostolus factus est: Martyres propter eumdem protomartyrem. Venit Deus in terram, Filius in carnem, occultans vt voluit, suæ diuinitatis magnitudinem, non ea quæ in cælis sunt deserens: neque enim ante incarnationẽ desertus ab eo erat mundus: Deus erat & est, & factus est homo propter dispensationem, incarnatus & natus ex virgine propter suam erga genus humanum charitatem. Pater dignum seipso & æqualem genuit Filium, eo modo quem nouit ipse qui eum genuit Deus & Pater, & qui ex ipso genitus est Filius, ò Philosophe.

B

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Μὴ δὴ πλείοσιν ὅσον δεῖμεν βιαζόμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ τῶν λόγων δυσχερείᾳ θησιαζειν ὡς νέφος πρὸ τῆς γραφῆς ἀσάμενον φέγγος· ἀλλὰ εἰς τὸ σαφὲς τῆς γραφῆς ἐλθὲ, τὸ σοι προκείμενον· ἐμὲ μὲν φεύγε, τὸν, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἐς τὸν, κύριος ἐποίησε χώρας καὶ οἰκητούς, ἅπερ οἰκουμένην τῆς ὑπ' οὐρανὸν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἔννοιαν περὶ τοῦ ἑνὸς κυρίου. τοῦτό ἐστι τοῦ θεοῦ, ὃ ἐς πρωτότοκον κτίσματος εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, ὃν καὶ υἱὸν αὐτοῦ προσηγόρευσε, τοῦ καὶ κτίσματος δι' αὐτοῦ, ὡς δι' ὑπηρέτου, χώρας ἐς οἰκητούς. εἰ γὰρ καὶ ἡ κτίσις τοῦ θεοῦ σοφία, τοῦτ' ἔστιν, ὁ υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐστὶν ὁ κτίζων δι' αὐτοῦ τὰ μὴ ὄντα, ὡς δι' ὑπηρέτου.

CONTRADICTIO PHILOSOPHI.

Ne pluribus perseueres vim facere veritati, & verborum arte quasi nube obumbrare tentans non obscurum scripturæ sermonem: sed veni ad manifestam scripturam, quæ tibi est proposita, & non fugias illud: Dominus condidit me initium viarum suarum in opera eius. & illud: Dominus fecit regiones, & inhabitabilia, & summa quæ habitantur eius quæ sub cælo: vnam & eamdem habet intelligentiam. De vno Domino Deo hæc sunt, qui primo factum creauit initium viarum suarum in opera eius, quem & Filium appellauit qui Deus etiam per ipsum Filium quasi per instrumentum fecit regiones, & inhabitabilia. Etsi enim creata Dei sapientia, hoc est, Filius operatur, Deus tamen est qui per ipsum quasi per instrumentum ea quæ non erant, creat.

Prouer. 8.
ibid.

C

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΔΙΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

Πολὺ διατρίβων τ' βασιλικῆς λεωφόρου, τοῦτ' ἔστι τ' ἀποστολικῆς πίστεως, ἔξω πῶς τούτης φέρεσθαι ἀνέχῃ; κρημνίσου σαυτὸν ἄπαξ ἐλόμενος, καὶ μικρὸν ἀναδύσας ἐκ τ' βεβόθρου σε τῆς ἀσεβείας βυθοῦ. ὅταν ἤκουσας διὰ τῆς ἁγίας ταυτησὶ τούτης τὴν προφητείαν τ' μεγάλου Ἱερεμίου δακτυλοδεικτοῦντος, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ λέγοντος· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν· καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς ἐπιλέγει· μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. ἐ οἶσθα, ὦ φιλόσοφε, ἐπερωτηθεὶς παρὰ τ' ἁγίων ἐπισκόπων, τίς ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφεὶς, ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱός; ἐ ὁμολογήσας, ὅτι ὁ υἱός, καθὼς αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσιν. οὐ τοῦτο ἔρρηξας; πῶς πάλιν ἐπὶ τὸν βυθὸν τῆς μοχθηρίας Ἀρείου ἑαυτὸν ἀναπτίζεις, μᾶλλον δὲ βυθίζεις; οὐ γὰρ αὐτίζόξας χωρισθεὶς ἐκείνου, ὡς ἑαυτὸν συνίζόξας. προκείμενός σ' ἄθλιε τ' ἀποστολικῶν δογμάτων τὰ Ἀρείου βλάσφημα ῥήματα, κτίσμα καὶ ἐργαλεῖον τ' υἱὸν τ' θεοῦ ἀποκαλῶν. ἄκουε τοίνυν ἡμῶν, ὦ φιλόσοφε, εἴπερ φιλόσοφος εἶ, καὶ πίθου, μὴ ὡτὸν εἶναι τ' υἱὸν τ' θεοῦ τὴν κτίσιν σοφίαν, τὸν λογισμὸν, τὸν τῷ ἀνθρώπῳ ὑπ' αὐτοῦ υἱῷ τ' θεοῦ δοθέντα, τ' κτίσαντος χώρας ἐς οἰκητούς· ἀπόστηθι σου τ' νοῦ, μὴ πρὸς ἀπεχθῆσαι

RESPONSIO SANCTORVM EPISCOPORVM per eumdem Episcopum Eusebium Pamphili.

D Cum diu in via publica & regia, hoc est, in Apostolica Fide permanseris, quomodo extra illam ferri sustines? vt simul sublatus te ipsum præcipites, cum ex profundo impietatis te circumstantis parum emerseris, quando ab hac sancta Synodo audisti prophetiam magni Hieremiæ, quasi digito, vt ita loquamur, indicantis, & dicentis: Hic Deus noster, & non reputabitur alius aduersus eum: & quæ sequuntur, quibus addit: Post hæc in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. & nosti ò Philosophe, quòd interrogatus à sanctis Episcopis, quisnam in terris visus esset, & cum hominibus conuersatus, Pater ne an Filius? confessus es, quòd Filius, vt diuinæ scripturæ testantur. Nonne hæc dixisti? quomodo iterum in profundum prauitatis Arij teipsum conijcis, aut potius demergis? Non enim ab eo separatus castra moueres, vt teipsum implicares. Præfers, ò miser, Apostolicis dogmatibus Arij verba blasphema, creaturam & instrumentum Filium Dei appellãs. Audi ergo à nobis ò Philosophe, si tamen philosophus es, & crede nón ipsum Filium Dei esse sapientiam creatam rationalẽ, ab ipso Filio Dei qui fecit terram & inhabitabilia, homini datam. Animum tuum conuerte non ad odiũ respiciens,

Baruch 3.
ibid.

E

ſed ad veritatem, & ipſa veritas ducet te: atque agnoſces, Filium Dei vnigenitum non eſſe creaturam, ſed ipſum creatorem & opificem omniũ creatarum naturarum, ſicut & ipſe parum reſpiciens intellexiſti, & intelliges, vt ego credidi, ſi ſaluari deſideras.

CONTRADICTIO PHILOSOPHI de Spiritu ſancto.

CAPVT XX.

SInt, inquit, credibilia de Filio, & minime dubia, vt dicitis, quòd creauerit, aut ſimul cum Deo & Patre condiderit, vt teſtimonia indicant, & quòd non opus, ſed germen ſit Dei, qui natura ex ipſo genitus eſt, & quæ iam ſunt admiſſa. Ceterum de Spiritu ſancto non poteſtis aliquid affirmare. Quis enim audebit aſſerere Spiritum ſanctum creatorem aliquarum creatarum naturarum? Vbi teſtimonia de ipſo prædicant, condidiſſe illum aliquam creaturarum quæ videntur, aut quæ non videntur? Quis vero de ipſo prorſus, ſicut de Filio ſcripſit? Proclamet aliquis veſtrum, ſi poteſt.

RESPONSIO PATRVM PER Protogenem Epiſcopum Sardicenſem.

Non difficile, ò Philoſophe, operum ſancti Spiritus teſtimonia tibi demonſtrare, quæ Patres noſtri de illo expoſuerunt, quòd creauit. Iterũ proponemus quod de creatione dictum eſt: Dixitq. Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. & adiecit dicens: Fecitq. Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum, maſculum & feminam fecit eos. Sicut ergo Deus eſt Pater, qui Filio dixit, Faciamus, & Filius Deus, qui fecit hominem. Si ergo Deum aſſerimus eum qui dixit, & qui fecit Adam & Euam, deinceps de Spiritu ſancto audi. Qui fecit Adamum, eratne Deus, an non? *Philoſophus*: Eſt profecto Deus. *Epiſcopus*: In libro Iob, Eliu Buzites ait ad Iob: Diuinus ſpiritus qui fecit me. Si ergo Deus eſt qui Adamum fecit, quid dicis de illo qui fecit Eliu? an alterius eſſentiæ videtur tibi Eliu eſſe, atque Adam? ex æquali enim artificum peritia æqualem concluſionem proferre, perſonæ hominis innatum eſt. Quid ergo dices Philoſophe de illo qui fecit Eliu? Numquid non etiam Deum affirmabis, & hominis creatorẽ? Vt enim dixit de eo qui fecit Adamum: Fecitq. Deus hominẽ: ita nos dicere par eſt de eo qui fecit Eliu, quòd ſcilicet Spiritus ſanctus ſit Deus: & quorum creationis æqualis eſt fabrica, æqualis etiam ſit opificum appellatio. Siquidem vna eſt diuinitas ſanctæ Trinitatis, quæ in tribus ſubſiſtentijs perfectis & æqualibus cõſideratur, iuxta illud: Et fecit Deus hominẽ. & illud: Diuinus ſpiritus fecit Eliu. In libro autẽ analepſis Moyſis Michael angelus diſputans cũ diabolo dicit: A Spiritu ſancto eius omnes creati ſumus. Et rurſus ait ex perſona Dei;

Exiuit

Geneſ. 1.

Iob 33.4

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, *κ) τοῦ ἁγίου πνεύματος.*

ΕΣτω, φησὶ, πρὸς τοῦτο τοῦ υἱοῦ ἡ ὁμοφίλεια, ὡς φατὲ, ὅτι ἔκτισεν, ἢ ὅτι συνέκτισε τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὡς αἱ μαρτυρίαι δηλοῦσι, κ) ὅτι οὐ πνεῦμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ θεοῦ, φύσει ἐξ αὐτοῦ γεγονημένος, καὶ ἤδη ἀνέχομεθα. μὴ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος ἔχετί τι λέγειν; τίς γὰρ τολμήσει φῆσαι τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα τινῶν γενητῶν φύσεων; τοῦ δὲ μαρτυρίαν περὶ αὐτοῦ λέγουσι διεδημιουργηκέναι αὐτὸ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων κτισμάτων; τίς δ' ὅλως ἀνέχεται περὶ αὐτοῦ ὡς περὶ τοῦ θεοῦ; ἐκβοήσῃ τις ὑμῶν, εἰ ἔχοι.

ΑΝΤΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ *διὰ Πρωτογένους Ἐπισκόπου Σαρδικῆς.*

Οὐκ ἔστι δυσχερὲς, ὦ φιλόσοφε, ἐπιδεῖξαί σοι τὰς μαρτυρίας τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἃς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐξέθεντο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἔκτισε. πάλιν ἐρήσωμεν τὸ περὶ τῆς κτίσεως ῥηθέν· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν κ) καθ' ὁμοίωσιν, κ) ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρρεν κ) θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ὡς οὖν θεός ἐστιν ὁ πατὴρ ὁ εἰπὼν τῷ υἱῷ, ποιήσωμεν, ὁ δὲ υἱὸς θεὸς ὢν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· εἰ οὖν θεὸν λέγομεν τὸν εἰπόντα, κ) τὸν ποιήσαντα τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, λοιπὸν ἄκουσον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ ποιήσας τὸν Ἀδὰμ θεὸς ἦν, ἢ οὔ; Ὁ φιλόσοφος ναὶ θεός ἐστι. Ὁ ἐπίσκοπος· ἐν τῇ βίβλῳ Ἰὼβ Ἐλιοὺμ ὁ Βυζαίτης λέγει πρὸς Ἰώβ· πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσό με· εἰ οὖν θεός ἐστιν ὁ ποιήσας τὸν Ἀδὰμ, τί εἶπας τὸν ποιήσαντα τὸν Ἐλιοὺμ, ἢ ἐπιεικὲς δοκεῖ σοι εἶναι ὁ Ἐλιοὺμ τοῦ Ἀδάμ; τῶν γὰρ δημιουργῶν ὅλη ἡ ἴσις ἐπιστήμης, τὸ ἰσοσθενὲς τοῦ συμπεράσματος φανερόν ἐστιν, πέφυκεν ὅλη τὸ τοῦ ἀνθρώπου ποιῆσαι. τί οὖν λέξεις φιλόσοφε τὸν ποιήσαντα τὸν Ἐλιοὺμ; ἆρα ἔχει θεὸν ἢ ποιητὴν ἀνθρώπου; ὡς γὰρ εἴρηται περὶ ἑνὸς ποιήσαντος τὸν Ἀδὰμ, ἐποίησε ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ, οὕτως εἰπεῖν ἡμᾶς δίκαιον ἐστὶ περὶ τοῦ ποιήσαντος τὸν Ἐλιοὺμ, ὅτι θεὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐστὶν, ἴση τῆς δημιουργίας ἡ πλάσις, ἴση καὶ ἡ τῶν δημιουργῶν κατασκευή· ὥσπερ μία θεότης τῆς ἁγίας τριάδος ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι πλέουσι καὶ ἴσαις νοεῖται· τὸ, ὅτι, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ποιῆσαν τὸν Ἐλιοὺμ· ἐν βίβλῳ δὲ ἀναλήψεως Μωσέως, Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ λέγει· ἀπὸ γὰρ πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ πάντες ἐσμὲν, καὶ πάλιν λέγει· ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ

ἐξῆλθε

ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο. ἀχώριστος γὰρ ἀεὶ ἡ θεία καὶ ἄῤῥητος τριάς, ὅ τε πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, δημιουργήσασα ἅμα πᾶσαν τὴν κτίσιν, τήν τε νοητὴν, καὶ τὴν αἰσθητήν. λέγει γὰρ καὶ ἐν τῷ λβ'. ψαλμῷ· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. ἄκουε δὴ τοῦ θεοῦ ἐν Ησαΐᾳ λέγοντος· ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου, ἐπακούσομαί σου θεὸς Ισραήλ. εἰπὼν δὲ περὶ τῶν ἐνεργεσιῶν τὰ πρὸς τὸν λαὸν, ἐπάγει λέγων· ἵνα ἴδωσι καὶ νοήσωσι καὶ ἐπίστωνται ἅμα, ὅτι χεὶρ κυρίου ἐποίησε πάντα ταῦτα· καὶ ὁ ἅγιος τοῦ Ισραὴλ κατέδειξεν αὐτά· χεῖρα φήσας τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ θεοῦ, ἅγιον δὲ τοῦ Ισραὴλ τὴν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ πάλιν πρὸς Ιακὼβ εἶπεν· ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. καθὰ καὶ Ιεζεκιὴλ, λέγων· ἐγένετο χεὶρ κυρίου ἐπ' ἐμέ. εἴωθεν ἡ γραφὴ, ὦ φιλόσοφε, ἡ χεῖρα ἢ βραχίονα καλεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ, δεξιὰν δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

ΕΤΙ ΟΙ ΑΓΙΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ ΕΙΠΑΝ Διὰ Λεοντίου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας.

Ικανὰ μὲν τὰ λεχθέντα περὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος πεῖσαί σε φιλόσοφε, ὅτι συνδημιουργὸν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων, καὶ τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. ἐπιστήσας οὖν τὸν νοῦν σου, ἐκ τῶν προλεχθέντων σοι, ἄκουε καὶ νῦν σαφεστέρας ἀποδείξεις περὶ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν. λέγει ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ· ἄσατε τῷ κυρίῳ ἆσμα καινόν· διὰ τί; ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ κύριος, ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα λέγων τὸ ἅγιον. καὶ ἐν καθολικαῖς δὲ Ιωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ, περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου θεολογῶν αὐτὸ καὶ αὐτὸς, καθὰ καὶ πάντες, τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. καὶ μετ' ὀλίγα· ὁ πιστεύων, φησὶν, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ ἐν ἑαυτῷ· ἀντὶ τοῦ, τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ μὴ πιστεύων τῷ υἱῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν. καὶ ὁ μέγας δὲ τῶν ἀποστόλων πρόβολος ὁ θεῖος Πέτρος φησὶ πρὸς Ανανίαν· εἰς τί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ μετ' ὀλίγα· οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ. καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ, πάλαι, τὸν οὐρανόν φησι καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος. καὶ ὁ Σολομὼν δὲ δεικνὺς τίς ὁ πληρῶν, λέγει· πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. πείθου τοίνυν καὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δεσποτείας, καὶ δέχου καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας, πιστεύων ὅτι τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, καὶ τοῦ αὐτοῦ κρίματος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ περ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, καὶ συνυπάρχον ἀεὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ. ἀκούεις φιλόσοφε.

ἴσ. χρήματος

A Exiuit spiritus eius, & factus est mundus. Inseparabilis enim est diuina & ineffabilis Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quæ simul condidit omnem creaturã, tam quæ intellectu, quàm quæ sensu percipitur. Inquit enim: Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Audi ergo Deum in Esaia loquentem: Ego Dominus Deus tuus. Audiam te Deus Israel. Postquam autem de beneficijs disseruit quæ ad populum pertinent, adiungit, dicens: Vt videant, intelligant, & sciant quòd manus Domini fecit hæc omnia, & sanctus Israel ostendit ea. manum appellans Spiritum Dei, sanctum autem B Israel, Filium eius. & rursus ad Iacob ait: Manus mea fundauit terram, & dextera mea cælum firmauit. vt & Ezechiel dicit: Facta est manus Domini super me. Consueuit scriptura, ò Philosophe, manum aut brachium appellare Spiritum sanctum Dei, dexteram autem Filium eius.

Psal. 32. *Esai. 41. a* *Ibid.* *Esai. 48. b* *Ezech. 3. d*

ADHVC SANCTI PATRES DIXERUNT per Episcopum Leontium Cæsareæ Cappadociæ.

C Sufficiunt quidem, quæ dicta sunt de operibus sancti Spiritus, ò Philosophe, vt ipsum credas simul cum Patre & Filio omnium factarum naturarum esse creatorem, & eiusdem diuinitatis atque substantiæ, cuius est Pater & Filius. Aduertens igitur animum ad ea quæ prius tibi dicta sunt, audi & nunc de eodem manifestiores demonstrationes ex sacris litteris. Ait propheta Dauid: Cantate Domino canticum nouum. quare? quia mirabilia fecit, saluauit dextera eius (pro eo quod est, Filius eius) & brachium sanctum eius, Spiritum sanctum significans. & in D Catholicis Ioannes Euangelista idem clamat, & ipse, quod & alij omnes, de Spiritu sancto diuinitus differens: Spiritus est qui testificatur, quia spiritus veritas est. & post pauca: Qui credit, inquit, in Filium Dei, habet testimonium Dei in semetipso: pro eo quod est, Spiritum sanctum Dei: qui autem non credit Filio, mendacem facit eum. & magnum Apostolorum propugnaculum, diuinus Petrus ait ad Ananiam: Cur impleuit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? & post pauca: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et rursum in veteri Testamento: Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus. & Salomon indicans quis impleat, ait: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Crede, & de potestate Spiritus sancti hæc recipe de ipso testimonia, quòd Spiritus sanctus eiusdem sit deitatis & substantiæ, eiusdemq. auctoritatis atque Pater & Filius, & cum Patre & Filio semper existat. Audis Philosophe.

Psal. 97. *1. Ioan. 5.* *Ibid. c* *Act. 5. b* *Ibid.* *Hiere. 23. e* *Sapien. 1.*

RESPONSIO PHILOSOPHI AD sanctos Patres noſtros.

Igitur vt dicitis,& teſtimonia ſcripturarũ quas proponitis, indicant, oportet Spiritum ſanctum Deum eſſe affirmare: ſed mihi videtur coactam eſſe hanc ſententiam, niſi aliæ ſcripturæ nobis proferantur. Niſi quod illa de Eliu demonſtratio manifeſta eſt. Alteram vero ex Moyſis analepſi, quam vocant, vt paulo ante dixiſtis, numquam audiui niſi nunc: quamobrem à vobis poſtulo,clariorem mihi eorum quæ dicta ſunt, conſiſtentiam ob oculos exhibeatis. Ad perfectiſſimam enim de Spiritu ſancto certitudinem non mihi ſufficiunt quæ iam à vobis dicta ſunt, ſed candidiori atque vehementiori ſermone opus habet hæc hypotheſis. Non enim de paſſim occurrentibus quæſtio eſt.

RESPONSIO SANCTORVM PATRVM per eundem Epiſcopum Leontium ad Philoſophum.

Cum ſit copioſa eorum quæ tibi enarrata ſunt, demonſtratio, & teſtimonia ex diuinis ſcripturis euidentiſſima, quæ perſuadere tibi propoſitam hypotheſim valeant,miramur,ò Philoſophe,quomodo qui tanta intelligentia videris pollere, adhuc dubitas. Verum enimuero, præſertim cum te veritatem aſpicere volumus, & hoc precamur & exhortamur prudentiam tuam,vt incipias increatam illam & immutabilem naturam fide intelligere, non autem humanis rationibus, vt ſæpe diximus, quæ intellectum ſuperant, curioſe audeas inquirere, neque pravis & impijs Arij opinionibus auxilio eſſe tamdiu ſuſtineas, maxime cum philoſophus ſis, vt ais, ò Philoſophe,ſed fideliter ſuſcipere, vt paulo ante monuimus, & quæ tibi ſunt dicta, & quæ dicenda ſunt. Admitte vnam diuinitatem Patris Filiũ ineffabiliter generantis,& Filij ex eo geniti,& Spiritus ſancti ex eodem Patre procedentis, qui & proprius eſt Filij, vt ait diuinus Apoſtolus Paulus:

Rom. 8. Qui ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius,

2.Cor.3.c & idem alibi: Dominus autem ſpiritus eſt. &

1.Cor.12. rurſus: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus:& diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autẽ Dominus:& diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus,qui operatur omnia in omnibus. & poſt non multa: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus,diuidens vnicuique prout vult. Ecce tibi,ò Philoſophe,manifeſtiſſimam demonſtrationem, quæ Deum prædicat Spiritum ſanctum,& quæ oſtendit eius ex natura ſua poteſtatem. Vide igitur, quomodo ſic

Ibid. ait: Diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. & illud: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus,qui diuidit vnicuique prout vult. & Dominus in Euangelijs, vt ſcis, manifeſtius ad Sa-

Ioan.4. maritanam loquens, ait: Spiritus eſt Deus. Si ergo ſpiritus eſt Deus, omnino & Deus erit Spiritus,

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΡΟΣ τοὺς ἁγίους ἡμῶν πατέρας.

Οὑτωῖ καθὼς φατὲ,καὶ αἱ μαρτυρίαι δὲ τῶν γραφῶν, ὧν παρηγάγετε, δηλοῦσι, θεολογεῖν δεῖ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καί μοι δοκεῖ βεβιασμένον εἶναι τὴν ἔννοιαν, εἰ μὴ αἱ τῶν γραφῶν ὑφ' ἡμῶν παρέχθη. πλὴν τὸ μὲν περὶ Ελιοὺ τοῦ Βζαιτου σαφὴς ἡ ἀπόδειξις. περὶ δὲ τῆς ῥηθείσης ἀναλήψεως Μωσέως,περὶ ἧς ἄρτιος εἰρήκατε, οὐδὲ ἀκηκόα πω, εἰ μὴ νῦν· ὅθεν αἰτῶ ὑμᾶς σαφεστέραν μοι τῶν λεχθέντων ἀνδεχῆναι τὴν σύνεσιν· πρὸς ἐπιπλεόνασιν γὰρ πληροφορίας περὶ τοῦ πνεύματος οὐκ αὐτάρκη μοι τὰ ἤδη παρ' ὑμῶν λεχθέντα· λαμπρᾶς γὰρ δεῖται φράσεως, καὶ γλυκυτέρας ἡ ὑπόθεσις. ἀ γὰρ περὶ τῶν τυχόντων ἡ ζήτησις.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΗΜΩΝ πατέρων πρὸς τοῦ αὐτοῦ Ἐπισκόπου Λεοντίου πρὸς τὸν Φιλόσοφον.

Πολλῆς ὄσης τῆς τῶν εἰσηνεγθέντων σοι ἀποδείξεως, καὶ ἐναργεστάτων τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, πῶσύ σε δυναμένων περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως, ὦ Φιλόσοφε, θαυμάζομεν πῶς τοσαύτης πίστεως δοκῶν ἔμπλεως εἶναι, ἔτι ἀμφιβάλλεις. ἀλλ' ἐπιδὴ σε πρὸς τὴν ἀλήθειαν βλέπειν ἐθέλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν, παραιτούμεθά σου τὴν σοφὴν ἄρχεσθαι πίστει νοεῖν τὴν ἄκτιστον φύσιν ἀκούσας, καὶ ἄτρεπτον· καὶ μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, οἷς πολλάκις εἰρήκαμεν, πολυπραγμονεῖν καταλιμπάνειν τὰ ὑπὲρ νοῦν· μὴ πῶς κακοδόξοις ἐπαίβιοις ἐννοίαις Αρείου συμφέρεσθαι ὅπῃ πλεῖον ὅσον αὐέχει, φιλόσοφος ὢν, ὡς φῂς φιλόσοφε, ἀλλὰ δέχου πρῶτον, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, τὰ τε νῦν ῥηθέντα σοι, τά τε μέλοντα ῥηθήσεσθαι. δέχου μίαν θεότητα τοῦ πατρὸς τοῦ γεννήσαντος τὸν υἱὸν ἀσυγχύτως, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ γεννηθέντος ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, ἰδίᾳ ὄντος τοῦ υἱοῦ, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος· εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. καὶ πάλιν· διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δ' αὐτὸ πνεῦμα. καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσὶν· ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶ, ὁ δ' αὐτὸς θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· καὶ μετ' ὀλίγα, πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. ἰδοὺ ὦ Φιλόσοφε, σαφεστάτη καὶ τελειοτέρα ἀποδείξει θεολογοῦται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύουσι αὐτοῦ τὴν αὐτεξουσιότητα. ὅρα πῶς ὧδε λέγει· διαιρέσεις δὲ ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· καὶ τὸ, πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. τί ὁ κύριος ἔφη ἐν εὐαγγελίοις, ὡς οἶδα, σαφῶς διαλεχθέντος πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιδα, τί φησί· πνεῦμα ὁ θεός. εἰ οὖν πνεῦμα θεὸς, πάντως θεὸς καὶ τὸ πνεῦμα,

πνεῦμα, ἀλλ' οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλὰ μία θεότης τῶν θεείρων προσώπων, κατὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἔννοιαν. ἀλλὰ πρόσωπον ἀκούοντες, μὴ ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον ὑπολάβωμεν. ἀσώματον γὰρ καὶ ἀσχημάτιστον· καθὼς καὶ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων, καὶ αὐτὸς, ὡς καὶ ἡμεῖς, καθωμολόγησας. καὶ γὰρ καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ πρόσωπον ἔχειν μεμαρτύρηται, καθὰ αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις πρὸς τοὺς γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους διαλεγόμενος ἔφη· ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς οἴδατε δοκιμάζειν, καὶ τὰ ἑξῆς. πᾶν γὰρ τὸ ὑφεστὼς ἐφ' ὅσον ὑφέστηκεν, πρόσωπον ἔχειν λέγεται τῆς οἰκείας φύσεως, ἤτοι σχήματος. ἀλλὰ μὴν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ κτίσματά, καθὰ καὶ πᾶσα ἡ τῶν γενητῶν φύσις, ἡ δὲ θεία καὶ ἄῤῥητος οὐσία ἄκτιστος· ἁπλοῦν γὰρ καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον, ἀίδιόν τε καὶ ἀθάνατον. ἀλλ' ἵνα τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. ἀποδείξαμεν διὰ πλειόνων τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν μαρτυριῶν, συνδημιουργὸν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ πάσης κτίσεως ὁρωμένης τε καὶ νοουμένης εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπείπερ καὶ ἀχώριστον ἀεί ἐστι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καθὰ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ. ἐάν δὲ, οἶμαι, λάβητε καὶ δι' ὑποδειγμάτων αἰ καὶ ἀσθενεστέρων χρήσασθαι ὑποθήκας, ὁ λόγος ὁ σὸς, καθὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι, προφορικὸς μέν ἐστι, γινόμενος δὲ ἀτμήτως ἐκ τοῦ σοῦ νοός· ὁμοίως καὶ τὸ πνεῦμά σου, καὶ ἐκπορεύεται ἐκ σοῦ· καὶ οὐκ ἂν εἴη σὸς λόγος, οὔτε τὸ πνεῦμά σου ἄνευ τοῦ λόγου σου, ἀλλοτρίους δὲ ἂν εἴποις ἀμφοτέρους εἶναι σοῦ. καὶ τοιοῦτόν τι ἐπὶ τοῦ θεοῦ λόγου καὶ πνεύματος ἁγίου νόησον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν λόγον σου, οὔτε τὸ πνεῦμά σου ἄνευ σοῦ ἐθέλεις εἶναι, πῶς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐρευνῶν τὰ βάθη τοῦ θεοῦ τολμᾷς ἀλλότριον εἶναι εἰπεῖν, ἢ τὸν λόγον, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ; ἢ τοὺς ταῦτα λέγοντας προσκαθαίρεις; ναὶ φιλόσοφε.

A ritus, non autem alius, atque alius: sed vna diuinitas vtriusque personæ, iuxta hypostasium considerationem. At vero cum personam audimus, ne suspicemur, quod est diuinum habere humanam effigiem. expers est enim compositionis atque figuræ, vt in principio disputationum tu ipse, sicut & nos, confessus es. Nam & cælum & terram personam habere testantur: quemadmodum & ipse Dominus in Euangelijs ad Scribas & Pharisæos loquens, aiebat: Hypocritæ, faciem si- Luc.12.g
ue personam cæli & terræ dijudicare nostis. & quæ sequuntur. Quidquid enim per se subsistit, quatenus per se subsistit, propriæ naturæ perso-
B nam siue faciem siue figuram habere dicitur. Sed cælum quidem & terra facta sunt, sicut & omnis creaturarum natura: substantia vero diuina & ineffabilis, increata si quidem & simplex est, atque omnis compositionis expers, infigurata, æterna & immortalis. Sed ad institutum reuertamur. Pluribus ex diuinis scripturis testimonijs demonstrauimus, Spiritum sanctum simul cum Patre ac Filio conditorem esse omnis creaturæ, & eius quæ videtur, & eius quæ intelligentia percipitur: quandoquidem inseparabilis sem
C per est à Patre ac Filio, quemadmodum & Filius à Patre, & Pater à Filio. Age dum si videtur per similitudines, quamuis infirmiores, accipe bona documenta. Verbum tuum, vt & cuiusuis hominis, prolatitium est, gignitur autem insecabiliter & ex mente, quemadmodum spiritus tuus procedit ex te: neque autem verbum tuum neque spiritum tuum à te alienum esse dixeris, & hæc quidem non dedignaris in hominibus considerare: in illa vero Dei substantia ineffabili, & quæ superat intellectum, atque comprehendi nõ
D poteſt, verbum non prolatitium, sed semper viuens & efficax, & penetrabilius omni gladio an- Hebr.4.e
cipiti, quod iudex est omnium; si quidem & opifex est: in cuius conspectu nulla creatura latet, omnia nuda & aperta in oculis eius. & sanctum eius Spiritum, qui scrutatur profunda Dei, audet 1.Cor.2.
aliquis alienum esse affirmare, aut Verbum aut Spiritum Dei? aut hæc asserentes admittere? vtique ò Philosophe.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων.

E Ἐπειδὴ εἰς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν ἡμᾶς ἄγετε, φάσκοντες δεῖν, μίαν θεότητα νοεῖσθαι καὶ πιστεύεσθαι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐπεμνήσθημεν δὲ τῶν πρώτων ἐμφερθέντων ῥητῶν, ὅτι θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ θεὸς ὁ υἱὸς, καὶ θεὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον· νῦν δὲ φατὲ μίαν θεότητα τῶν τριῶν τελείων ὑποστάσεων, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. λαμπρότερον σαφήνισόν μοι τοὺς ῥητοὺς, ὦ διδάσκαλε.

RESPONSIO PHILOSOPHI AD sanctos Episcopos in vniuersum.

CAPVT XXI.

POstquam ad sublimiorem intelligentiam me ducitis, asserentes oportere vnam diuinitatem cogitare ac credere Patris & Filij & Spiritus sancti: memini autem vos prius dixisse, Deũ esse Patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum: nunc autem dicitis vnam esse diuinitatem trium perfectarum hypostasium, Patris, & Filij, & Spiritus sancti; candidius precor has mihi sententias explicate.

ἐκ τῶν αἰσθητῶν περὶ τῶν νοητῶν· καὶ ἐκ τῶν κρ̃ νοουμ̃ περὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν· καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ τῶν ὑπὲρ λόγον· εἰ γὰρ σύγκειται πάντα τὰ ἐρώμενα καὶ τὰ νοούμενα τῶν τε ἐπιγείων καὶ ὑπογείων καὶ καταχθονίων κτισμάτων πρὸς τὴν ἄκτιστον ἐκείνην καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀθάνατον τοῦ θεοῦ οὐσίαν· πάλιν τὸ ἐμπεσὸν ὑπόδειγμα ἐμμέτριον πρὸς ὠφέλειαν τῆς πιστῶς δεχομένοις, ἀλλ' ἀσφαλῶς εἰκόνα παρέχον τῆς ἀσεβείας τοῖς ἀσεβῶς ἐθέλουσι νοεῖν, λέξομεν. τὸ αἰσθητὸν τοῦτο πῦρ φύσις μία ὂν, ἤτοι οὐσία, τριάς ἐστι κρ̃ τοῦτο, πῦρ, ἀπαύγασμα, φῶς· καὶ οὐδὲν τούτων προϋπάρχον τοῦ θατέρου διέσπασται, ἀλλ' ἔστιν ἀχωρίστως ἀλλήλων τὰ τρία, τὸ πῦρ, τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ φῶς. διάχωρισον τοίνυν, εἰ δύνῃ, ὦ φιλόσοφε, τὰ τρία, καὶ δεῖξον ἡμῖν θατέρου τοῦ θατέρου προϋπάρχον, ἢ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ πῦρ καθ' ἑαυτὸ προϋπάρχον, καὶ μεταγενέστερον μέν χρόνῳ τινὰ τοῦ πυρὸς τὸ ἀπαύγασμα, ἢ μεταγενέστερον πάλιν ἢ μεταχρόνιον τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ φῶς, ἢ προχρόνιον. δεῖξον ἡμῖν, εἰ δύνῃ, διακεχωρισμένα ἀπ' ἀλλήλων τὰ τρία, καὶ μὴ ὡς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ὄντα τὸ πῦρ, ἀπαύγασμα, φῶς, μιᾶς οὐσίας τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως· ταῦτα κρ̃ νοῦν λαβὼν τὰ αἰσθητὰ καὶ κτιστὰ, εἰ καὶ ἀσύγκριτα, ὡς δρᾶσαι ἠρκάμεν, πρὸς τὴν αἰδίου ἐκ ἀκτίστου τοῦ θεοῦ οὐσίαν, πάλιν δέχου ἐκ τούτων ἀφορμὰς σωτηρίους, καὶ πληρώσας τῇ πίστει τὸ τῆς διανοίας σου ὄμμα, ἀναβήθι ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν τοῦ θεοῦ ἔννοιαν· καὶ ἀπαντήσει σοι, ὡς γε δυνόμεθα καὶ πεφρονήμεθα, ἐκεκραλλωπισμένη σοι ἡ χάρις ἡ τοῦ πατρὸς ἐκ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεικνύουσί σοι μίαν θεότητα πῦρ ἕν ὂν ἀθάνατον, ἐκ ἀπαύγασμα, ἐκ φῶς, ἀπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, ἀχώριστον, ἀδιαίρετον, ἀπερινόητον, καὶ ἀπερίφραστον, τριάδα ἀληθῶς ὁμοούσιον, τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

libus intellectilia, ex his quæ intellectui ſubijciuntur, ea quæ intellectum ſuperant, & ex his quæ dicuntur, ea quæ ſunt ſuper omnem ſermonem. Quamuis autem omnia & quæ videntur & quæ intelliguntur ex cæleſtibus creaturis & his quæ in terra vel ſub terra ſunt, conferri nequeant cum illa increata, incomprehenſibili, & immortali Dei ſubſtantia, nihilominus tamen occurrentem ſimilitudinem proferemus, etſi non æquabilem, ad vtilitatem tamen fideliter ſuſcipientium, & quæ ſufficientem pietatis imaginem præbeat pie conſiderare volentibus. Senſibilis iſte ignis, natura vna ſiue ſubſtantia cum ſit, trinitas eſt in eodem, ignis, ſplendor, lumen, & nihil horum inuenitur altero prius eſſe: ſed à ſe inuicem ſeparari non poſſunt tria, ignis, ex ipſo ſplendor, & lumen. Diſtingue igitur, ſi potes, ò Philoſophe tria hæc, & oſtende nobis aliud alio prius exiſtere, vel ignem ante ſplendorem in ſeipſo eſſe, vel ſplendorem poſt aliquot tempora igne poſteriorē, aut rurſus lumen igne vel ſplendore poſterius eſſe tempore, vel etiam prius: oſtende ſi potes, diuidens adinuicem hæc tria, & non ſimul exiſtere ignem, ſplendorem, & lumen, cùm tamen ſit vna ignis natura. Hæc animo retinens ſenſilia & creata, quamuis conferenda non ſunt, vt paulo ante diximus, ad æternam illam & incomprehenſibilem Dei ſubſtantiam, accipe ex his occaſiones ſalutares, & fide quaſi alis quibuſdam adaptans mentis tuæ oculum, ad ſublimiorem Dei cogitationem aſcende, & occurret tibi, vt oramus & credimus, irradians te gratia Patris & Filij & Spiritus ſancti, & oſtendens tibi vnam diuinitatem tamquam ignem immortalem, ſplendorem & lumen, ſimplicem & ſine compoſitione, inſeparabilem, indiuiſam, incogitabilem, & ineffabilem Trinitatem, vere conſubſtantialem Patris & Filij & Spiritus ſancti.

ΟΠΟΥ ΠΙΣΤΕΤΕΙ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα.

DVBI CREDIT PHILOSOPHVS *in ſanctam Trinitatem.*

Ταῦτα ἀκούσας ὁ φιλόσοφος, καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γενόμενος, ἀπηυθύνθη ὅλῃ ἀλλήλων ὅσον, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτὸν παρεπέσασιν αὐτὸν, φόβος τε πολὺς ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν· εἶτα εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ἀνεκράξατο μέγα ἐπαινῶν, δόξα σοι ὁ θεὸς ὁ ἐμπνεύσας τούτοις τοῖς ἁγίοις σου τὸ ὑπὲρ πάντα νοῦν μυστήριον τῆς ἀχράντου καὶ ἀχωρίστου καὶ ἀκτίστου θεότητος. ἀλλὰ δέομαί σου Χριστὲ, ὡς παναγάθου πατρὸς παναγάθης υἱὸς, πάρες ἄπερ εἰς σὲ, ὑπ' ἀσεβῶν λόγων τῶν ἀσεβῶν Ἀρείων δόξαις, ἥμαρτον, καὶ μὴ ἐσπεσπάσθω μοι δίκας σοῦ ἐπὶ τῷ δικαίῳ κριτῇ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν ῥημάτων ἐλάλησα, ὧν καὶ σὺ ἀπέφηνας ὁ πλάσας. νῦν Ἀρείῳ καὶ τῇ συμμορίᾳ αὐτοῦ τῇ ἀσεβεῖ, βλασφημήσασιν εἰς τὸν υἱὸν καὶ θεὸν, λέγουσιν, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι κτίσμα καὶ ποίημα, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ εἰρηκότι τὸν υἱὸν καὶ θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀναθεματίζω νῦν καὶ * πάντοτε Ἄρειον καὶ τοὺς ἀσεβεῖς αὐτοῦ δόξας,

Cum hæc audiſſet Philoſophus, & quaſi raptus in ecſtaſim maxime obriguiſſet, eiusq. cogitationes ipſum perturbarent, magnus timor in eum incidit. Deinde in ſeipſum reuerſus clamauit valde, dicens: Gloria tibi Deus, qui inſpiraſti ſanctis his tuis myſterium, quod omnem intellectum ſuperat, immaculatæ, immenſæ & increatæ diuinitatis. Sed oro te Chriſte tamquam vndiquaque boni Patris vndiquaque bonum Filiũ, condona quæ impijs adhuc Arij opinionibus ſeductus peccaui: nec pœnis grauer apud te iuſtum iudicem propter impia illa verba, quæ aduerſus te miſer protuli. Væ Ario, & eius impio cœtui, blaſphemantibus aduerſus Filium Dei, dicentibus: Erat quando nõ erat, & quòd creatura ſit, & opus ex alia ſubſtantia Filius Dei & Spiritus ſanctus, & dicentibus Filium Dei & Spiritum ſanctũ non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, cuius eſt Pater. Anathematizo nunc & ſemper Arium & impias eius opi-

* πάντοτε

opiniones, & omnes cum eo sentientes, & blasphemantes aduersus Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Qui enim Filium non habet, neque Patrem habet, & qui contra Filium aut Spiritum sanctum blasphemauit, in Patrem blasphemauit. Supplico autem sacræ vestræ senectuti, adiuuate me per vestras de me ad Christum filiũ Dei preces, maxime cum iam consentiam his quæ à vobis de sancto Spiritu exposita & definita sunt: & confiteor illa esse vera atque firma: hoc esse credens, quod sacrorum scriptor Paulus dixit: Mysterium absconditum à sæculis & generationibus, quod nunc reuelatum est, vt asserit, sanctis eius Apostolis, & Prophetis, & vobis in Spiritu sancto, semper scilicet existentem, & simul subsistentem, ac permanentem cum Deo & Patre Filium eius, & Spiritum eiusdem sanctum.

Coloss. 1. d

ADDENTES SANCTI PATRES de fonte, fluuio, & aqua loquuti sunt ad Philosophum, per Episcopum Leontium.

CAP. XXII.

ILlud etiam, amice Philosophe, quod superest huius veritatis considerandum est. Fontem cogitemus, qui fluuium aquæ generat: omnis enim fluuius, vt nosti, fontem habet genitorem: inde procedit aquæ fluuius. Sed nemo fluuium appellat fontem, neque fontem fluuium: sed fons fons appellatur, & fluuius fluuius, & vtrumque aqua vna. Quando autem vult quispiam à fonte vel fluuio aquam dissolui, mutat nomenclaturam: non enim dicit, Vade progrediens haurias & feras mihi fontem aut fluuium, sed aquam. & vna quidem matura, tres autem personæ dicendæ sunt, fons, fluuius, & aqua. Sed & diuina scriptura eadem asserens demonstrat. Neque enim ab eadem aliena nos tibi loquimur, ò legitime in posterum gratiæ fili, quamuis in similitudinibus, typis & imaginibus sermonem veritatis enarramus. Ait igitur de Filio diuina scriptura: Inclino in eos quasi fluuius pacis egrediens: videlicet ex vero vitæ fonte, Patris diuinitate, vt ipse Dominus in Euangelio clamat: Ego à Patre exiui, & venio. & quod ipse apertissime dixit: Ego & Pater vnum sumus. & illud: Ego in Patre, & Pater in me. & quòd Spiritum sanctum ex ipso fideles omnes accipimus, qui eiusdem substantiæ est cuius & Pater & Filius, procedens à Patre, proprius vero Filij, vt superius ostendimus. Quòd autem ab ipso nobis effundatur, clarissime in Euangelijs docuit ipse Dominus, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, vt scriptura testatur, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Quibus Euangelista diuinitus inspiratus, dictum interpretans, subinfert: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. & propheta Dauid de hoc vtique fonte vitæ, sancta Trinitate, vide quid clamet: Apud te est

Esai. 66.
Ioan. 8. f
Ioan. 10. d
Ioan. 7. f
Psal. 35. d

A δόξας, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας πάντας, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας κατὰ τε τοῦ πατρὸς, κατὰ τὸν τοῦ υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει, καὶ ὁ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσας, εἰς τὸν πατέρα ἐβλασφήμησε. καθικετεύω τὴν ὑμετέραν ἱερὰν γερουσίαν, βοηθήσατέ μοι διὰ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἱκεσιῶν ὑμῶν, ἀκολουθοῦντι μάλιστα τοῖς δι' ὑμῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκτεθεῖσι καὶ ὁριζομένοις. καὶ ὁμολογῶ ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, καὶ βέβαια· τοῦτο γὰρ πιστεύων εἶναι ὅπερ ὁ ἱεροφάντης εἶπε Παῦ-
B λος· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὃ νῦν ἀπεκαλύφθη, καθὼς εἴρηται τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις καὶ προφήταις, καὶ ὑμῖν ἐν πνεύματι, ἀεὶ ὄντα καὶ συνυπάρχοντα καὶ συνδιαμένοντα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον.

ΠΡΟΣΘΕΝΤΕΣ ΟΙ ΑΓΙΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ εἶπον πρὸς τὸν φιλόσοφον περὶ πηγῆς, καὶ ποταμοῦ, καὶ ὕδατος, διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

C ΚΑκεῖνο δὲ νοητέον ὦ φίλε λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε. πηγὴν νοήσωμεν γεννῶσαν ποταμὸν ὕδατος· πᾶς γὰρ ποταμὸς, ὡς οἶσθα, πηγὴν ἔχει γεννήτειραν· εἶτα προέρχεται μὲν ὁ ποταμὸς τοῦ ὕδατος. ἀλλ' οὐθεὶς καλεῖ τὸν ποταμὸν πηγὴν, ἢ τὴν πηγὴν ποταμόν· ἀλλ' ἡ πηγὴ πηγὴ καλεῖται, καὶ ὁ ποταμὸς ποταμός· καὶ ἀμφότερα ἓν ὕδωρ. ἐπὰν δέ τις ἐθέλοι ἀρύσασθαι ἐκ τοῦ ποταμοῦ, ἢ τῆς πηγῆς ὕδωρ, μεταβάλλει τὴν προσηγορίαν· οὐκ ἐρεῖ γὰρ, ἄπελθε πορευθεὶς ἄντλησον, καὶ φέρε μοι τὴν πηγὴν, ἢ τὸν ποταμὸν, ἀλλ' ὕδωρ. καὶ μία μὲν ἡ φύσις, τρία δὲ πρόσωπα λεκτέα, πηγὴ, ποταμὸς, ὕδωρ. ἀλλὰ καὶ ἡ θεία γραφὴ ταῦτα
D φράζουσα δείκνυται. οὐ γὰρ ἀλλότρια ταύτης ἡμεῖς σοι φθεγγόμεθα, γνήσιον λοιπὸν τέκνον τῆς χάριτος. εἰ καὶ ὡς ἐν ὑποδείγμασι, καὶ τύποις, καὶ εἰκόσι τῆς ἀληθείας τὸν λόγον εἰσηγησάμεθα. λέγει οὖν περὶ τοῦ υἱοῦ ἡ θεία γραφή· κλίνω φησὶν ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης· ἐκπορευόμενος δηλονότι ἐκ τῆς ἀληθοῦς πηγῆς τῆς ζωῆς, τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος· καθὰ φημὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις βοᾷ· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. κἀκεῖνο δὲ ὅπερ ἔφη λευκότατα, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ,
E καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὅτι ἐξ αὐτοῦ λαμβάνομεν ἅπαντες οἱ πιστοὶ, τῆς αὐτῆς ὂν οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ υἱὸς, ἴδιον δὲ ὂν τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἀνωτέρω ἀπεδείξαμεν. ὅτι δὲ ἐξ αὐτοῦ ἡμῖν ἀναβλύζον ἐστὶ, σαφέστατα ἐν εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν αὐτὸς ὁ κύριος εἰπών· ἐάν τις διψᾷ ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. οἷς ὁ εὐαγγελιστὴς θεόθεν ἐμπνευσθεὶς, τὸ ῥηθὲν ἑρμηνεύων, ἐπιφέρει λέγων· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. καὶ ὁ προφήτης δὲ Δαυὶδ ὅρα τί περὶ ταύτης τῆς πηγῆς τῆς ὄντως ζωῆς τῆς ἁγίας τριάδος βοᾷ· ὅτι παρὰ σοι

πηγὴ

πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· πηγὴν ζωῆς τὸν θεὸν καὶ πατέρα καλῶν, πρὸς τὸν υἱὸν δὲ λέγων, ἐπείπερ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, φῶς δὲ τὸν υἱὸν ὑπαγορεύει, ἐν ᾧ φωτὶ λέγει ὄψεσθαι φῶς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐν γὰρ τῷ φωτί σου φησὶν ὀψόμεθα φῶς. πηγὴ γὰρ ὄντως τῆς ζωῆς καὶ φωτὸς ὁ πατήρ· φῶς καὶ ὁ υἱὸς, ἐκ φωτὸς τοῦ πατρός· φῶς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτοῦ τοῦ φωτός. ἐπείπερ, ὡς πολλάκις ἡμῖν λεκτέον, μιὰ θεότης τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὰ αὐτὸς βοᾷ διὰ τῶν προφητικῶν λόγων· ἐγώ εἰμι θεὸς, οὐκ ἔστιν ἄλλος· καὶ ἐγὼ θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ κατὰ τὰ προαποδειχθέντα, ἀναγκαῖον γὰρ οἶμαι ἐπαναλαβεῖν τὰς ῥήσεις, εἰ καὶ μὴ πάσας διὰ τὸ πλῆθος, ἀλλ' οὖν τὰς σαφεστέρας, πρὸς τὸ βεβαιοτέραν τὴν σύστασιν ἔχειν τὰ εἰρημένα. τὰ οὖν ἐκ στόματος Ἱερεμίου τοῦ προφήτου παραθήσομεν· ὁ κατασκευάσας, φησὶ, τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων· ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς καὶ πορεύεται, ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ἠυφράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπαν, πάρεσμεν· ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ ἑξῆς. ἀναγκαῖον οὖν, ὦ θεοφιλέστατε φιλόσοφε, ἐπιστῆσαι ὧδε τὸν νοῦν, καὶ ἀναπτύξαι τῆς γραφῆς τὴν διάνοιαν. ἔδειξε γὰρ, καθὰ καὶ αὐτὸς συνωμολόγησας, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ ταῦτα προείρηται. μετὰ ταῦτα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. εἰ οὖν κατὰ τὴν ἀσεβῆ μοχθηρίαν Ἀρείου, ἄλλη τις οὐσία κτιστή ἐστι τοῦ υἱοῦ, καὶ μεταγενέστερος τοῦ πατρὸς θεός· λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ ἡ γραφὴ, οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· οὐ θεὸς ὁ πατὴρ κατὰ τὴν Ἀρείου ἀσέβειαν· ἐπείπερ λέγει περὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. καὶ ἐλέγχον δὲ οἱ ἀσεβεῖς Ἀρειομανῖται σὺν τῷ τῆς βλασφημίας αὐτῶν αὐθέντῃ, πρὸ τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ ἀρνήσεως, αὐτὸν τὸν πατέρα ἐκβαλόντος τῆς θεότητος· καὶ ἄθεοι παντελῶς εὑρίσκονται οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, καθά φησιν ἐν καθολικαῖς, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν θεότητα οἶδε, καὶ ταύτην προσβεύει, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· παρ' ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα. τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο τῆς ἁγίας, καὶ προσκυνητῆς καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἀπερινόητον καὶ ἀνέκφραστον καὶ πάντη ἀκατάληπτον ὑπάρχει, πίστει μόνῃ νοεῖσθαι δυνάμενον.

Ὁ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ.

ΘΕΙΑ ὡς ἀληθῶς καὶ φωτὸς ἔμπλεα, τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' ὑμῶν ἐκφωνηθέντα. δέομαι δὲ ὑμῶν, ἐρασμίων μοι ὄντων τῶν ἱερῶν τῆς διδασκαλίας ὑμῶν λόγων, ὑπόσχετέμοι τὰς εὐαγεῖς ὑμῶν ἀκοὰς, καὶ πρὸς ἃ ἐπερωτῶ διδάξατε, ἵνα πληρεστάτην λήψεσθε παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἀμοιβήν.

A te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. fontem vitæ Deum & Patrem appellans, ad Filium vero loquens: siquidem Pater est in Filio, & Filius in Patre: lumen autem ipsum Filium nominat, in quo lumine testatur videndum esse lumen, Spiritum sanctum: In lumine, inquit, tuo videbimus lumen. Fons enim vitæ ac luminis vere est Pater: lumen etiam est Filius ex Patre lumine: lumen etiam est Spiritus sanctus ex eodem lumine. Si quidem, vt nobis sæpe dicendum est, vna est diuinitas Patris & Filij & Spiritus sancti, vt ipse clamat per verba prophetica: Ego sum Deus, & non est alius, & ego primus, & ego postea, & in sæculum ego sum. & rursum: Ego sum, & non mutor, & in sæculum ego sum. & quæ sequuntur. Et iuxta prius demonstrata necessarium arbitror dicta repetere, quamuis non omnia propter multitudinem, sed clariora, vt firmiorem habeant consistentiam quæ dicta sunt. Quæ igitur erant ex ore Hieremiæ prophetæ proponemus: Qui præparauit, inquit, terram in æternum tempus, & impleuit eam iumentis quadrupedibus: qui mittit lumen & ibit, vocauit illud, & obediuit timore: stellæ splenduerunt in custodijs suis, & exultauerunt: vocatæ sunt & dixerunt, Adsumus: splenduerunt cum exultatione factori suo. Hic Deus noster, non reputabitur alius aduersus eũ. & quæ sequuntur. Necessarium igitur, ò Deo dilectissime Philosophe, huc animum aduertere, & scripturæ sensum aperire. Ostẽdit enim, vt tu ipse pariter confessus es, de Filio hæc dicta esse. Post hæc enim, inquit, in terra visus est, & inter homines conuersatus est. Si ergo iuxta impiam Arij prauitatem, alia quidem est Filij substantia creata, vt sit Deus Patre posterior: ait autem de ipso scriptura: Hic Deus noster, & non reputabitur alius aduersus eum: sequetur ex impietate Arij Patrem Deum non esse, siquidem ait de Filio, Et non reputabitur alius aduersus eum. & conuincuntur impij Ariomanitæ cum suæ blasphemiæ auctore, præter Filij negationem ipsum Patrem à diuinitate depellere, & athei prorsus deprehenduntur veritatis aduersarij. Qui enim Filium non habet, vt in Catholicis ait, nec Patrẽ habet. Fides autem Catholica vnam deitatem nouit & colit, Patris & Filij & Spiritus sancti: aduersus quam non æstimabitur alia. Porro mysterium hoc sanctæ atque adorandæ & consubstantialis Trinitatis, omnem intellectum atque sermonem superat, & prorsus comprehendi non potest, sed sola fide percipi.

Esai. 42. & 45.

Malach. 3.

Baruch 3.

Ibid.

1. Ioan. 2.

PHILOSOPHVS.

CAPVT XXIII.

DIuina revera & lucis plena sunt, quæ à Spiritu sancto per vos fuerunt explicata. Oro autem vos (amo enim sacros doctrinæ vestræ sermones) spondeté mihi puras vestras prædicationes, & de his docete quæ adhuc inquiro, vt plenissimam à Deo pro salute mea remunerationem accipiatis.

ΑΠΟ-

RESPONSIO SANCTORVM PAtrum ad Philosophum, per eumdem Leontium Episcopum.

Dic quod vis, cupimus enim te plenissime scire de omnibus, maxime cum iam te illustrante Spiritu sancto, facile possis dictorum demonstrationem percipere.

GRATIARVM ACTIO PHILOSOPHI & interrogatio de diuina incarnatione.

Gratia sacro vestro capiti. Dicite autem mihi, ò sanctissimi, quomodo sit intelligendum Deũ Verbum Dei filium in terra visum esse, & inter homines conuersatum, cum aspectabilis non sit ab omni creata natura, & quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur: & quæ sit causa, propter quam hæc gesta sunt, doceatis rogo.

RESPONSIO SANCTORVM PATRVM ad Philosophum per Episcopum Leontium.

Causa præsentiæ eius ab ipso dispensata est propter primorum hominum Adami & Euæ lapsum in paradiso, qui totum ipsorum genus inuasit. Postquam igitur transgressi præceptum, diuina gratia priuati fuerunt, eam humano generi opifex voluit restituere. Et considerandum hic est, quòd quemadmodum Deus dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã: & fecit Deus hominem iuxta prius dictas demonstrationes; idem rursus dixit: Seruemus perditum hominem, quem ad imaginem & similitudinem nostram fecimus. Vt autem Deus & Pater dixit, Faciamus, & Filius Deus ex Deo fecit: idem rursus ex Patris sententia saluare hominem voluit in semetipso.

INTERROGATIO PHILOSOPHI de eodem.

Et quomodo in terra visus, & quasi homo inter homines conuersatus, cum sit Deus immutabilis?

RESPONSIO SANCTORVM PATRVM per Macarium Episcopum Hierosolymorum.

1. Tim. 3. c Iuxta diuini Pauli vocem: Magnum pietatis est sacramentum, quod manifestatum est in carne: hoc est, Dei Filius. Eodem tempore idem apparuit Angelis. Neque enim Angelis vel Archangelis, vel aliquibus cælestibus potestatibus visibilis est Vnigenitus: quandoquidem Deum nemo vidit vmquam. Cuius de cælis aduentum audiens, nullatenus immensæ diuinitatis localem migrationem suspiceris: sed dispensationem cogita totius huius magni revera pietatis sacramenti, in quo sumus renouati. Renouatio enim fuit nouitatis resumptio. Per hoc enim qui nobis

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ πρὸς τὸν Φιλόσοφον διὰ τοῦ αὐτοῦ Λεοντίου ἐπισκόπου.

Εἰπὲ ὃ βούλει, ἐπιθυμητὸν γὰρ ἡμῖν πληροφορῆσαί σε ἐν πᾶσιν, εὐμαρῶς δυναμένου σου νῦν μάλιστα δέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις τῶν ῥήσεων, ἐλλαμφθέντος σου ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, ΚΑΙ ἐπερώτησις περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως.

B Χάρις ὑμῶν τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ. Φατὲ δέ μοι ὦ ἱερώτατοι, πῶς νοητέον τὸ τὸν θεὸν λόγον, τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφθαι, ἀθέατον ὄντα πάσῃ κτιστῇ φύσει, ὁρωμένῃ τε καὶ νοουμένῃ, καὶ τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ταῦτα ἐπραγματεύσατο, διδάξατε παρακαλῶ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ πρὸς τὸν Φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

Ἡ μὲν αἰτία τῆς αὐτοῦ παρουσίας ᾠκονομήθη ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τῶν πρωτοκτίστων ἀνθρώ-
C πων τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας γεγενημένην ἀπόπτωσιν, ἥ τις ἅπαν τὸ αὐτῶν ἐπενέμετο γένος. ἐπεὶ οὖν παραβάντες τὴν ἐντολὴν, τοῦ θείου χαρίσματος ἐστερήθησαν, τοῦτο ἀποδοῦναι ἠθέλησεν ὁ δημιουργὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ νοητέον ἐνταῦθα, ὅτι ὥσπερ εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὰς προῤῥηθείσας ἀποδείξεις, ὁ αὐτὸς πάλιν εἶπε, σώσωμεν τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, ὃν κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐποιήσαμεν. καὶ ὥσπερ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ εἶπε τὸ ποιήσωμεν, καὶ ὁ υἱὸς ἐδημιούργησεν,
D θεὸς ὢν ἐκ θεοῦ, ὁ αὐτὸς πάλιν βουλῇ πατρικῇ ἀνασῶσαι ἐν ἑαυτῷ ἠβουλήθη τὸν ἄνθρωπον.

ΕΠΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ πῶς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ συναναστράφη ὡς ἄνθρωπος τοῖς ἀνθρώποις, θεὸς ὢν ἀναλλοίωτος;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ πατέρων διὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ θεσπεσίου Παύλου, μέγα ἐστὶ
E τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὃ ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τοῦ θεοῦ υἱός· τότε αὐτὸς ὤφθη καὶ ἀγγέλοις. οὐδὲ γὰρ ἀγγέλοις, ἢ ἀρχαγγέλοις, ἤ τισι τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων θεατὸς ὁ μονογενής· ἐπείπερ θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. οὗπερ τὴν ἐξ οὐρανῶν καταφοίτησιν ἀκούων, μὴ τοπικὴν μετάστασιν τῆς ἀχωρήτου αὐτοῦ ὑποπτεύσῃς θεότητος, οἰκονομίαν δὲ νόει τὸ ὅλον τοῦτο τὸ μέγα ὡς ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν ᾧ ἀνεκαινίσθημεν· ἀνακαίνισις γὰρ γέγονε καινότητος ἐπανάληψις. διὰ δὴ τοῦτο ἀποδιδοὺς ἡμῖν

ἡμῖν τῷ πρὸς ἑαυτὸν ὁμοίωσιν, ὁ αὐτὸς τοῦ θεοῦ λόγος, εἰς ὁμοίωσιν ἡμῶν κατῆλθεν. ἀδύνατον γὰρ ἦν θεὸν ὁμοιωθῆναι ἡμῖν, μὴ σαρκωθέντα. οὐ γὰρ ἀσώματον εἶδος αἱματὶ ἀσωμάτου οὐσίας προσελήφθη, ὅπερ ἦν αὐτός· ἀλλὰ τὸ σωματικόν· σωματικὴ γὰρ οὐσία ἄνευ προσλήψεως οὐκ ἐγίνετο. Διὰ τοῦτο σῶμα ἀληθῶς προσέλαβεν, ἵνα οἱ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀδελφοποιηθέντες σπουδῶμεν, Διὰ τῶν ἀσωμάτου εἴδους ἀλλαγῆναι, τοῦτ' ἔστι τῆς τοῦ πάθους χάριτος, ἧς Διὰ τῶν πρώτων ἀνθρώπων τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας ἀπωλέσαμεν, εἰς ἀδελφότητα ἐπανέλθωμεν Διὰ τῆς σωματικῆς προσλήψεως· καὶ πάλιν τὸ ἀσώματον εἶδος τὸ θεῖον ἀπολάβωμεν. λαμβάνει δὲ σάρκα ἐκ γυναικός. ἵνα γὰρ ἐξ ὁμοφυοῦς ἡμῖν καθήκῃ πᾶν, ἵνα ἐξ ὡς ὁμοφύσιν ἡμῖν μεταδῷ τῆς δόξης τῆς ἑαυτοῦ· ἵνα δὲ τὸν γυναῖκα Διὰ τῆς γυνήσεως. σωσασθήσεται γὰρ φησιν ἡ γυνὴ Διὰ τῆς τεκνογονίας. σὰρξ δὲ προσείληφε τὸ κατὰ φύσιν ἔχειν ζωτικόν· ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τοῦ ζωτικοῦ, ὃ καὶ ψυχὴν ἰδίως ἡ γραφὴ καλεῖ.

A bis dedit similitudinem suam, Deus Verbum ad similitudinem nostram descendit. Impossibile est autem Deum nobis assimilari, & non incarnari: neque enim species incorporea substantiæ incorporeæ, quæ quidem ipse erat, accessit, sed corporea. corporea autem substantia absque assumptione nō erat: propterea corpus vere assumpsit, vt qui à prima fraternitate, hoc est, gratia sancti Spiritus, quam per primos parentes Adamum & Euam amisimus, per figuræ incorporeę mutationem excideramus, ad fraternitatem per corporis assumptionem reduceremur, & iterum incorpoream speciem diuinam acciperemus. Accipit autem carnem ex muliere: sic enim nobis similis factus est, vt nos sibi similes participes suæ gloriæ faceret, & vt mulierem per natiuitatem suam saluaret. Saluabitur enim, inquit, mulier per filiorum generationem. Caro autem assumpta est, quæ secundum naturam habebat quod vitale est: nulla enim caro eo quod vitale est caret, quod scriptura proprie animam appellat. 1. Tim. 2.

Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ.

Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγῇ, ὅτι τοῖς μεγαλείοις τοῦ θεοῦ τούτοις, ὡς εἶφας; πλὴν πῶς λαμβάνει σάρκα ἐκ γυναικὸς καθὼς ἀρτίως εἰρήκατε;

PHILOSOPHVS.

Quis non stupeat in his Dei magnalibus, vt dicebatis? Verumtamen quomodo accepit carnem ex muliere, vt paulo ante asseruistis?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ Διὰ τοῦ αὐτοῦ Μακαρίου Ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων.

RESPONSIO SANCTORVM PATRVM per eundem Macarium Episcopum Hierosolymorum.

Ἤδη εἰρήκαμέν σοι, ὦ βέλτιστε, μηδαμῶς δεῖν τοῦ θεοῦ μυστηρίων λέγειν τὸ ἔπως. ἀπόρρητα γὰρ εἰσὶ καὶ ἀνεπιλόγιστα. ὡς δὲ ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐδιδάχθημεν, ἐροῦμεν ὅσον ὁ λόγος παραδέδωκε δυνήσεσθαι. τὸ γὰρ παντελῶς καταληπτικὸν τοῦ μυστηρίου ἐκείνου, τῆς δὲ κυρίου ἐνσάρκου οἰκονομίας, πῶς γέγονεν, οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἀγγέλων οὐδείς, οὐδὲ αὐτὸς Γαβριὴλ ὁ διακονησάμενος τῷ μυστηρίῳ ἐκείνῳ, οὐδὲ ἡ πάναγνος καὶ καθαρὰ ἐξ ἁγίας παρθένος Μαρία παραδέδωκεν δυνήσεσθαι τὴν ὅλην τῆς αὐτῆς θεοῦ λόγου σαρκώσεως κατάληψιν. αὐτὸς γὰρ μόνος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς τὸ ἀκριβὲς οἶδε τῆς ἑαυτοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεως. οἱ γὰρ καὶ παραδόντες ἡμῖν, οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, ἐξ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καθά φησιν ὁ Λουκᾶς, περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας· ὅτι ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐξ Ἀβραὰμ τὸ κατὰ σάρκα, ἐξ οὗ ἐξ ἧς ἐτέχθη Ἰησοῦς, τοῦτ' ἔστι ἐκ τῆς παρθένου, ὁ λεγόμενος Χριστός. καθ' ὅτι ὧν οἱ πατέρες, καθ' ἑξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ ὅτι οὐκ ἀγγέλων, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ ὅτι κατὰ πάντα ὁμοιωθῆναι ἡμῖν, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, τοῦτο ἴσμεν· ὁ δὲ πρόπας πῶς τοῦτο μεθήκατε, πόσης λογικῆς φύσεως ὑπερβαίνει διάνοιαν. λέγει γὰρ καὶ περὶ τούτου Ἱερεμίας ὁ προφήτης, καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; θαυμάζοντες δὴ τοῦ φιλοσόφου καὶ παντὸς τοῦ συναθροισθέντος πλήθους, εἰς τὴν ἀκρόασιν προσθέντες οἱ ἅγιοι πατέρες Διὰ Μακαρίου Ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων, εἶπον.

Iam monuimus te, vir optime, nequaquam in diuinis mysterijs dicere, quomodo? ineffabilia enim sunt, & incomprehensibilia. vt autem ex sacris litteris edocti sumus, dicemus quantum oratio consequi poterit. Omnimodam enim mysterij illius cognitionem quomodo dispensatio in carne Domini facta sit, nullus neque hominum neque Angelorum, nec ipse Gabriel qui eidem mysterio ministrauit, neque omnino sancta, pura, & casta virgo Maria consequi poterit totam huius Dei Verbi incarnationis intelligentiam. ipse etenim solus vnigenitus Dei Filius exacte nouit suam propter nos inhumanationem. sed quæ nobis tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis, vt ait Lucas, de illius in carne dispensatione: quòd scilicet ex semine Dauid & Abraam secundum carnem, & de qua natus est IESVS, qui vocatur Christus, id est, ex virgine: & quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem: & quòd non Angelorum, sed semen Abraæ apprehendit: & quòd per omnia nobis assimilatus est excepto peccato: hæc scimus: modus autem quo hæc gesta sunt, omnis creaturæ rationalis cogitationem transcendit. Ait autem & de hoc Hieremias propheta: Homo est, & quis cognoscet illum? Admirante autem Philosopho, & tota multitudine collecta ad auscultationem, addentes sancti Patres per Macarium Episcopum Hierosolymorum dixerunt. Luc. 1. 4. Matth. 1. Roman. 9. Heb. 2. 4. Hebr. 4. Hier. 17. 9

Plu-

Pluribus iam demonstrauimus, quòd Deus vnigenitus Filius Dei factus sit homo propter benignitatem erga genus humanum, incarnatus & genitus ex virgine Maria inexplicabili generatione. Postquam enim voluit, vt sermo prior ostendit, instaurare quæ per primorum parentum lapsum fuerant soluta, natus est in nostris, vt nos in suis ipsius reficeret: condescendens quasi optimus medicus infirmitati nostræ. Iterum dicemus hoc condescendere & descendere & mitti, iuxta suæ inhumanationis modum accipiendum, vt prius demonstrauimus. Diuinitate enim sua omnia cum Patre semper implet, secundum prius traditas intelligentias. Audi ergo: nati sumus ex muliere, venit in hoc propter charitatem erga homines. at nos ex delectamento somni & semine viri: ipse autem solus ex Spiritu sancto & Maria virgine. Lactamur nos, venit etiã in hoc secundum carnem, qui deitate sua omni carni alimentum præbet. Proficimus in ætatis augmentum: non dedignatus est & ipse hoc fieri corporaliter, sicut scriptum est, quòd IESVS proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deũ & homines: & vsque ad tricesimum annum transigens, vt omni ætati benediceret, tunc ad baptismum venit, prædicante Ioanne Zachariæ filio ad populum baptismum pœnitentiæ, non autem remissionis peccatorum, aut adoptionis filiorum donum largiente. non enim erat Ioannis hoc dare, sed neque Angeli, verum ipsius dumtaxat incarnati & inhumanati Dei Verbi: & accipit nostrum baptismum, & cùm esset Deus sine peccato, corporaliter baptizatus est vt homo, non ipse indigens baptismo, sed vt nostrum baptismũ approbaret: vt credamus quòd quemadmodum in eum descendit Spiritus sanctus, ita & in nos in ipso baptizatos. Deinde conuersatus cum hominibus, & suorum diuinorum præceptorum mandans traditiones, signorumq. admiranda opera perficiens, post tertium annum quarto iam inchoato ad corporalem pro nobis passionẽ sponte peruenit. Nobis quidem debebatur crucis supplicium: sed si omnes crucifixi fuissemus, nos ipsos à morte non potuissemus liberare. Regnauit enim mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt: multi sancti, multi prophetæ, multi iusti, & eorum nemo seipsum è potestate mortis redimere potuit. sed venit ille saluator omnium, & à nobis debita supplicia in sua carne, quæ sine peccato erat, pro nobis & ex nobis & nomine nostro suscepit. Descendebamus nos post mortem ad inferos: suscepit & hoc, descenditq. sponte ad eos, nõ tamen detentus, sicut & nos, sed descendit tantũ. non enim erat subiectus morti, sed mortis dominus. Cumq. solus descendisset, cum multis redijt. Ipse enim erat spiritualiter granũ frumenti, quod pro nobis cadẽs in terrã, & carne moriens, per suæ diuinitatis potentiã corporalis suum templum suscitauit secundũ scripturas, fructum afferens totius humani generis

Luca 2.

Luc. 3. a

Rom. 5. b

Ioann. 12.

A Ἤδη διὰ πλείστων ὅσων ἀπεδείξαμεν, ὅτι θεὸς ἦν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, γέγονεν ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν σαρκωθεὶς, καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας ἀπορρήτῳ γεννήσει. ἐπειδὴ γὰρ ἠβουλήθη, ὡς προαπέδειξεν ὁ λόγος, ἀνακαινίσαι τὰ διὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῶν πρωτοπλάστων λυθέντα, γέγονεν ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἵνα ἡμᾶς ποιήσῃ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, συγκαταβὰς ὡς ἰατρὸς ἄριστος τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν. πάλιν ἐροῦμεν τὸ συγκαταβὰν, καὶ τὸ κατελθεῖν, καὶ τὸ ἀπεστάλθαι κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τρόπον διαληπτέον ὡς προαπεδείξαμεν. τῇ γὰρ θεότητι αὐτοῦ τὰ B πάντα σὺν τῷ πατρὶ πληροῖ ἀεὶ, κατὰ τὰς προαποδοθείσας ἐννοίας. ἄκουε τοίνυν· γεννώμεθα ἐκ γυναικὸς, ἦλθε διὰ φιλανθρωπίαν εἰς τοῦτο· ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐξ ἡδονῆς ὕπνου, καὶ σπέρματος ἀνδρὸς, αὐτὸς δὲ μόνος ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. γαλακτοτροφούμεθα· ἦλθε καὶ εἰς τοῦτο σαρκὶ, ὁ τῇ θεότητι αὐτοῦ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. γινόμεθα εἰς προκοπὴν καὶ αὔξησιν ἡλικίας· οὐκ ἀπηξίωσε γενέσθαι καὶ αὐτὸς τοῦτο σωματικῶς, καθὼς γέγραπται, ὅτι Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, καὶ ἕως τριακοστοετοῦς χρόνου διανύσας, ἵνα C πᾶσαν ἡλικίαν εὐλογήσῃ· τότε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται κηρύσσοντος Ἰωάννου υἱοῦ Ζαχαρίου τῷ λαῷ βάπτισμα μετανοίας, οὐκ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, οὔτε υἱοθεσίας δῶρον διδόντος· οὐ γὰρ ἦν Ἰωάννου ταῦτα δοῦναι, ἀλλ' οὔτε ἀγγέλου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος θεοῦ λόγου. καὶ ἀνέχεται τὸ ὑπὲρ ἡμῶν βάπτισμα, καὶ θεὸς ὢν ἀναμάρτητος ἐβαπτίσθη σωματικῶς ὡς ἄνθρωπος, οὐκ αὐτὸς δεόμενος βαπτίσματος, ἀλλ' ἵνα τὸ ἡμέτερον βάπτισμα δοξάσῃ, ἵνα πιστεύωμεν, ὅτι ὥσπερ ἐπ' αὐτὸν κατῆλθε τὸ πνεῦμα D τὸ ἅγιον, οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς εἰς αὐτὸν βαπτιζομένους. εἶτα συναναστραφεὶς τοῖς ἀνθρώποις, τάς τε τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν παραδοὺς ἐκδόσεις, τάς τε τῶν σημείων ἐργασάμενος θαυματουργίας, ἐπὶ τριετῇ χρόνον, καὶ τετάρτου ἀρξαμένου, οὕτω ἐπὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον αὐτοῦ σωματικὸν ἔρχεται πάθος. ἡμῖν γὰρ κεχρεώστητο τιμωρία σταυροῦ· ἀλλ' εἰ πάντες ἐσταυρώθημεν, οὔτε ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ θανάτου ἁρπάσαι ἰσχύσαμεν. ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. πολλοὶ ἅγιοι, πολλοὶ προφῆται, πολλοὶ δίκαιοι, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τῆς τοῦ θανάτου E ἐξουσίας ἑαυτὸν ἠδυνήθη λυτρώσασθαι. ἀλλὰ ἦλθεν αὐτὸς ὁ τῶν πάντων σωτὴρ, καὶ τὰς ἡμῖν χρεωστουμένας τιμωρίας εἰς τὴν ἐξ ἡμῶν, ἀνθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν, ἀναμάρτητον αὐτοῦ ὑπεδέξατο σάρκα. κατεφερόμεθα μετὰ τὸν θάνατον εἰς τὸν ᾅδην. ἀνεδέξατο καὶ οὗτο, καὶ κατῆλθεν ἑκουσίως εἰς αὐτόν· οὐ κατηνέχθη καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κατῆλθεν· οὐ γὰρ ἦν ὑποκείμενος τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἐξουσιαστὴς τοῦ θανάτου. καὶ μόνος κατελθὼν, μετὰ πλήθους ἀνελήλυθεν. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ νοερὸς κόκκος τοῦ σίτου, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν πεσὼν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἀποθανὼν σαρκὶ, ὃς τῇ τῆς θεότητος αὐτοῦ δυνάμει ἀνέστησε τὸν σωματικὸν αὐτοῦ ναὸν, κατὰ τὰς γραφὰς καρποφορήσαντα τὴν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ἀνά-

ἀνάστασιν, καὶ ἐμφανίσας τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν τριημέρον ταφὴν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ σώματος αὐτοῦ πάθη, εἰπὼν, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι, ὁ θαυματουργῶν, ὁ καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου γένους ἐν τῇ σαρκί μου καταδεξάμενος πάθη. εἶτα ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συναυλιζόμενος αὐτοῖς, δούς τε αὐτοῖς σωτηρίων ἐντολῶν ὑποθήκας, ἀνελήλυθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, βλεπόντων αὐτῶν, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ πατρὸς κεκαθικέναι αὐτὸν οἱ ἱεροὶ ἐδίδαξαν λόγοι. ὃν καὶ ἥξειν προσδοκῶμεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀϊδίως, ὡς ἀεὶ, συμβασιλεύοντα τῷ πατρὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. αὕτη ἡ τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικὴ, καὶ ἀμώμητος πίστις, ἣν τινα ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων ἐκ προγόνων εἰς ἐκγόους παρὰ δοθεῖσαν ἡ ἐκκλησία πρεσβεύει, καὶ νῦν καὶ εἰς ἀεὶ ταύτην κρατεῖ, εἰπόντος τοῦ κυρίου τοῖς μαθηταῖς, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΟΜΟΦΩΝΙΑΣ τῆς εἰς τὸ ὁμοούσιον.

Τούτων οὕτως ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνειλεγμένων ἐκφωνηθέντων, ἐμεγάλυνε τὸν θεὸν ἅπαν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, τὸ εἰς τὴν ἀκρόασιν ἐκείνην συνελθόν· ἐπηκροᾶτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, συμπαρὼν καὶ αὐτὸς τὰ πλεῖστα τῇ συνόδῳ, καὶ ὑπεραγασθεὶς, ἐδόξαζε τὸν θεὸν, τοιούτων ἐπακούσας θείων δογμάτων, χαίρων δῆτα ἐπὶ τῇ τῶν ἡμετέρων ἐπισκόπων συμφωνίᾳ, ἠγαλλιᾶτο τῷ πνεύματι· ἔσπευδε γὰρ μηδένα, μὴ μέγαν, μὴ μικρὸν διαφωνῆσαι ταύτης τῆς σωτηρίου ὁμολογίας. μετὰ γοῦν τὴν πολλὴν ταύτην καὶ χρονίαν τῆς προσκυνητῆς σκέψεως ἐκπλήρωσιν ἔδοξε πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἡμετέροις τὸ ὁμοούσιον δεῖν ὁρίσασθαι ἐπὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως, ὃν τρόπον καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἅγιοι ἡμῶν πατέρες ταύτην παρέδοσαν τὴν πίστιν, τοῦτ' ἔστι τῆς αὐτῆς οὐσίας τῆς τοῦ πατρὸς ὁμολογεῖν τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἣν τινα πίστιν πάντες οἱ ἐν τῇ Νικαέων συναθροισθέντες ἅγιοι ἐπίσκοποι ἐβεβαίωσαν· τό τε τῶν ἱερατικῶν καὶ ὁμολογητῶν ἀνδρῶν πλῆθος, αὐτός τε ὁ πανεύφημος καὶ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, καὶ ἅπαν τὸ ἐκεῖσε τῶν πιστῶν συνεληλυθὸς πλῆθος, χαίροντες ἀπεδέξαντο τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, παρεκτὸς ἑπτακαίδεκα ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν, περὶ ὧν καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν· οἷς ὁ Ἄρειος ἐπιτέρπεσθαι δοκῶν σὺν αὐτοῖς ἑάλω, συμφώνοις αὐτῷ οὖσι, λεγόντων αὐτῶν σὺν αὐτῷ, ἔξωθεν τὸν υἱὸν δεδημιουργῆσθαι τῷ θεῷ ἐκ μὴ ὄντων τινῶν ὑποστάσεων, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτῆς τοῦ πατρὸς θεότητος γεννηθέντα.

ΟΠΟΥ ΥΠΟ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ἐκκηρύττεται ὁ ἀσεβὴς Ἄρειος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

Διὸ ἐκκηρύκτους αὐτοὺς καὶ αὖθις γενέσθαι σὺν Ἀρείῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, παμψηφὶ πάν-

A ris resurrectionem, & post triduanam sepulturã, & reditum ex mortuis ad vitam apparens discipulis, ostendit eis quas in cruce pertulerat sui corporis affectiones, dicens: Palpate me, ac videte quòd ego sum, qui facio admirabilia, qui & pro vestro genere in carne mea passiones suscepi. Deinde per dies quadraginta versans cum eis, tradensq. illis salutaria præceptorum pignora, ipsis videntibus ad cælos redijt, sedereq. illum ad Patris dextram sacri libri demonstrant. Quẽ & in fine sæculi ad iudicandum viuos & mortuos venturum expectamus: qui in æternum, vt semper cum Patre regnauit per infinita sæcula. Hæc B est Ecclesiæ fides Apostolica & inculpata, quam desuper ab ipso Domino per Apostolos, & à patribus ad filios traditam Ecclesia colit, & vsque nunc & in sempiternum retinet, dicente suis discipulis Domino: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Luc. 24. f

Act. 1.

Matth. 28.

DE OMNIVM CONSENSV CIRCA Consubstantiale.

CAP. XXIV.

C HIs hoc modo à sancto Spiritu per sanctos Patres nostros in sacra illa Synodo collectos, explicatis, magnificabat Deum tota illa multitudo, quæ ad auditionem illam conuenerat. Auscultabat autem & ipse Deo amabilissimus Rex, qui vt plurimum aderat Synodo, & admirabundus laudabat Deum, cùm diuina hæc audisset dogmata, & gaudens de nostrorum Episcoporum concordia, exultabat spiritu. studebat enim neminem neque magnum, neque paruum ab hac confessione dissentire. Post longam igitur atque diuturnam huius adorandæ considerationis plenitudinem, visum est simul omnibus no- D stris, consubstantiale in Ecclesiastica fide definiri oportere, ad eumdem modum quo & post Apostolos sancti Patres nostri Fidem hanc tradiderant, hoc est, confiteri Filium & Spiritum sanctũ eiusdem substantiæ cum Patre. Quam Fidẽ omnes Nicææ congregati sancti Episcopi confirmarunt, & tota sacrorum, & confitentium virorum multitudo, & ipse laudatissimus & Deo dilectissimus Rex, & tota fidelium quæ illic conuenerat, multitudo, gaudentes hanc fieri confessionem susceperunt, præter septemdecim Episcoporum numerum, de quibus supra etiam diximus, quibus cum delectari Arius videretur, conuictus est cum F ipsis ei consentientibus, qui cum eo asserebãt, exterius factum esse à Deo Filium ex quibusdam substantijs non extantibus, & non ex ipsa Patris diuinitate genitum fuisse.

QVOMODO AB VNIVERSA Synodo excommunicatur impius Arius, & qui cum illo erant.

CAP. XXV.

PRopterea rursus extra Ecclesiæ catholicæ communionẽ pelli eos cũ Ario omnibus suf-

fragijs ſancti Patres noſtri definierunt, anathematizantes ipſos,& impiam ipſorum opinionẽ,& verba eorum, atque blaſphemas ſententias,quibus aduerſus Filium Dei vtebantur,dicentes: Ex non extantibus ipſum eſſe, & quòd erat quando non erat, & quòd libertatis ad malitiam atque virtutẽ capax eſt ipſe Filius Dei,& quòd ſit creatura,& opus. Omnia hæc & ipſoſmet ſancta Synodus anathemate percuſſit, nec audire quidem ſuſtinens impiam eorum opinionem & amentiã, atque blaſphema verba. Quin & tabellas ipſorũ impietatis plenas,quas offerre auſi fuerant,protinus dilacerarunt. Et quæ quidem illorum erãt, à ſancta Synodo talem ſortita ſunt finem. Quæ autem Fidei erant orthodoxæ, & concorditer omnes Epiſcopi comprehenſum breuibus verbis complectentes, propter fidelis populorum multitudinis ſimplicitatem, ita ſcripto expoſuerunt catholicæ Fidei Symbolum.

EXPOSITIO CATHOLICAE ET APOſtolica Fidei in Nicana Synodo promulgata,ſub Deo cariſſimo Imperatore Conſtantino,in Conſulatu Paulini & Iuliani illuſtrium, anno ab Alexandro DC XXXVI. menſe Iunio ante xiij. Kalen. Iulias, Nicæa in Bithynia metropoli.

CAP. XXVI.

CRedimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem,omnium viſibilium & inuiſibilium creatorem: Et in vnum Dominum IESVM Chriſtum filium Dei vnigenitum ex Patre natum, id eſt ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri,per quẽ omnia facta ſunt quæ in cælo & quæ in terra: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcẽdit, & incarnatus eſt,& homo factus,paſſus eſt,ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cælos,& ſedet ad dexteram Patris, & iterũ venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritũ ſanctum. Iis autem qui dicunt fuiſſe aliquando tempus cũ non eſſet,& ex ijs quæ non ſunt ortum,vel ex alia ſubſiſtentia aut ſubſtantia eſſe,vel creatum eſſe, vel conuerti aut mutari poſſe Filiũ Dei, iſtis catholica & Apoſtolica Eccleſia anathema denuntiat. Hæc eſt Fides quam expoſuerunt Nicææ ſancti noſtri Patres, orthodoxi Epiſcopi,primum quidem aduerſus Arium blaſphemantem & dicentem creaturam Filiũ Dei,& contra Sabellium & Photinum,& Paulum Samoſatenum, & Manichæum, & Valentinum, & Marcionem,& aduerſus omnem hæreſim, quæ orta eſt in catholica & Apoſtolica Eccleſia, quos damnauit Synodus ſanctorum orthodoxorum in ciuitate Nicæa congregata, quorum nomina,quemadmodum & prouinciarum quibus præerant, ſubiuncta ſunt. Referuntur igitur ad pium & illuſtriſſimum Imperatorem quæcumque à Synodo fuerant iudicata: & ſententia contra Dei hoſtes

A πάντες οἱ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες ὠφέλησαν, ἀναθεματίσαντες αὐτούς τε καὶ τὴν ἀσεβῆ αὐτῶν δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ νοήματα αὐτῶν τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρηντο καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι, καὶ ὅτι ἦν ποτε, ὅτι οὐκ ἦν· καὶ αὐτεξουσίοτητα κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, κτίσμα λέγοντες αὐτὸν εἶναι καὶ ποίημα. ἀποδεμάτισαν ἅπαντα τοῦτα, καὶ αὐτοὺς ἡ ἁγία σύνοδος, ἀδὲ ἐπὶ ἀκοῇ τῆς ἀσεβοῦς δόξης αὐτῶν, καὶ δυσνοίας καὶ τῶν βλασφήμων αὐτῶν ῥημάτων ἀνασχομένη. ἀλλὰ καὶ τὸ πιθανώτατον ἦ αὐτῶν, ὅπερ φέρον τῆς ἀσεβείας αὐτῶν B ἀποδεῶσαι ἐπάλμησαν, ἀποχρῆμα διέρρηξαν. καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνους φιλοτιμίαν ἔλαβε τοιαύτην τέλους· τὸ δὲ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως συμφώνως ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν ὀλίγοις ῥήμασι, διὰ τὸ φιλόπτωχον πλῆθος τῶν λαῶν ἁπλότητα τὸ ὅλον περιλαβόντες, ὡδέ πως ἐγγράφως ἐκτίθενται τὸ τῆς καθολικῆς πίστεως σύμβολον.

ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ἀποστολικῆς πίστεως, ἐκτιθείσης ὑπὸ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, ὅτι ταῦτα θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπρῶν, ἔτους ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, χλς'. ἐν μηνὶ δίῳ τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰουλίου, ἐν Νικαίᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας.

ΠΙστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γνήσιον ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ D ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιᾶς τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. οὗτος ἐστὶν ὁ τρόπος. ἐξέθεντο οἱ ἐν Νικαίᾳ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι· πρῶτον μὲν κατὰ Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ κατὰ Σαβελλίου τοῦ φονεύοντος καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ πάσης ἑτέρας αἱρέσεως, ἥ τις ἐπανέστη τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, οὓς κατέκρινεν ἡ ἐν τῇ Νικαέων πόλει συναγμένη τῶν ἁγίων ὀρθοδόξων σύνοδος, ὧν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν, ἐστὶν ὑποτεταγμένα. ἀναφέρεται τοίνυν ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανεύφημον βασιλέα τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κεκελευσμένα, ἤτε κατὰ τῶν θεομάχων ἀσε-

δοξοφανης, καὶ ἡ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἔκθεσις, ὡς ὡς ἡδέως μὲν ὑπεδέχθησαν ἀσμένως προσεδέξαντο μετὰ πολλῆς ὅσης εὐβασμίας τῆς. τοὺς δὲ τούτης μεμίσηκε, ὡς ἄτε θεῷ ἐναντιωμένους, ἐξορίαν ὑπομεῖναι ψηφίζεται. ἐξ ὧν ὅτε καὶ τῶν μετ' Ἀρείου θεομάχων σὺν αὐτῷ Ἀρείῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν συναπωθεῖσθαι ἠνέσχοντο· οἱ δὲ καὶ ἔνδεκα ὄντες τὸν θεοφιλοῦς βασιλέως πρὸ προσώπου, καὶ τὴν συνόδου τῶν θεομάχων τὸ πλῆθος, μὴ ἐξορισθῆναι, ὑπομείναντες ὑπογράψαι εἰς τὸ ὁμοούσιον, χαρᾷ, καὶ προθύμῳ. τούτης τῆς ὑπογραφῆς ἔξαρχος ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ὃς καὶ μέχρι τέλους ἀνέκυπτε τῇ ἐφ' ἑκάτερα κεχρημένος γνώμῃ, καθὰ Εὐστάθιός τε ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἀθανάσιός τε ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ τὰ τῆς συνόδου συγχαίροντες δηλοῦσιν. τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑπονοίας τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι τῆς τῶν ἐναντίων συμμορίας ἡγεμόνα ὑπερμαχοῦντες.

ΑΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΤΠΟΓΡΑΦΑΙ τῶν θεομάχων.

Ὁ Οσιος θεομάχος πόλεως Κορδύβης τῆς κατὰ Ῥώμην καὶ Σπανίαν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν, καὶ τῆς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ ὄντων, ἕως ἐπὶ ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε διακόνῳ ὄντι τῆς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν καὶ τὰ ὅμορα τούτοις ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης τῆς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

Ἰωάννης Πέρσης τῆς ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ.

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τοῦ ἐκκλησίας θεοῦ κυρίου κάλλωπισμα, τῆς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίας, Γαλατίαν, Πόντου Διοσπόντου, Παφλαγονίαν, Πόντου Πολεμωνιακοῦ, Ἀρμενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Θεωνᾶς Κυζίκου τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἁπάσαν Ἑλλήσποντον Λυδίαν τε καὶ Καρίαν, διὰ τῶν σὺν αὐτὸν θεομάχων Εὐτυχίου Σμύρνης καὶ Μαρίνου Τρωάδος.

Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου θεομάχῳ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν σὺν αὐτὸν πλουσίων τῆς κατὰ Μακεδονίαν πρώτης καὶ δευτέρας, σὺν τῇ ἑλλάδι, τοῦ τε Εὐρώπου πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ τῆς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσης, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νοννίχος Λαοδικείας τῆς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμασιώτατος πόλεως Σαρδικῆς, τῆς ἐν Δακίᾳ, Καλαυρίᾳ, Δαρδανίᾳ καὶ τῆς ὁμόρους πάσης.

fles lata, & orthodoxæ Fidei expositio: quam vt diuinitus oblatam libenter & magna cum reuerentia excepit: hostes autem eius tamquam Deo aduersantes exilio mulctandos censuit. Sex porro ex Arianis Episcopis cum ipso Ario, & qui cũ eo erant, exulare sustinuerunt. Vndecim enim, qui religiosissimi Imperatoris præsentiam, & Synodi Episcoporum multitudinem reueriti sunt, non fuerunt relegati. Simulantes enim, manu quidem, non proposito, in consubstantiale subscripserunt. Simulationis huius Eusebius Nicomediensis princeps fuit, qui & vsque in finem alterutra sententia vsus fuisse ostenditur, vt Eustathius Antiochenus, & Eusebius Pamphili, & magnus Athanasius, & omnes alij qui Synodo subscripserunt, referunt. Propter hanc simulationem virum hunc nostræ sententiæ fuisse arbitrati sunt, qui aduersariorum cœtum generosius propugnarunt.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM Fidem approbantium:

CAP. XXVII.

HOsius Episcopus Cordubæ sanctis Dei Ecclesijs, quæ Romæ sunt, & in Italia & Hispania tota, & in reliquis vlterius nationibus vsque ad Oceanum commorantibus, per eos qui cum ipso erant, Romanos Presbyteros Vitonem & Vincentium.

Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc Archidiacono, ecclesijs per totam Aegyptum, Libyam, & Pentapolim, & regiones finitimas, vsque ad Indiæ prouincias.

Eustathius magnæ Antiochiæ Episcopus, ecclesijs in Cœlesyria, & Mesopotamia tota, & Cilicia vtraque.

Ioannes Persa, ecclesijs in tota Persia & magna India.

Leontius Cæsareæ Cappadociæ, Ecclesiæ Domini ornamentum, ecclesijs in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Diosponti, Paphlagonia, Ponto Polemaico, Armenia magna & parua.

Theonas Cyzici, ecclesijs in Asia, & Hellesponto, & Lydia, & Caria, per Episcopos qui sub ipsa erant Eutychium Smyrnæ, & Marinum Troadis.

Macarius Hierosolymorum cum Eusebio Pamphili Episcopo Cæsareæ Palæstinæ, ecclesijs in Palæstina, Arabia & Phœnicia.

Alexander Thessalonicæ Episcopus per eos qui sub ipso censentur, ecclesijs in Macedonia prima & secunda, cum ijs quæ in Græcia & Europa tota, in vtraque Scythia, & omnibus denique in Illyrico, Thessalia & Achaia.

Nunechius Laodiceæ Episcopus, ecclesijs quæ in Phrygia prima & secunda.

Protogenes ille admirabilis, Sardicæ ciuitatis, sanctis Dei ecclesijs in Dacia, Calauria, Dardania, & prouincijs vicinis.

Cæcilianus Carthaginienſis, ſanctis Dei eccleſijs in prouincijs Africæ, Numidiæ, atque Mauritaniæ vtriuſque. A

Piſtus Marcianopolis Epiſcopus, eccleſijs in Myſia, Athenarum, & Gallorum gentibus, & ciuitatibus quæ his vicinæ ſunt.

Alexander Conſtantinopolis tunc ſolum Presbyter, poſtea vero eccleſiæ illius Epiſcopatum ſortitus, cũ Paulo tunc Lectore, atque ipſius notario, eccleſijs omnium Cycladum inſularum.

Hi omnes ſancti atque Apoſtolici viri omnibus ſub cælo ſanctis Dei Eccleſijs, quæ in Nicæna ſancta, magna & generali Synodo decreta ſunt, tranſmittentes, vbique tradiderunt. B

Κικιλιανὸς Καρθαγενήσης τῆς κ' πάσης τῆς ἐπαρχίας, τῆς τε Αφρικῆς, καὶ τῆς Νομιδίας, & Μαυρετανίας ἀμφοτέρας, ἔθνεσί τε ἁγίαις & θεοῦ ἐκκλησίαις.

Πίστις Μαρκιανουπόλεως τῆς κ' τῶν Μυσίων καὶ τῶν Αθηνῶν καὶ Γαλλῶν ἐθνῶν, & τῆς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Αλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἐπὶ ὢν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς οἰκουμενικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας. λαχὼν, σὺν Παύλῳ ἐπὶ τότε ἀναγνώστῃ ὄντι καὶ νοτερίῳ αὐτοῦ, τῆς ἐν τῇσι νήσοις πάσης κυκλάδων. Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι & θεοφιλεῖς καὶ αὐθεντικοὶ πάσης τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τὰ ἐν τῇ Νικαέων ἁγίᾳ μεγάλῃ & οἰκουμενικῇ συνόδῳ κεκελευσμένα διαπρεπῶς μυσταγωγοῦντες πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν.

QVOMODO IMPERATOR EX SOLIO surgens Deo gratias egeris.

ΟΠΟΥ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΝΑΣΤΑΣ ἐκ τοῦ θρόνου εὐχαριστηλίας φωνὰς ἀναπέμπει τῷ θεῷ.

CAP. XXVIII.

IMperator autem Conſtantinus poſt expoſitionem rectæ atque Apoſtolicæ Fidei, à Spiritu ſancto per trecentos ſanctos Patres quaſi ore vno promulgatæ, & ab omnibus comprobatæ, qui ad ſanctam illam Fidei diſceptationem concurrerant, expanſis manibus, & oculis in cælum ad Deum ſublatis, ipſum Dominum omniũ noſtrum ſaluatorem & benefactorem claris verbis laudauit, quòd deſideratam Epiſcoporum concordiam, & eorumdem circa rectam & ſalutarem fidem conſenſum largitus ſit. Tanta ſcilicet cura optimus ille, ac Deo carus Imperator in Eccleſias Dei, & pacificam Paſtorum concordiam incubuit. Non abſurdum autem exiſtimo huic commentario inſerere, quæ pulchre diſſeruit Euſebius Pamphili de vita Conſtantini Deo amabilis Imperatoris, de geſtis inquam in Synodo verba facere incipiens. ſunt autem hæc: Cum igitur multa eſſent ex vtraque parte propoſita, magnaq. controuerſia in ipſo diſputationis ingreſſu à quibuſdam concitata; Imperator ille celeberrimus omnes benigne audiebat, intentiſſimo ſtudio vtriuſque partis propoſitiones excipiebat: interdum etiam ferens opem alterutri diſceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliabat, cum ſingulis comiter & benigne ſermonem conferebat Græce. nam ne huius quidem linguæ ignarus erat. Suauis erat & blandus, dum alijs perſuadere, alijs ſermone pudorem exprimere, alios qui differte dixiſſent collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat: vſque eo donec tandem eos tum conſpirantes animis, tum opinionibus conſentientes redderet. Vt pium Dominicæ gloriæ ſtudium principatum vno conſenſu obtineret, & præualeret Fides ſaluaris vere à Spiritu ſancto per omnes prædictos ſanctos Patres noſtros promulgata. Ibidem etiam lege ſanxit, vt apud omnes vnum tempus conſtaret pro ſalutaris Paſchatis feſtiuitate: tum etiam vt per

Lib. 3. cap. 12.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὅλῃ τῇ ἐκθέσει τῆ ὀρθῆς & ἀποστολικῆς πίστεως, τῆς ἐκ πνεύματος ἁγίου διὰ τῶν τριακοσίων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθείσης, ὥσπερ δι' ἑνὸς στόματος, καὶ κυρωθείσης φωνὰς πάντων τῶν συνδραμόντων εἰς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον τῆς πίστεως ἀγῶνα, & τὰς χεῖρας ἁπλώσας, & τὸ ὄμμα πρὸς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν θεὸν, ὑφήνους ἤρατο τὸν τῶν πάντων ἡμῶν σωτῆρα, καὶ διερρήδην ἀπεῖπε, ὅτι τῷ πεφυκότι αὐτῷ τῶν ἀποστόλων ὁμοίως, καὶ τῷ πρὸς τῆς ὀρθῆς & σωτηρίου πίστεως αὐτὸν ὁμοφωνίαν, αὐτῷ ἐπευφήμησε. πάντες δὲ ὁ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος καὶ θεοφιλὴς βασιλεὺς πρὸς τὸν τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν φρονήματα & τὸν τῶν τετιμένων εἰρηνικωτάτην ὁμόνοιαν. ἐκ ἄπαντος δὴ ἠρέμα καὶ τὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἅπερ, περὶ τούτων τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραγματευθέντων λέγω, πεπαιδαγμένον λόγον δεχόμενος καλῶς διελάβετο ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως, ἐπιπλέξας τῇδε τῇ συγγραφῇ· ἔστι δὲ τῶνδε· πολλῶν δὴ τῶν ὑφ' ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιβολίας τὰ πρῶτα ἐξ αὐτῶν γινομένης, ἐπεκρόα τῶν πάντων ὁ βασιλεὺς ὁ πανσόφημος, σχολῇ τε & ὑπομονητικῶς τοῖς προτείνουσι ἑκατέρων τῶν μερῶν ὑπεδέχετο· ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα τε σπεύδων τοὺς φιλονείκως ἐσχισμένους, πρᾴως τε μεθύμενος τοὺς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἐλλιμίζων τε τῇ φωνῇ, ἐπειδὴ μηδὲ τούτοις ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδύς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τε εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, ἕως ὅτε ὁμογνώμονας τῇ ὁμοδόξῳ ἐπ' αὐτοῖς κατέστησε· εἰς ὁμοφρονοῦντας μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας, κεφανθῆναί τε τὸν ἀληθῶς ἐκ πνεύματος ἁγίου θεοδίδακτον τῶν πάντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθέντα σωτήριον πίστιν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς τὸ πάχα

ἔνα

ἵνα πᾶσι ἁμολογηθῆναι καιρὸν ἐνομοθέτησεν. τότε δὴ καὶ ἐγγράφως διὰ ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα κυρωθῆναι ᾠήσατο· καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων καὶ κανόνων ἐγγράφως ἐκθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους παρεγγρᾷ.

A per expreſſam ſingulorũ ſubſcriptionem, quæ in communi decreta fuerant firmarentur. Denique Epiſcopos vt de Eccleſiaſticis conſtitutionibus & canonibus ſcriptum ederent hortatus eſt.

ΠΕΡΙ ΑΚΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ τῶν Ναυατιανῶν ἢ τῶν σὺν αὐτῷ.

DE ACESIO NOVATIANORVM Epiſcopo, & qui cum illo erant.

ΚΕΦ. ΛΧΙΧ.

CAP. XXIX.

Κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ τοῦ Βασιλέως πίστις καὶ ἑτέρου πράγματος ἐπιμνησθῆναι· ὃς τῷ αὐτῷ ἢ σπουδαίου τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐπεμέλετο, ὡς μηδὲ τὰ ἐλάχιστα αὐτὸν ὑπερβαλέσθαι. καὶ Ακέσιον γὰρ τὸν τῶν Ναυατιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκκλῆσαι εἰς τὴν σύνοδον, ὡς καὶ αὐτοὺς τὸ ὁμούσιον, ἢ τὴν τριάδα δοξάζοντας. μεθ' οὗ τὸ ἐκτεθῆναι καὶ ὑπογραφῆναι ἅπαντα τῆς συνόδου ἢ τὸν Βασιλέως τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ἠρώτα τὸν Ακέσιον Κωνσταντῖνος ὁ Βασιλεὺς, εἰ ἢ αὐτὸς τῇ πίστει συντίθεται καὶ τῷ ὁρισμῷ τῆς περὶ τοῦ Πάσχα ἑορτῆς· ὁ δὲ Ακέσιος πρὸς αὐτὸν, οὐδὲν καινὸν, ἔφη, ὦ Βασιλεῦ, ἡ σύνοδος ὥρισεν· οὕτω γὰρ ἄνωθεν ἅπαντες ἐκ τῶν ἀποστολικῶν θρόνων παρειλήφαμεν καὶ τὸν ὅρον τῆς πίστεως, καὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς. καὶ ὁ Βασιλεὺς πρὸς αὐτὸν, τί οὖν τὴν κοινωνίας ἡμῶν χωρίζῃ; ὁ δὲ Ακέσιος τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ τὸν διωγμὸν γενόμενα περὶ τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ μὴ δυνηθέντων ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ ἀρνησαμένων, διηγεῖτο, καὶ ἀκρίβειαν αὐτῶν καινός περιεβάλετο, λέγων, ὡς οὐκ ἂν χρὴ τοὺς μὴ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας δέχεσθαι μετανοοῦντας, ἢ τῆς κοινωνίας τοῦ μυστηρίου τοῦ λοιποῦ ἀξιοῦσθαι. ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ακεσίου ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς, ἧς ἄρα Ακέσιε κλίμακα μόνος, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. μετὰ ταῦτα πάντες οἱ ἐπίσκοποι διατυπώσεις ἐκκλησιαστικὰς διαφόρους ἐπέθηκαν.

MOuet autem nos Imperatoris fides, vt & aliud quiddam commemoremus, qui tanto ſtudio & prudentia in Eccleſiaſticam pacem incumbebat, vt ne minima quidem negligeret. Etenim Aceſium ſectæ Nouatianorum Epiſcopũ, & eius ſocios in Synodum vocauit, haud aliter quàm ipſos qui conſubſtantiale & Trinitatem celebrabant. Ac poſtquam deciſio de Fide, cum in commentarios relata, tum ſubſcriptionibus confirmata à Synodo & Imperatore erat, Imperator Conſtantinus ſciſcitabatur ab Aceſio, vtrũ ipſe eidem fidei, & decreto quoque de feſti Paſchatis obſeruatione conſtituto aſſentiretur. Tũ ille: Nihil noui, inquit, ò Imperator, Concilium decreuit: nam antiquitus ab Apoſtolorum ſedibus omnes eamdem Fidei deciſionem, & idem tempus feſti Paſchatis accepimus. Tum Imperator: Cur igitur te à communione noſtra ſegregaſti? Ille res regnante Decio geſtas, & quæ perſecutione ingruente acciderant, & de ijs qui martyrij certamen decertare non poterant, ſed Chriſtum abnegabant narrauit, exquiſitamq. ſeueri cuiuſdam canonis obſeruationem in medium adduxit: Quòd non oporteat eos qui poſt baptiſmum peccarunt, quamuis pœnitentes admittere, nec myſteriorum communione dignari. Quæ cum dixiſſet Aceſius, Imperator ſic illum denuo affatus eſt: Erigito tibi ſcalam Aceſi, & ad cælum ſolus aſcendito. Poſt hæc omnes Epiſcopi varias Eccleſiaſticas conſtitutiones edunt.

Beſ. lib. 1. c. 7. & Sozom. lib. 1. c. 22.

Concil. Eliberitan. can. 1.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ Διατυπώσεων λόγος διδασκαλικός.

DE DIATYPOSIBVS ECCLESIAſticis ſermo dogmaticus.

ΚΕΦ. ΛΧ.

CAP. XXX.

ΟΜιλήσωμεν τῷ Φωτὶ, ὅ ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς πλησίον αὐτὸ ἐσῶτες, ὡς ὁρῶντες αὐτὸν, οὕτως πολιτευσώμεθα πρὸς εὐχὰς ἀναζεύσεις· εὐχαὶ γὰρ ἁγιάζουσιν, ἐὰν λόγῳ θείῳ προσευχώμεθα· λόγος δὲ θεῖος πάρεστιν, ἔνθα καρδία καὶ πολιτεία καθαρὰ ἐν ταπεινοφροσύνῃ φυλάττεται. ἐκαμνεν ὁ Ισραὴλ τὰς θυσίας ἀπαρτίζων· ἐκραζον οἱ προφῆται πρὸς τὸν θεὸν, ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· ἐκεῖνοι ἔκραζον, καὶ ἡμεῖς εἰλάβομεν· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθαμεν. ἦλθε γὰρ πρὸς ἡμᾶς αὐτὸς ὁ κύριος λέγων, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ἀκαμάτως εἰλάβομεν τὴν χάριν, ἀλλὰ διὰ καμάτου δεῖ ἡμᾶς φυλάξαι τὴν χάριν.

VErſemur cum luce, quæ eſt Chriſtus, tamquam ipſi propinqui exiſtentes, & ipſum aſpicientes. Sic in ſanctificantibus precationibus exerceamur. Preces enim ſanctificant, ſi diuinum Verbum adoremus. Verbum autem diuinum adeſt, vbi cor & pura vitæ inſtitutio in humilitate conſeruatur. Laborabat Iſrael ſacrificia perficiens: clamabant Prophetæ ad Deum: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Illi clamabant, & nos accepimus. Alij laborauerunt, ſicut Dominus dixit, & nos in laborem ipſorum introiuimus. Venit enim ad nos Dominus, dicens: Ego ſum lux, ego ſum veritas. ſine labore accepimus gratiam, ſed cum labore oportet nos gratiam conſeruare.

Pſalm. 42.

Ioann. 4.

Ioan. 8. & 14.

ΠΕΡΙ

DE HIS QVI DICVNT NON oportere Chriſtianos laborare.

Quoniam aliqui nolentes laborare, ſed curioſi eſſe, male interpretantur ſacras Domini voces, dicentis: Ne ſitis ſolliciti animæ veſtræ quid manducetis: perinde ac ſi verbis ipſis adhærentes, nõ oporteret Chriſtianos terram colere & laborare: demonſtrandum eſt non ſic dixiſſe Dominum. Poſſumus enim laborare, & ſecuri eſſe, ſcientes & credentes, quòd operum noſtrorum incrementum & fructus ipſe Dominus dat, qui dixit: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & ſurgat nocte & die, & ſemen germinat, & aſſurgit, & non nouit ipſe.

Matth. 6. e

Marc. 4. d

DE CLERICIS SACRI ORDINIS.

Clerici ſacri ordinis cæleſtium typi & imagines eſſe debent. Epiſcopus quidem debet obtinere locum Domini tamquam caput poſt illum Eccleſiæ, quam recepit: Presbyter tenere debet ſedem & locum Seraphicum: Diaconus autem Cherubicum: miniſter vero his miniſtrare debet.

QVOD NON OPORTET LAICOS in ſuggeſtum aſcendere.

Non licet laicos in ſuggeſtum aſcendere, præter eos qui legere aut canere ex libris debent.

DE SANCTO BAPTISMATE.

Baptiſma noſtrum non oculis corporis conſiderandum eſt, ſed mentis. Aquam vides, conſidera virtutem Dei in aquis abſconditam. In ſancto enim Spiritu & igne baptizari nos docet Euangelium. In fide enim baptizantis, & fide baptizati per ſacram inuocationem plenas ſanctificatione Spiritus & ignis diuini aquas conſidera. Ipſe enim, inquit, baptizabit vos Spiritu ſancto & igne. Deſcendit itaque qui baptizatur reus peccatorum, & obnoxius ſeruituti corruptionis: & aſcendit liberatus ab hac ſeruitute & peccato, factus filius Dei, & heres gratia ipſius, coheres autem Chriſti, indutus ipſum Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt: Quicumque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Matth. 3.

Galat. 3. d

DE DIVINA MENSA ET DE EO quod in ipſa eſt myſterio corporis & ſanguinis Chriſti.

Iterum etiam hic in diuina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum: ſed attollentes mentem, fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei tollentem peccatum mundi, incruente à ſacerdotibus immolatum: & pretioſum ipſius corpus & ſangui-

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΕΓΟΝΤΩΝ ΜΗ ΔΕΙΝ χριστιανὸς ἐργάζεσθαι.

Ἐπίπρ τινὲς σὺκ ἐργάζεσθαι βυλόμενοι, ἀλλὰ περιεργάζεσθαι, ἐκλαμβάνουσι κακῶς τὰς τ κυρίυ ἱερὰς φωνάς, εἰπόντος, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, ὡς ἂ χρεΐαν λέγοντες, ἀκολουθοῦντες τῇ φωνῇ τύτῃ ἐργάζεσθαι εἰς τὴν γῆν χριστιανύς· διὸ δεικτέον ἡμῖν μὴ οὕτως εἰρῆκέναι τὸν κύριον. ἐγχωρεῖ γὰρ ἐργάζεσθαι καὶ μὴ μεριμνᾶν, εἰδότας ἡμᾶς καὶ πεπεισμένους, ὅτι τῶν ἔργων ἡμῶν τὴν αὔξησιν, καὶ τοὺς καρποὺς, αὐτὸς ὁ κύριος δίδωσιν, εἰπών, ὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τ θεῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστάνει καὶ μηκύνηται, ὡς σὺκ οἶδεν αὐτός.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΕΡΟΥΜΕΝΩΝ.

Τοὺς ἱερεμίνους εἰς τύπον καὶ εἰκόνα χρὴ εἶναι τῶν ἐπουρανίων· καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἐπέχειν τὸν τόπον τ κυρίυ, ὡς κεφαλὴν μετ' αὐτὸν ὄντα τῆς ἐκκλησίας, ἧς περίληφε· τὸν δ πρεσβύτερον, τὸν σεραφικὸν ἐπέχειν θρόνον· τὸν δ διάκονον τὸν χερουβικόν· τὸν ὑπηρέτην εἰς διακονίαν τύτων εἶναι πεποίηκε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΔΕΙΝ ΛΑΙΚΟΥΣ αἰνέσαι ἐν τῷ ἄμβωνι.

Περὶ τ μὴ δεῖν λαϊκοὺς αἰνέσαι ἐν τῷ ἄμβωνι, πλὴν τ τεταγμένων ἀναγινώσκειν, ἢ ψάλλειν ἐν ταῖς διφθέραις.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΑΤΟΣ.

Τὸ βάπτισμα ἡμῶν ὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς καταντητέον, ἀλλὰ τοῖς νοεροῖς· ὕδωρ ὁρᾷς, νόησον τὸν ἐν τοῖς ὕδασι κρυπτόμενον τ θεῦ δύναμιν· ἐν γὰρ πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ βαπτίζεσθαι ἡμᾶς οἱ ἱεροὶ διδάσκουσι λόγοι· ἐν γὰρ πίστει τὸ βαπτίζοντος, καὶ ἐν πίστει τὸ βαπτιζομένυ διὰ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως, πλήρη τ ἁγιασμὸν τὸ πνεύματος καὶ τὸ θείυ πυρὸς νόει τὰ ὕδατα. αὐτὸς γὰρ φησι βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. κατέχεται μὲν σὼ ὁ βαπτιζόμενος ὑπὸ θανάτυ ἁμαρτημάτων, καὶ τῇ τῆς φθορᾶς δουλείᾳ ἐνεχόμενος· αὐέρχεται δὲ ἐλευθερωθεὶς τῆς τοιαύτης δουλείας, καὶ τ ἁμαρτίας υἱὸς τ θεῦ, καὶ κληρονόμος χάριτι αὐτὸ μονογενύς, συγκληρονόμος τ Χριστ, αὐτὸν ἐνδυσάμενος τ Χριστὸν, καθὼς γὰρ ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΚΑΙ τ ἐπ' αὐτῇ μυστηρίυ τ σώματος καὶ τ αἵματος τ Χριστ.

Ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν κἀνταῦθα μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ, καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν· ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὸν νῦν, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τ ἀμνὸν τ θεῦ, τὸν αἴροντα τὰς ἁμαρτίας τ κόσμυ, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον· καὶ τὸ τίμιον αὐτ σῶμα καὶ αἷμα

σῶμα ἀληθῶς λαμβάνοντες ἡμᾶς, πιστεύειν τοῦτο εἶναι τὸ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολον. Διὸ καὶ ὀλίγον λαμβάνομεν, ἀλλ' ἐλίγον, ἵνα γνῶμεν, ὅτι οὐκ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν.

A guinem vere sumentes, credere hæc esse nostræ resurrectionis symbola. Propter hoc enim neque multum accipimus, sed parum, vt sciamus quòd non satietati, sed sanctimoniæ sumimus:

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

Οὐχ ἁπλῶς ὁ κύριος τὸν ἑαυτοῦ σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν παρέδωκεν εἰς πάθος καὶ θάνατον· ἀλλ' ἵνα τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματεύσηται, καίπερ ἐλεύθερος ὢν ἀπὸ θανάτου, καθὼς ἀνωτέρω ὁ λόγος ἀπέδειξε. βοᾷ ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ, προαναφωνῶν τὸ μέλλον τῆς κατ' σάρκα αὐτοῦ οἰκονομίας μυστήριον· ἐλεύθερος, φησὶν, ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. τίς δὲ ἐλεύθερος θανάτου, εἰ μὴ θεός; ἀλλὰ κατὰ τὰς προαναδειχθείσας ἀνακεφαλαιώσεις διὰ φιλανθρωπίαν, γέγονεν ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ταπεινώσας τὸν ἑαυτοῦ σάρκα μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ἣ καὶ ἐγηγέρθαι κηρύττεται, ἵνα ἡμᾶς ἀπαθανατίσας, περιποιήσῃ ἡμῖν τὴν ἀπεγνωσμένοις δι' αὐτῆς τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐλπίδα· ὅπως μηκέτι ὦμεν δοῦλοι τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ, ἀλλ' ἐλεύθεροι, καθάπερ ἡ ἀπαρχὴ ἡμῶν Χριστὸς, καθὼς φησὶν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. ὃν καὶ σωτῆρα αὐτὸν δὴ πιστὸν τὸ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν μονογενῆ ἀπεκδέχεσθαι ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν, ἀναστήσοντα τὰ ἡμῶν ἐκ τῶν τάφων τὰ σώματα, ἀθανατίσοντα· λέγων ἡμῶν τὸ θνητὸν μέλος, φησὶν, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. οὕτω γὰρ δεῖ τὸ σῶμα ἡμῶν δοξασθῆναι, ὡς τὸ τοῦ δεσπότου, ἀπηλλαγμένον πάσης κακίας, καὶ πάντων τῶν νῦν παθῶν ἐλεύθερον, καὶ θανάτου καὶ ἁμαρτίας, ἅγιον, ἵνα ἐν καινότητι ζωῆς σὺν αὐτῷ περιπατῶμεν ἀθανατίσαντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ. ἐν πίστει γὰρ τῇ ἐλπίδι καὶ τὸ ἅγιον εἰλήφαμεν βάπτισμα, καὶ τὸν σωτήριον τῶν ἁγίων αὐτοῦ μελῶν μετουσίαν ἀπεδεχόμεθα. ταῦτα τὰ καθολικῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα.

Non simpliciter Dominus suam ipsius carnem pro nobis passioni & morti tradidit, sed vt nostram salutem procuraret, cum liber esset à morte, vt sermo superius demonstrauit. Clamat Propheta quasi ex persona ipsius, prædicens futurum eius secundum carnem œconomiæ mysterium: Factus sum, inquit, quasi homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Quis autem liber à morte, nisi Deus? sed iuxta prius ostensas demonstrationes incarnatus propter hominum dilectionem, factus quasi homo sine adiutorio, humilians suam ipsius carnem vsque ad mortem, mortem autem crucis, quæ & resurrexisse prædicatur, vt postquam nos immortales fecerit per primitias nostras, resurrectionis spem nobis etiam desperatis suppediteret, vt non amplius obnoxij simus æternæ morti, sed liberi, quemadmodum & primitiæ nostræ Christus, vt inquit beatus Apostolus Paulus: Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi in aduentu ipsius. Et ipsum saluatorem hunc Dominum nostrum IESVM Christum, Dei & Patris filium vnigenitum expectare nos in cælis, cum nostra corpora ex sepulchris excitauerit, restatur dicens: Conuersatio nostra in cælis est, vnde & saluatorem expectamus Dominum nostrum IESVM Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sic enim oportet corpus nostrum clarificari, sicut & corpus Domini: vt malitiam & eas quæ nunc sunt passiones susciperе nequeat, liberum à morte & peccato, sanctum, vt in nouitate vitæ cum ipso possimus ambulare in cælesti lumine, semper cum ipso Christo regnantes. In hac enim spe sanctum baptisma percepimus, & salutarem sanctorum eius membrorum participationem susceпimus. Hæc Ecclesiæ Catholicæ dogmata sunt.

B *Psalm.87.*

Philip.3.

C *1.Cor.15.*

Philip.3.

D

ΟΤΙ ΜΙΑ Η ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.

Μία ἡ ἐκκλησία ἐν οὐρανοῖς, ἡ αὐτὴ καὶ ἐπὶ γῆς. ἐν ταύτῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπαναπαύεται. αἱ ἔξω πάσης οὔσαι αἱρέσεις, ἃς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ εἰσὶ διδασκαλίαι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐδὲ τῶν ἀποστόλων· ἀλλὰ τοῦ σατανᾶ, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου. τὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ἀλλήλων ἑκάστη ἀναλίσκουσι, ἵνα ἀφέλωνται τῶν ἀνθρώπων τὸν ὄντως ζωήν.

QVOD VNA EST ECCLESIA DEI.

Vna est Ecclesia in cælo, eadem & in terra, & in hac requieuit Spiritus sanctus. Hæreses autem quæ extra hanc sunt, quas habent homines, non sunt doctrinæ Saluatoris nostri, neque Apostolorum, sed satanæ & patris eorum diaboli. Quæ autem sunt hæreses Iudæorum & Græcorum, alio docent modo, vt veram vitam hominibus auferant.

E

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ καὶ τοῦ κόσμου.

Μικρότερος ὁ κόσμος ἐγένετο διὰ τὴν προγνωσιν· προέγνω γὰρ ὁ θεὸς, ὅτι ἁμαρτήσει ὁ ἄνθρωπος· διὰ τοῦτο καινοὺς οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν προσδοκῶμεν,

DE PROVIDENTIA DEI, & de mundo.

Minor mundus per prouidentiam factus est. præuidit enim Deus peccaturum esse hominem. Idcirco nouos cælos & nouam terram speramus,

mus, iuxta sacras litteras, apparente nobis præsentia & regno magni Dei & saluatoris nostri
Dani. 7. d IESV Christi. & tunc (vt ait Daniel) percipient sancti regnum Altissimi, & erit terra pura, sancta terra viuentium & non mortuorum. quam oculis fidei prævidens Dauid clamat: Credo videre
Psal 26. bona Domini in terra viuentium, terra mansuetorum & humilium. Beati, inquit, mites, quo-
Matth. 5. niam ipsi possidebunt terram. Et Propheta, Et
Esai. 26. calcabunt ipsam, ait, pedes mansuetorum & humilium. Has ex elaboratis à sanctis nostris Patribus constitutionibus Ecclesiasticis, paucas ex multis hoc commentario descripsimus. Ediderunt autem & Ecclesiasticos canones viginti in Nicæna Synodo: quos ipsos necessarium existimaui huic scripto inserere.
A tigerit, illico mundum reddet, atque peccati omnis prorsus expertem. Sed labia noſtra quo nam modo contingat, docet beatus Paulus cum dicit: Prope te eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: quia ſi dixeris in ore tuo quia Dominus Iesvs, & credideris in corde tuo quia Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Dicitur autem carboni perſimilis, propterea quòd ex duabus ac diſſimilibus rebus intelligitur, ſed ita ſecundum veritatem conuenientibus, vt in vnitatem propemodum coniungantur. Ignis enim vbi lignum penetrarit, illud in ſuam ipſius claritatē ac vires tranſfert, eo tamen ſeruato quod erat. Margaritæ ſe rurſus comparat Dominus noſter Iesvs Chriſtus cum dicit: Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretioſa margarita, vadit & vendit vniuerſa quæ habet, & emit illam. Alio quoque modo illum ſeſe nobis indicare audio dicentem: Ego flos campi, lilium conuallium. Cum enim in ſua natura diuinam claritatem Dei ac Patris habeat, idem præterea ſpirat odorem ſuauolentiæ ſpiritalis. Vt ergo in margarita, atque etiam lilio, quamuis ſubiectum illis corpus percipiatur, claritas tamen ſeu odor ex propria ratione ab illis quibus inſunt, tamquam diuerſa noſcuntur, ſed viciſſim propria ſunt habentium, non ab eis aliena, cum in illis inſeparabiliter hæreant: ad eumdem quoque modum de Emmanuele ipſo nobis eſt exiſtimandum ac ſentiendum. Naturæ namque ratione diuerſa ſunt diuinitas & caro: ſed corpus Verbi proprium erat, neque ſeiunctum à corpore illud vnitum corpori Verbum. haud enim aliter intelligere fas eſt Emmanuelem, ideſt nobiſcum Deum. Itaque nonnumquam vt homo, & ex menſura ſuæ exinanitionis ſeipſum nobis indicans, dicebat: Nemo tollit animam meam à me. aliquando rurſus tamquam Deus Verbum, & vt qui de cælo, & vnus cum ſua carne intelligeretur: Nemo aſcendit, inquit, in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis. Cum igitur ipſum Filium ſacræ litteræ vndique in vnitatem inſeparabilem veramq. coniungant, & in vnam perſonam redigant in fide; hic tamen vanus homo multis modis diſiungit, & aduerſus ipſum quoque Chriſtum temere nugatur, Deum appellans illud ex Patre Deo Verbum, vt nimirum ſuo loco ac tempore progrediens oratio plane docebit. Simulat enim ſe metuere, ne quiſpiam dum ſanctæ Virginis reuerentia victus illam Dei genitricem vocat, confuſionem atque mixtionem ſubſtantiarum inter ſe factam putans, Eccleſiæ dogmata deturpet, quamuis ita nemo ſentiat: ſed vt corrigat ſcilicet, vt ipſe putat, graue hoc malum, ſurſum deorſum omnia miſcet, recta veraq. ſententia neglecta. ſic namque dixit.

Rom. 10. b. 8

Matth. 13. f. 45.

Cant. 2. 8

Ioan. 10. d. 18.

Ioan. 3. b. 13

Si

NESTORIVS. *Si fide ſimplici Deiparam proferres, nulla eſſet apud me dictionis inuidia, verbi ſenſum exquirenti. ſed quia video te prætextu erga beatam Mariam honoris, hæreticorum confirmare blaſphemiam, ideo dictionis prolationem caute præmunio, cum periculum in ea dictione latens ſuſpectum habeam. Id vt clarius dicam, & ab omnibus percipi facilius poſſit: Qui Arium ſectati ſunt, & Eunomium, & Apollinarium, & omnium eiuſmodi familiæ hominum chori, ſtuduerunt Dei genitricis appellationem inuehere, vt facta mixtione, duabusq. naturis minime diſtinctis, nihil ex his quæ viliora ſunt, de humanitate dictum acciperetur, ac locus illis iam aduerſus ipſam diuinitatem pateret, tamquam omnia ab vno dicerentur, non ratione dignitatis ex ipſa coniunctione conſequentis, ſed ipſius ratione naturæ. Vnus eſt namque Chriſtus, & vnus Dominus: ſed in Chriſto, in vnigenito inquam Filio, & Chriſti nomen & Filij nunc de diuinitate, nunc de humanitate, nunc de humanitate diuinitateq. dicitur.*

CYRILLI CAP. 1. Vides, vt multiplicibus ſententiarum commentis impie variatur, & illam ſecundum carnem generationem Vnigeniti non aliter futuram fuiſſe conatur oſtendere, niſi aliqua ſubſtantiarum inter ſe confuſione aut commixtione facta, cum doctores Eccleſiæ non hunc modum nobis tradiderint. Veram namque coniunctionem factam dicimus, ita vt Verbum ſibi quidem corpus vniret, ſed id quod erat permaneret. hic vero nihil eiuſmodi concipiens animo, non mediocri impietatis crimine laborat, cum in duas perſonas & duas hypoſtaſes omnino inter ſe diuerſas abiunxerit, ita vt ſermones cuique conuenientes vtrique perſonæ proprie tribueret: & rurſus vnum dicit Chriſtum IESVM Dominum, tamquam ſola dignitatis ratione, nó vera vnione, hoc eſt, non ſecundum naturam, homo cum Deo coniunctus ſit. Quonam igitur modo vnus eſt Chriſtus, & Filius, & Dominus, ſiquidem vt aſſeris, vtrique ſeorſim conuenit non modo vt ſic appelletur, verum etiam vt ſit vere, cùm iſto modo fiat vt ſubſtantiæ minime inter ſe ſecundum vnionem conuenerint, ſed ſolum ſecundum dignitatem, vel auctoritatem, vel poteſtatem vnitæ ſint? Atqui ſi naturas rerum perueſtigemus, videbimus quæ pari ſunt dignitate, non ea de cauſa id amittere ne minus ipſa proprie priuatimq. conſiſtant, neque quòd pari ſint gloria id ad vnionem efficiendam ſufficere. Verbi gratia, Petrus & Ioannes ambo & Apoſtoli & ſancti viri erant, & pari honore ac virtute per Spiritum ſanctum ab omnium Saluatore Chriſto decorati. ſimul enim cum ceteris ſibi dictum audierant: Vos eſtis lux mundi huius. & rurſum: Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmonia eijcite. Num ergo ex eo quod pari erant dignitate vel auctoritate, illud etiam eos habuiſſe aſſeremus, vt cum duo eſſent, vnus homo cenſeretur? idq. ad vnionem certe hypoſtaſeon eſſe ſatis? Atqui nonne ſtultiſſimum cenſendum ſit ita ſentire? Cur ergo te ſimulas rectam fidem tenere, cum Chriſtum IESVM Dominum

Matth. 5. b. 14.
Matth. 10. a. 8.

Εἰ μὴ πίστως ἁπλῶς, τὸ, θεοτόκος προσφέρεις, οὐκ ἄν σοι τῆς λέξεως ἐφθόνουν, τὸν νοῦν ἐξετάζων τοῦ ῥήματος. ἀλλ' ἐπειδὴ πρόφασιν ὁρῶ σε προφέρειν τῆς θεότητος τὸ μακαρίαν Μαρίαν τιμᾶν, τῶν αἱρετικῶν βεβαιοῦντα τὴν βλασφημίαν. Διὰ τοῦτο τὴν τῆς λέξεως προφορὰν ἀσφαλιζόμην· τὸν ἐν τῇ λέξει κρυπτόμενον κίνδυνον ὑφορώμενος· ἵνα δὴ καὶ σαφέστερον, καὶ πᾶσιν εὐληπτότερον εἴπω, τοῖς Ἀρείοις καὶ Εὐνομίοις, καὶ Ἀπολιναρίοις, καὶ πάντων τοῖς χορεῖς τῶν τῆς τοιαύτης φατρίας· κατανοῆσαι εἰσήγαγον, ὡς πρόσκοπον γινομένης, καὶ τὰ δύο φύσεων μὴ διαιρημένων, μηδὲν τῶν ὑπὲρ λῶν εἰς τὴν ἀνθρωπότητα λαμβάνειν δεῖ· καὶ χώραν αὐτοῖς λοιπὸν κατὰ τῆς θεότητος ἔχειν, ὡς πάντων λεγομένων παρ' ἑνὸς, καὶ κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σαρκοφόρου ἀξίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν. εἷς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς υἱὸς· ἀλλ' ὅτι μὲ Χριστὸν, ὅτι δὲ μονογενῆ λέγω υἱὸν, καὶ τὸ, Χριστὸς, καὶ τὸ, υἱὸς, ποτὲ μὲν, ὅτι τῆς θεότητος ποτὲ δὲ, ὅτι τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ θεότητος.

Ὁρᾷς ὅπως πολυτρόποις ἑαυτοῖς ῥήμασιν ἀσόφως καταποικίλλεται, καὶ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν τοῦ μονογενοῦς, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἐσομένην παρέχεται δηλονότι, εἰ μή τις γένοιτο τῶν ὑποστάσεων εἰς ἀλλήλας ἀναχυσις, ἤγουν σύγκρασις. καίτοι τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, ὃ τοῦτον ἡμᾶς μυσταγωγούντων τρόπον· σαφῶς γὰρ ἀληθῆ γένεσθαι φαμὲν, ἑνώσαντες μὲν ἑαυτῷ τοῦ λόγου τὸ σῶμα, μεμενηκότος δὲ ὅπερ ἦν. ὁ δὴ τῶν πιστῶν εἷς νοῦν ἔχων εὐθὺς, διέστησε μετρίως, διαιρῶν εἰς δύο πρόσωπά τι, καὶ ὑποστάσεις, ἑλκόντως ἀλλήλων διηρημένας· ἑκατέρᾳ τε λόγους τοὺς αὐτῇ πρέποντας ἀναπηδᾷ ἰδικῶς. καὶ πάλιν ἑνὰ φησὶ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, ὡς ἀνθρώπου θεῷ συνημμένα καθ' ἑνότητα μόνην τὴν ἀξίαν, εὐκαθ' ἕνωσιν ἀληθῆ, τουτέστι τὴν κατὰ φύσιν. πῶς γὰρ ἂν εἴη Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος, εἰ μὴ ἀμφοῖν ἀνὰ μέρος ἁρμόσειεν αὐτῷ ὡς ἐφης, τὸ, ὠδέ τι καταγομάζεσθαι, καὶ εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ἀλλ' οἱ τὸ συμβιῶναι καθ' ἕνωσιν ἡγούμενοι τὰς ὑποστάσεις, ἐνοῦσθαι δὴ κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, ἢ τοι τὴν αὐθεντίαν, ἤγουν ἐξουσίαν· κἀν τοῖς τῶν πραγμάτων πλουτοῦσι φύσις, τὸ ἐν ἰσότητι τῆς ἀξίας, ἀπὸ τούτης εἰσκαλοῦσιν ἀποβεβληκέναι καταθρήσαιμεν ἂν τὸ ὑπάρχειν ἰδιοουσιάτως. οὔτε μὴν τὸ μοιρᾶν εἰς δόξαν, ἀρκεῖ πρὸς ἕνωσιν· οἷόν τι φημὶ Πέτρος τε καὶ Ἰωάννης, ἄμφω μὲν θεσπεσιολόγοι τε, καὶ ἅγιοι, καὶ τῆς ἰσομοίρους τιμῆς, καὶ δωρεάσεσι τῆς ἁγίου πνεύματος κατηγλαισμένοι· ἀλλ' οὐδὲ τοῦ παντῶν ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἦσαν γὰρ ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου. καὶ πάλιν· ἀσθενοῦντας θεραπεύετε· νεκροὺς ἐγείρετε· λεπροὺς καθαρίζετε· δαιμόνια ἐκβάλλετε· ἆρα ἂν ἐξ ἰσομοιρίας ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας αὐτοῖς ὑπαρξαι φαμὲν, τὸ εἰς ἄνθρωπον ἕνα καταλογίζεσθαι τοὺς δύο, καὶ ἀρχὴν ποτὲ πρὸς ἕνωσιν, τὴν ὡς ἔν γε τοῖς ὑποστάσι λέγω; εἶτα πῶς ἂν ἠλίθιον κομιδῇ τὸ ὧδε φρονεῖν, νοεῖτ' ἂν εἰκότως; εἰ τοιγαροῦν ὑπαπλάττῃ μὲν εἶναι τὴν πίστιν ὀρθὴν, ἕνα λέγων Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον·

κύριον· εἶτα Διατίμενον εἰς δύο πρόσωπά τε καὶ ὑποστάσεις τὸν ἕνα, καὶ τὸν μὲν τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως ἀπομάζεις τρόπον, δι' ἧς ἀληθῶς εἷς τε καὶ μόνος αὐτὸς ἐστὶν ὁ Χριστός· συναφείαν δ' ἀληθῶς ὀνομάζεις τὴν ἰσοτιμίαν· πῶς γὰρ οὗτός ἐστι συναφείας τρόπος; ἢ σὺκ οἶσθα ὅτι φίλον πᾶσι τοῖς κατ' τόνδε τὸν βίον, τὸ ἐν ὑπολήψεσιν εἶναι κοσμικαῖς, οἵ τε καὶ ἀφ' ὧν πρεσβυτέρων πλουτοῦσι τιμάς; ἀλλ' ἐπεὶ ἴσοις ὄντες ἀξιώμασιν, ἴσθ' ὅτι, διεστήκασιν ἀλλήλων κατά τι τῇ καθ' ἕνα φημὶ, καὶ μέντοι τὸ βούλεσθαι τὰ αὐτὰ φρονεῖν τε καὶ δρᾶν· ἀλλ' εἴπερ ἰσότης τὰς δεσμὰς ἀναγκαίως εἰς ἑνότητα συλλέγων αὐτοὺς τῆς ἀξίας ὁ τρόπος, καθάπερ ἀμέλει καὶ σύμβασις φυσικὴ, σὺκ ἂν ἐν ἰσότητι γεγῶν, ἤτοι τῆς ἀξίας ὑπάρχοντες, ὑποστάσεσί τε καὶ γνώμῃ, εἰς τὸ ἕτερος εἶναι καὶ ἕτερος, ἰδικῶς ἀλλήλων ἀπεσοφίζοντο. πρὸς τιγαροῦν τὴν σὴν συναφείαν ἥκομεν, τί δὲ καὶ δρᾶσαι λογισόμεθα; ὁμογνωμονεῖν ἆρα πείσῃκεν αὐτοὺς, ἢ συμβλῶσα παρεσκεύασεν εἰς ἑνότητα μυστικὴν; ἀλλ' ἆρ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν· ἐνδέδεικται γὰρ ὁ λόγος πρὸς ἄμφω ταυτὶ, πολὺ νοσοῦσαν τὴν ἀφαιρεσίν. φράζε δέ μοι καὶ κἀκεῖνο· πρωτερήσομαι γὰρ ἀναγκαίως. τί τὸ τῆς ἀξίας ὄνησε χρῆμα, τὸν ὥσπερ ἔφης αὐτὸς τῷ θεῷ λόγῳ συνημμένον ἄνθρωπον ἐκ γυναικός; ἆρα γὰρ ἴσον ἀπέφηνεν ἐν δόξῃ καὶ ὑπεροχῇ, καὶ τοσοῦτον εἶναι παρεσκεύασεν, ὅσος αὐτὸς εἶναι πεπόηται καὶ αὐτός; εἶτα πῶς οὐ διαψεύσεται τὴν λέγων, τὴν δόξαν μου, ἑτέρῳ οὐ δώσω; πεφλυάρηκε δὲ μάτην καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς, ὡδή που λέγων, ὅτι τίς ἐννεφελαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ἢ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ἢ οὐχ ἕτερος πρὸς τὸν ἕνα καὶ φύσει, καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ὁ κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν τῆς πρὸς αὐτὸν ἑνότητος ἀληθῶς διεχωρισμένος; εἶτα πῶς οὐχ ἕπασιν ὑπαρχεῖς· ἀλλ' οὐκ ἴσον μὲν τῷ θεῷ λόγῳ πεποίηκεν ἡ ἀξία τὸ συνημμένον· ὁρᾶται γοῦν καὶ ἔστιν ἐν μείοσι· πῶς οὖν ἕνα φῂς Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον, καίτοι πρὸς ἄχοντας ἑνὸς κατ' γε τῶν ἐννοιῶν τὴν δυνάμιν· καὶ ὑφιζήκοτος ἑτέρα τῆς πρὸς αὐτὸν ἰσοτιμός τε καὶ δόξης; ἄλλως τε, προσοπίσω γὰρ οἷς ἔφλυε καὶ τόδε. δεδώρηται κατ' αὐτὸν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος τὴν ἰδίαν ἀξίαν τῷ ἐκ γυναικός· καίτοι ὅ γε τρόπον αὐτὸ δὴ τοῦτο πεπεάχθαι φησὶ, βασανίζειν ἄξιον. ἆρα γέγονε καὶ αὐτὸς θεὸς ἀληθινός; ἆρα φύσει θεὸς, καὶ ζωὴ καὶ δημιουργὸς, ἡ σοφία καὶ δύναμις, εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός; καὶ τὰ τῆς ἄνω δόξης πλεονεκτήματα, κεχώρηκε φυσικῶς εἰς ἕνα τινὰ τῶν πεποιημένων; τί σὺν ἐστὶ τὸ ἐξαίρετον ἐν τῷ κατὰ φύσιν θεῷ; τί τὸ μέγα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, εἰ ἐνδέχεται τὴν κτίσιν καταπλουτεῖν δυνάσθαι, καὶ τοῦτο οὐσιωδῶς, τὰ ἐν οἷς ἐστιν ἀγαθά; ἀλλ' ὡς ἐν μεθέξει τῆς θείας τυχὸν ὑπεροχῆς πεφορηκε τὴν ἀξίαν; δύο δὴ πάλιν αὖθις ἀμφιλόγως ἡμῖν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἕτερόν τι, καὶ ἐλαττον κατὰ φύσιν ἐστὶ, τοῦ τὴν μέθεξιν ὑπομιμνῄσκοντες αὐτῷ, τὸ χεῖρον τῇ πρὸς αὐτὸν τιμώμενον·

minum dicis quidem vnum, sed illum vnum in duas personas & hypostases diuidis? & veræ illius vnionis modum, per quem vere vnus ac solus esse potest Christus, improbas, illam vero honoris æqualitatem vere coniunctionem appellas? Qualis enim is est coniunctionis modus? An ignoras cupere homines qui in hoc sæculo versantur, mundana potiri gloria, eosq. à principibus honores consequi? Sed quamuis nonnumquã æqualem habeant dignitatis gradum, tamen inuicem distant tum singulari subsistentia, tum vero in eo quòd non eadem sapere atque perficere libet. Atqui si dignitatis ratio vinculum esset necessariũ quo in vnitatem colligerentur, vt est proculdubio illa coniunctio naturalis, numquam in honorum vel dignitatis æqualitate positi, hypostasi atque etiam sententia priuatim iater se seiungerentur, vt alter hic esset, ille alter. Quo igitur loco tuam coniunctionem ponemus? quidve efficere putabimus? Consentire ne igitur illos persuasit, aut egit vt in mysticam vnitatem conuenirent? Sed dicere non habebis, nam hac ratione demonstratum est, illam esse in vtramque partem admodum infirmam. Illud quoque mihi explices velim (nam rogare necessario cogor) quid ipsa dignitas iuuit hominem, vt ipse dixisti, cum Deo Verbo coniunctum, & ex muliere natum? Num vero parem gloria & excellentia reddidit, & tantus vt esset effecit, quantum & ipsum esse Verbum credibile est? Sed quomodo non illementietur cum dicit: Gloriam meam alteri non dabo? frustra etiam nugatus erit ille diuinus carminum auctor, sic ferme dicens: Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Deo in filijs Dei? An vero is non erit alius ab illo vno & secundum naturam Dei Patris Verbo, qui propriæ hypostasis ratione vere sit ab eius vnitate disiunctus? cui nam vero id non sit euidentissimum? Sed coniunctum sane ipsum haud æquale Deo Verbo dignitas fecit, quod inferius illo esse perspicuum est: quomodo igitur vnum asseris Christum, & filium & Dominum, quamuis vnus, quod ad sententiarum vim attinet, sit præstantior, alter inferior, & eius maiestate & gloria minor? Præterea, vt illud quoque his quæ diximus adiungam, donauit, vt ipse existimat, illud ex Deo Patre Verbum illi mulieris filio suam ipsius dignitatem. Sed hoc ipsum quonam sit modo gestum, exquirere est operæpretium. num ipse quoque factus est lux vera? num ex natura Deus, & vita, & rerum opifex, & sapientia, & virtus, imago etiam & splendor substantiæ Patris, & illa eximiæ ac supremæ illius gloriæ ornamenta in vnũ aliquem è creatis hominibus naturaliter influxerunt? Quid igitur eximium est in eo secundum naturam Deo? quid magnum & supra nos, si fas est creaturam his bonis quæ ipse habet, & quidem substantialiter, posse locupletari? At enim dignitatem tamquam participata fortasse diuina excellentia gessit: igitur duo rursus erunt proculdubio filij, si quidem verum est ab eo quod participationem impertitur, diuersum esse & inferius secundum naturam, id quod ideo honoratur, quia ad ipsum relationem

nem habet. Conuinceris ergo ne ea quidem scire quæ dicis. Cur autem eos accusas qui voces in Euangelijs positas vni personæ tribuunt? An non ideo, quia nouo more duos inducis filios? Nam quomodo vnus iam Dominus, & Christus & filius erit, si vtrique sua persona est & ratio, atque etiam hypostasis, ad diuersitatem secedens, & rem veræ vnionis recusans, & quæ omnino cũ altera conuenire non possit? Quodq. vix credibile est, & eius blasphemiarum turpitudinem prodit, cõmunia dicit esse hæc nomina, Filius inquam, & Christus, & Dominus. quæ si ita communia dicit, vt vni Christo, & quibusdam præter ipsum alijs conueniant, non absurda eius erit oratio. Sin imperite disiungit, putatq. ea conuenire & ipsi Verbo priuatim, & illi ex muliere filio; duo plane rursum & citra dubitationem erunt Christi, & filij, & Domini. Dixit enim Christi nomen nonnumquam de ipsa diuinitate, nonnumquam de humanitate, aut etiam de vtroque intelligendum. In vniuersum autem nihil diuidentem iuuerit eiusdem nominis æquiuocatio in hoc, vt vnus Christus intelligatur, & filius, & Dominus, etiam si ipsæ hypostases inuicem seiunctæ non sint, ac personæ propria diuersitate distinctæ. Vt enim suæ nobis imperitiæ vim ostendat, adiungit & ait.

HISTORICE. *Vbi igitur sacræ litteræ vel natiuitatem Christi de beata Virgine exponunt, vel mortem, nusquam ponunt Deum, sed vel Christum, vel Filium, vel Dominum, nam hæc tria duas naturas significant, nunc hanc, nunc illam; nunc & hanc & illam. verbi gratia, cum illam è cælo natiuitatem Scriptura nobis exponit, quid ait? Misit Deus Filium suum, non ait, Misit Deus Deum Verbum, sed nomen sumit quod duas naturas indicat. nam quia filius homo est ac Deus, inquit, Misit filium suum natum ex muliere; vt cum audieris, natum ex muliere, continuo videas præpositum nomen quod duas naturas indicat, vt natiuitatem ex beata Virgine filij esse dicas, nam Dei filium genuit etiam illa Christi genitrix virgo. Sed quia Dei filius duplex est secundum naturas, genuit illa quidem filium Dei, sed genuit humanitatem, quæ est filius propter coniunctum sibi filium.*

Galat.4.4.4

non genuit

CYRILLI CAP. 11. At nos certe, ò vir optime, qui tuis nugis meliora sentire decreuimus, & diuinarum litterarum propositum perueſtigamus, quæ dicunt vnũ Patrem & Deum ex quo omnia, & vnum Dominum IESVM Christum, per quem omnia vt essent producta sunt, cum audimus ex sancta Virgine natum esse Christum, illico prudenter admodum & recto ad veritatem itinere properantes, illud ex Deo Patre natum Verbum hominem factum dicimus, & vnitum carni secundum hypostasim, & natum secundum carnem, & tuas in hac re præstigias nullo modo patiemur: sed vni & soli secundum naturam Filio Christi nomen tribuemus, & quidem iure, cùm illa per sanctam Virginem editio, generatio nuncupetur. Communia namque sunt illi cum alijs quoque,

2.Cor.5.4.6

A νον· ἀλλώσῃ δὴ οὖν οὐδὲ εἰδὼς ἃ λέγῃς. Αἰτᾶ δὲ αὖθ' ὅτου τοὺς ἐν προσώπῳ προσιμοντας τὰς ἐν ταῖς Εὐαγγελίοις φωνάς; ἆρ' οὐχὶ δύο καινοτομῶν ἡμᾶς; πῶς γὰρ ἔτι κύριος εἷς, καὶ Χριστὸς, καὶ υἱὸς, ἡ προσωπον ἰδικὸν ἑκατέρῳ, καὶ λόγος, ἐ μὴν ἐ ὑπόστασις, ἀναχωροῦσα πρὸς ἑτερότητα. καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως χρῆμα παραιτουμένη, καὶ τὸ ἀσύμβατον ὁλοτρόπως ἔχουσα πρὸς τὸν ἕτερον; καὶ τί γε περιττὸν καὶ τῶν αὐτῷ δυσφημιῶν ἀποφαίνου τὸν βδελυρίαν· καινὰ φησὶν εἶναι τὰ ὀνόματα, τὸν υἱὸν φημὶ καὶ Χριστὸν καὶ κύριον· καὶ οἱ μὲν εἶναι καινὰ φησὶν ὡς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τισὶ παρ' αὐτὸν ἑτέροις, ἔχοι δ' ἂν οὕτως ὁ λόγος αὐτῷ· οἱ δ' ἄλλοι πάντως ἁπλῶς, εἴτουν τι πρὸς αὐτὰ καὶ ἰδικῶς τῷ λόγῳ, καὶ μὲν τῷ ἐκ γυναικὸς, δύο που πάντως πάλιν καὶ ἀσυμφιλόγως Χριστὸν, ἔ υἱὸν, καὶ κύριον· ἔφη γὰρ, ὅτι τὸ, Χριστὸν ὀνομα, τοῦτο μὲν θεῖον ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτῆς, τοῦτο δ' ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος, ἡ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν· ὑπῆρξεν δ' ἂν ἡ ὁμωνυμία τὸ σύμπαν, ἰδίαν, εἰς μὲ τὸ δεῖν ἴσα νοεῖσθαι Χριστὸν, ἔ υἱὸν, ἐ κύριον, τίμιον ἂν ἦν τοῦ, καὶ αὐτὰς ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις ἀποφαίνειν· ἐ εἰς ἰδικὴν ἑτερότητα τῶν προσώπων διεσκαλμένων. ἐμφανὴ γὰρ ὥσπερ ἡμῖν καθίστας τῆς ἑνώσεως αὐτῷ δυσμαθίας τὸν ὠιάμην, προσεπέχῃ, καὶ φησὶν.

Ὅταν οὖν ἡ θεία γραφὴ μέλλῃ λέγειν, ἢ γέγονεν ὁ Χριστὸς τὸν ἐκ τῆς μακαρίας παρθένου, ἢ θανάτου, οὐδαμοῦ φαίνεται ἁπλῶς, θεὸς, ἀλλ' ἢ Χριστὸς, ἢ υἱὸς, ἢ κύριος. ἐπειδὴ τοίνυν τὰ τρία τῶν δύο φύσεων ἐστὶ σημαντικά. τοῦτο μὲν, ταύτης, τοῦτο δ' ἑκάστης· τοῦτο δ' ἀμφοτέρας· οἷόν τι λέγω, ὅταν τὸν ἐξ ὑφαντῆς γέγονεν ἡμῖν ἡ γραφὴ διηγῆται, τί λέγει; ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. οὐκ εἶπεν ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν θεὸν λόγον· ἀλλὰ λαμβάνει τὸ ὄνομα τὸ μέσον τὰς φύσεις τὰς δύο. ἐπειδὴ γὰρ ὁ υἱὸς ἄνθρωπός ἐστι καὶ θεὸς, λέγει, ἐξαπέστειλεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός· ἵνα ὅταν ἀκούσῃς τὸ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, εἶτα ἴδῃς τὸ ὄνομα προκείμενον τὸ μέσον τὰς φύσεις τὰς δύο, ἵνα τῷ γέγονεν τῷ ἐκ τῆς μακαρίας παρθένου, ὁσοῦ μὲν, καλῶς· ὑὸν γὰρ ἐγέννησεν θεοῦ ἡ χριστοτόκος παρθένος. ἀλλ' ἐπειδή περ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ διπλοῦς ἐστι τὰς φύσεις· ἐγέννησεν μὲν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐγέννησε τῷ ἀνθρωπότητα, ἥ τις ἐστὶν υἱὸς, ἀφ' ὧν πεπονθέναι τὸν υἱόν.

Ἀλλ' ἡμεῖς γε ὦ τὰν, οἱ τῶν σῶν περιεσμάτων τὰ ἀμείνω φρονεῖν ἐγνωκότες· ἐ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἐκπαλαιοῦντες τὸν κόσμον, ἕνα λεγούσης τὸν πατέρα καὶ θεὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἐ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη εἰς ὑπόστασιν, ὅταν ἀκούσωμεν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννῆσθαι Χριστὸν, τότε δὴ τότε ἐ μάλα ἐμφρόνως, καὶ καθ' ὁδὸν τὴν ἀληθείας ἰόντας σπεδάζοντες, τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς φύντα λόγον, ἐνανθρωπῆσαί τε φαμὲν, καὶ ἑνωθῆναι σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν, γεννηθῆναί τε κατὰ σάρκα· καὶ τῆς σῆς εἰς τόπον περιφερείας ἐκ αἰτιώμεθα· ἐπὶ δὲ καὶ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν ἡμῖν, τὸ, Χριστὸς ὄνομα προσπεμπόμεν, ἑνότητος γεννήσεως ὀνομαζομένης, τῆς ἀφ' ἁγίας παρθένου. καινὰ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτῷ καὶ ἑτέραις εἶναι ἐκ τὰ

B

C

D

E

vt

παιδὸς

τριάδε τῶν ὀνομάτων ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ υἱοὶ A
κῆ κλέος, ἓ φησὶ ἓ κύριοι, ἴν τι σύεχουῶ, ἓ ὅτι τῆς
γῆς, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν γράφει Παῦλος.
πολλὰ ὡς ἐν μεθέξει τοῦ κῦ φύσιν, καὶ κῦ μίμησιν.
τὸ δέ γε Χριστὸς ὄνομά τι ἓ ῥῆμα, πρέπει αὖ, κατ' ἰδέαν τρόπον τῷ ἐκ πατρὸς ὄντι λόγῳ γυμνῷ· καὶ
καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἔξω σαρκὸς πρὸς ἡμῶν νοουμένῳ. εἰ
δ' ἢ λίποιτο κενῶσαί τι ἑαυτὸν, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου
καθηκέσθαι μορφῇ, καὶ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι διὰ τὴν
σάρκα, κεκλῆσθαι καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεχρίσθαι,
χριστὸς· οὐ γὰρ κέχρισται κατ' ἰδίαν φύσιν υἱὸς ὢν ὁ
λόγος· γέγονε δ' μᾶλλον ἡ χρῖσις αὐτῷ περὶ τὸ ἀν- B
θρώπινον. οὕτω τοιγαροῦν πρεσβευθέντος ἐκείνου περὶ οὗ γέγονεν ἡ χρῖσις· αὐτὸς γὰρ ἡ ἐναν θρώπησις,
περὶ ὃν ἡ χρῖσις· ὅταν ἡμῖν ὀνομάζηται Χριστὸς, οὐ
κῦ γε τὴν σὴν ἀθυροστομίαν, ἄνθρωπον ἁπλῶς ὑποπτήσαμεν, διῃρημένον τοῦ λόγου, καὶ αὐὰ μέρος κείμενον, ἐκ τῆς ἁγίας πεπίστευται παρθένου, ἀλλ' αὐτὸν ὡς
ἔφλυ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἐνωθέντα σαρκὶ, καὶ
τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως κεχρισμένον ἀνθρωπίνως περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. ὅπ ἓ γέγονε τῷ θεῷ
λόγῳ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἡ χρῖσις, ὅτι πέφυκε καθ' ἡ- C
μᾶς, ἱερὸν ἡμᾶς πεπώσται χρᾶμα· ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος Ιακὼβ, τῆς τοῦ πατρὸς ἀπαύρων ἑστίας, εἰς τὸν τῶ
πατριμῶν ὑπήντησε μέσον, ᾗ πρὸς Λάβαν ἦλθε τὸν τοῦ
Βαθουὴλ· εὑρὼν ἓ τῶν διὰ μέσου χωρίων ἐμβεβληκὼς κατυλίζετο. ᾗ δὴ ᾗ λίθῳ τὸν κεφαλὸν ὑποκλίνας, τὸν ὕπνον εἰσδέχεται κλίμακά τι πηξάμενος, τὸν ἐκ γῆς ἄνω διήκουσαν εἰς τὸν οὐρανόν· ἀναβαίνοντάς τε καταβαίνοντας δι' αὐτῆς τοὺς ἀγγέλους, ἐπερειδόμενον ἓ τὸν κύριον ἐπ' αὐτῆς, θαῦμα
μὲν τῶν ὁρώντων ἐπιέσαι πολύ· λαβὼν ἓ τὸν λίθον, ἔστησεν αὐτὸν σταλὸν, καὶ ἐπέχεεν ἔλαιον ὅπὶ τὸ ἄκρον
αὐτῆς. ἄθρει δὴ ὡ τύπις τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν
Χριστὸν· τὸν ἕνα ἓ μόνον καὶ ἀληθῶς υἱὸν, ὡς λίθον ἀναστηλούμενον. ἓ γὰ ἐστι λίθος ἐκλεκτὸς, ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος, εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν πεφυκὼς ὡσαὐτῶς θεοῦ καὶ πατρός. ἄθρει δέ μοι πρὸς τούτῳ ἓ τίνα κεχρίσται τρόπον· ἃ γὰ ὅλον
ὁ κατὰχυ- ὅλῳ τῷ ἐλαίῳ κατεπόδυσε τὸν λίθον ὁ θεσπέσιος Ιακὼβ· ἐπέχεε ἓ μᾶλλον ὅπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. σύκουν, ἴν οὕτως εἴπωμεν, ἐχ ἅπας, οὐπὶ μέν ἢ λόγος ἐστὶν ἑμοούσιος, εἰς ἰδίαν αὐτὸς κεχρίσθαι φύσιν· πῶς γὰρ
ἂν νοοῖτο μεταχρικῶς τοῦ ἰδίου πνεύματος χρίεσθαι ἓ μᾶλλον ὡς ἔφλυ ὅπὶ τὸ ἄκρον, τουτέστιν ἐξωφανῶς, καὶ οἷον ἐπιμέρει καὶ ἄκρῳ τῷ καθ' ἕνωσιν τῷ ἀληθινῷ ἰδίῳ σώματι· καὶ ὥσπερ λέγεται παθεῖν σαρκὶ ἀνθρώπινος· καίτοι τῇ φύσιν ὑπάρχων ἀπαθὴς ὡς θεός· οὕτω νοεῖται κεχρισμένος κῦ γε τὸ ἀνθρώπινον· καίτοι χρίων αὐτὸς τῷ ἰδίῳ πνεύματι τοὺς, οἷς ἂν πρέπῃ μεταλαχεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.

vt dixi, eiuſmodi nomina. Multi namque filij ſecundum gratiam, & dij, & domini in cælo & in terra, vt beatus Paulus ſcribit, ſed eius participatione atque imitatione, qui ſecundum naturã eiuſmodi eſt. At vero Chriſti nomen ac res, Verbo illi ex Patre exiſtenti, ac nudo & ſeorſim & extra carnem conſiderato, nullo modo conuenit. Quòd ſi dicitur ſeipſum exinaniſſe, & in ſerui forma deſcendiſſe, & factum fuiſſe noſtri ſimile propter carnem, ipſum quoque quatenus vnctum eſt, Chriſtus vocabitur. non enim Verbum, quod Deus erat, ſecundum ſuam naturam eſt vnctum, ſed ipſius vnctio potius in hominis natura fuit. Sic igitur illo antegreſſo in quo vnctio facta eſt (nam eius propria humanitas eſt in qua fuit vnctio) cum Chriſtum illum appellamus, non vt tu effrenate loqueris, communem hominem à Verbo diuiſum, & ſeorſim poſitum ex ſancta Virgine editum putamus, ſed ipſum, vt dixi, ex Deo Patre Verbum, vnitum carni, & oleo exultationis à Deo & Patre vnctum humanitus. Porro Dei Verbi vnctionem in humanitate factam fuiſſe, quo tempore ſimilis nobis apparuit, ſacræ litteræ nobis oſtendent. Cum enim beatus Iacob paterna domo cedens in Meſopotamiam pergeret, & ad Laban contenderet Bathuelis filium, in locum quemdam interiectum peruenit, ibiq. diuerſatus, in ſuppoſitum lapidem inclinauit caput, & ſomnum cepit; ac per quietem cum ſibi ſcalam videre viſus eſſet de terris ad cælum pertingentem, Angelos præterea per eam aſcendentes ac deſcendentes, innixumq. ſuper ea Dominum, admodum viſionem eſt admiratus, & acceptum lapidem pro titulo ſtatuit, & in eius extremum infudit oleum. Iam in his conſidera Dominum noſtrum IESVM Chriſtum illum vnum & ſolum & vere Filium quaſi lapidem erectum in titulum. is enim eſt lapis electus, angularis, pretioſus, in caput anguli, & à Deo & Patre in fundamenta Sion poſitus. Ad hæc, modum etiam velim inſpicias, quo ſit vnctus. non enim oleo totum vndique lapidem beatus Iacob irrigauit, ſed in illius extremum infudit. Igitur, vt ita dicamus, non totus ille vnigenitus, neque in ſua ipſe natura qua Verbum eſt, vnctus eſt (nam quomodo ſuus illi ſpiritus impertitus intelligi poſſit?) ſed potius, vt dixi, in extremo vngitur, hoc eſt exterius, & tamquam in parte atque extremo, nimirum in ſuo per veram vnionem corpore. & ſicut paſſus eſſe carne dicitur humanitus, quamuis per naturam vt Deus eſſet impaſſibilis; ita intelligitur vnctus ſecundum humanitatem, licet vngat ipſe ſuo ſpiritu quos ipſius ſanctitatem participare decet. Ita nos & ſentire ſtatuimus, & recte ingredi conſueuimus, vt regia rectaq. via tendamus. Ipſe vero cum eiuſmodi nomina duas naturas ſignificare dicat, alterutri quod ſibi placuit pro ſuo arbitrio tribuit, & do humilibus verbis ad carnis diſpenſationẽ pertinentibus erubeſcit. & quamuis beatum Paulum audiat

Genes. 28.

Eſa. 28.

1. Petr. 4.

Αλλ' ἡμεῖς μὲν ὧδέ τι φρονεῖν ἐγνώκαμεν, καὶ ὀρθοποδεῖν εἰθίσμεθα, τῷ βασιλικῷ τε καὶ ἀδιαφθόρῳ ἐρχόμενοι τρίβῳ. σημαντικὰ ἓ λέγων αὐτὸς τὰ δύο φύσεων τὰ τοιάδε τῶν ὀνομάτων, ἑκατέρᾳ τὸ θεοπρεπὲς ἀπονέμει μετ' ἐξουσίας· καὶ τὸ μέτριον εἰς λόγους τοῦ μὴ σαρκὸς εἰκότως ἀφυσιοῦται· καὶ ἀκούσῃ λέγοντος τοῦ μακαρίου Παύ-

Galat.4.a 4 audiat dicentem, Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege; Apage, inquit, ne Verbum ex Deo natum esse missum putes. non enim ex muliere factū est, non factum sub lege.] Atque vt ostendamus quod dicimus non vanum esse figmentum, sed ipsius nos vti vocibus, ipsa iam rursus eius verba in medium afferam.

NESTORIVS. *Misit enim, inquit, Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Hoc loco indicat quidem duas naturas, sed id dicit quod humanitati conuenit. alioqui roga contentiosum hominem, quisnam factus est sub lege? ille ne Deus Verbum?*

CYRILLI CAP. III. Iam vero quomodo non sit plane stupidus, qui res adeo claras, & omnibus notas, & ab omni dubitatione alienas, quod ad ipsum attinet, conatur euertere? Quem nobis Pater de cælo misit saluatorem ac redemptorem? nonne ipsum Verbum de sua essentia natum? Quis nam ille est qui descendit & ascendit super cælos, vt impleret Ephes.4. omnia? num hoc ipsum posse omnia implere, nostræ esse opus naturæ putas, & humanitatis mensuræ tribuis? de quo nā scripsit beatus Ioan.3. Ioannes: Qui desursum vēnit, supra omnia est? An ipsum quoque mentiri fortasse putandum est, Ioan 8. cum Iudæorum populos obiurgans dicit: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum? & rursum: Ibid. Ego non sum de hoc mundo. Nam si homo esset ex muliere vti cuilibet aliorum simile, ac non potius incarnatum & in humana forma conspectum illud desursum & ex Deo Patre Verbum, quomodo desursum idem & de cælo intelligeretur? quomodo supra omnia & non de mundo, quamuis propter carnem pars esset mundi, & quantum dicere fas est, ex mensura quæ humanitati conuenit, sub Deo factū cum omnibus? Hac ratione etiam Deum suum appellabat ipsum Psal.21. Patrem, quamuis ipse quoque ex natura Deus Ioan.20. esset, & ex eius substantia Filius vnigenitus extitisset. De quo nam ergo dicit beatus Dauid: Mi- Psal.106. sit verbum suum, & sanauit eos? Saluauit enim Esai.63. nos non legatus, non angelus, sed ipse Dominus, secundum Scripturas. Esto, inquit, Verbum quod omnia potest implere, missum est: sed quomodo? vbi enim non illud esse dicemus? aut quo mittetur? Insimulabis igitur Moysen illum sapientissimum, quasi non mediocri iniuria Dei gloriam afficerit. dixit enim: Descendit Deus Exod.19. ignis specie in montem Sina. & quamuis beatum Dauid audias dicere omnium præpotenti Psal.103. Deo: Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ; fortasse non credes, & hominem Dei spiritu plenum mentiri putabis. neque enim Deus migrando mouetur, neque de loco ad locum transit, perinde ac si non ei proprium sit in omnibus esse, & omnia complere. Hæc tecum ipse vicissim cogitabis, & à vera sententia discedes, tibi ipsi & quidem soli obsequi certus. Sed in meliori esses vtique sententia si illud cogitares, omnem à nobis de Deo sermonem haberi quidem humano more, sic tamen intelligi,

A Αλλ' ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν ἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἄπαγέ φησι, μὴ τὸν ἐκ θεοῦ φύντα λόγον ἀπεσταλθαι νομίσῃς· ἦ γὰρ γέγονεν ἐκ γυναικὸς· ἦ γέγονεν ὑπὸ νόμον· ὅπη γὰρ ἡ φύραχισμὸς εἰκαῖος τὰ παρ' ἡμῶν· κεχρήμεθα δὲ μᾶλλον τῇς αὐτοῦ φωνῇς, αὐτὰ δὴ πάλιν εἰς μέσον οἴσω τὰ εἰρημένα.

Ἐξαπέστειλε γὰρ φησιν, ὁ θεὸς τὸν ἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. ἑστηκότι μοι μένει μὲν τὰς δύο φύσεις· τὸ συμβαῖνον δ' ὡς ἐπὶ τὴν αὐ- συμῶ θρωπότητα, λέγε· ἐπεὶ ἀπαίτησον τὸν Φιλόνικον, τίς ἐγένετο ὑπὸ νόμον; ὁ θεῖος λόγος;

B Εἶτα πῶς ἂν ἐμβρόντητος ἀληθῶς εἴη καὶ, τὰ οὕτω σαφῆ καὶ ἅπασιν ἐγνωσμένα, ἐξ αἰσχροφιλόνικος ἔχοντα, τρέπειν εἰς αὖθις αἰσχρὸν ἐπιχειρῶν; τίνα πέπομφεν ἡμῖν ἐξ οὐρανῶν ὁ πατὴρ, σωτῆρα καὶ λυτρωτήν; ἢ τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ φύντα λόγον; τίς ἐστιν ὁ καταβὰς ἐξ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα; ἆρα τὸ πάντα δύνασθαι πληρεῖν, τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως ἔργον εἶναι φῂς, καὶ τῆς τῆς ἀνθρωπότητος αἰσχύνης μέτροις; ὦ πῖνος γέγραφεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν; ἢ τάχα που καὶ αὐτὸς ψεύδομυθήσειν αὖ τοῖς ἰουδαίων δήμοις ὀπτιμῶν τι, καὶ λέγων· ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ· ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί; καὶ πάλιν· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς καθ' ἕνα τῶν ἄλλων, καὶ ἐκ δὴ μᾶλλον σεσαρκωμένος, ἐν ἀνθρωπίᾳ μορφῇ πεφηνὼς, ὁ ἄνωθέν τε, καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, πῶς οὐ νοεῖτε; ἐν ἀνθρωπίνῃ γὰρ ἐξ ὑψηλοῦ; πῶς ἐπάνω πάντων ἐν οὐκ ἀπὸ γῆς ὢν κόσμου; καί τι κόσμου μέρος ὑπάρχων διὰ τὴν σάρκα, καὶ ὅσον ἦκεν εἰπεῖν κατ' αὐτὸ τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι μέτρον, μείζων ὡς πάντων ὑπὸ θεοῦ. πάντη τοι, ἐν θεὸν ἑαυτοῦ καταονόμαζε τὸν πατέρα· καὶ τί φύσει ἐν αὐτῷ ὑπάρχων θεὸς, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πεφηνὼς ὡς μονογενής. ὦ τίνος ἄρα φησὶν ὁ μακάριος Δαυὶδ, ἐξαπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτούς; σέσωκε γὰρ ἡμᾶς, ἀ πρεσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος καὶ τὰς ψυχάς. Ἀλλὰ καὶ φησὶν ὁ πάντα πληρεῖν δυνάμενος θεὸς λόγος ἀπέσταλται. πῶς τρόπον; πού γὰρ οὐκ εἶναι φαμὲν αὐτόν; ἢ ἐν ὅτῳ πεμφθήσεται; καταγροῦστος οὖν ἄρα ἐν ὁ παντόφρων Μωσέως, ὡς τὸν ἀπερρήτου θεοῦ δόξαν ἀμετρίως ἠδικηκὼς· ἔφη γὰρ, ὅτι κατεβέβηκεν ὁ θεὸς εἰδέα πυρὸς ὄπι τοῦ ὄρους Σινᾶ. καὶ ἀκούσῃς λέγοντος ὁμακαρίου Δαυὶδ ὡς τὸν τῶ ὅλων κραταιὸν θεὸν· ἐξαπεστάλης τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· ἀπόστολός τοι που, καὶ ψεύδηγορεῖν εἰκὸς τὸν πολυμετρόφορον; ἀ γὰρ τὴν κίνησιν μεταβατικὴν πεπίστευται τὸ θεῖον· ἐν αὖ ἐκ τόπου ὡς τόπον μεχωρήσειν αὖ, ὡς ἐκ ἐνὸν αὐτῷ τὸ ἐν πᾶσιν εἶναι καὶ τὰ πάντα πληροῦν. ταῦτά που ἐν ἑαυτῷ· λοιπὸν ὅ πάλιν, καὶ τῶν ἀληθῶν ἀπαναισήτῳ δογμάτων, σαυτῷ τι ἐν μόνῳ καταγελᾶσθαι ἠρημένος· ἀλλ' ἦθά που πάντως ἐν ἀμείνοσιν ἐννοίαις ἐκεῖνο διενθυμούμενος· ὡς ἅπας ἡμῖν ὁ περὶ θεοῦ λόγος, πεπίστευται μὲν ἀνθρωπίνως

ρεῖται

νοεῖτω μεμιλῶ, ὡς αὐ αὐτῷ καὶ μόνῳ πρέπει· πεφρύβηκε δ' ἀ μετρίως αὐτὸν τὸ, ὑπὸ νόμον λέγεσθαι τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι λόγον. ἀλλ' οὐδὲν ἐν τούτῳ τὸ δεινόν· μεμένηκε γὰρ ὁ ἦν· νομοθέτης δηλονότι καὶ θεός· καὶ εἰ μὲν ἦν γέγονεν ἄνθρωπος, ἦ γέγονεν ὑπὸ νόμον· ἐπεὶ δὲ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι πεταπείνωκεν ἑαυτὸν, ὁ κατ' Φύσιν ἰδίαν ὢν του καὶ ὑψηλός· εἶτα γέγονε καθ' ἡμᾶς, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν· καὶ πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσεν διὰ τὸ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, πῶς οὐκ αὐ λέγοιτο μεθ' ἡμῶν γενέσθαι καὶ ὑπὸ νόμον; ἢ γὰρ ἂ λογιζόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς, τὸ τῆς ἀνθρώπου Φύσεως ὁρίζεσθαι μέτρον, ὡς ἐν γε τῷ δεῖν καὶ ὑποκεῖσθαι νόμῳ; τὸ γὰρ ἄφετόν τι, καὶ ὑπὲρ νόμον, Φύσει τι ἐλεύθερον εἴη αὐ ἕτερον ἂ δεῖν, πλὴν ὅτι τὸ θεῖον· ὁπόσον ὅτι γέγονε σὰρξ, τόσον γέγονε καὶ ὑπὸ νόμον· συνεπίλαβε γὰρ τῆς δασμολογεῖσθαι τὸ δίδραχμον· καί τι κατὰ Φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερος ὢν, ὡς θεὸς καὶ υἱὸς, καὶ ὅτι γέγονε σὰρξ. εἰ δέ σοι δοκεῖ τὸν ἕνα τέμνειν εἰς δύο, καὶ ἰδικῶς ἡμῖν ἄνθρωπον δοξάζειν τὸν ἐκ γυναικὸς πῶς αὐ λέγειτο γενέσθαι καὶ ὑπὸ νόμον, ὁ τῆς ὑπὸ νόμον Φύσεως ὤν; οὐ γὰρ τι τὸ ἔχον, τὸ δεῖν ὑποκεῖσθαι νόμῳ, γένοιτ' αὖ ὑπὸ νόμου, ἀλλὰ τὸ Φύσιν ἔχον τῶν ὑπὲρ νόμον, καὶ ἔξω νόμου. μόνη γὰρ ὡς ἐφῶ ἐστιν, ἡ θεία τε καὶ ὑπερτάτη Φύσις, καὶ νόμων ἐπέκεινα, καὶ μέν τι καὶ ἐλεύθερα· καὶ τὸν ὑπ' αὐτὴν ἔχουσα παντελῶς οὐδένα, κατάρχουσι δὲ μᾶλλον αὐτὴ τῶν ὅλων, καὶ πᾶσι τὸν ἑαυτῆς ὑποτιθεῖσι ζυγόν. ὁ δὲ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος διημαρτηκὼς, δυσσεβείας εἰς τοῦτο κατώλισθεν ἐννοιῶν, καὶ εἰς ἄκρον ἥκει σκαιότητος, ὥστε γε τοῦ διαιρεῖν εἰς δύο τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς αὐτοστόλως εἰπεῖν, μὴ τὸ θεῖον ἀληθῶς, μὴ τὸ μὲν υἱὸν εἶναι κατὰ Φύσιν τὸν Ἐμμανουὴλ· ὠνομάσθαι δὲ οὕτω Χριστὸν καὶ ἅγιον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἑτεροί τινες τῶν καθ' ἡμᾶς· ἤγουν τῶν λελατρευκότων τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν· ἔφη γὰρ οὕτω πάλιν.

Ἀλλ' ὥσπερ λέγομεν θεὸν τὸν πάντων δημιουργὸν, καὶ θεὸν τὸν Μωσέα· θεὸν γὰρ ὅπου πεφηνά σε τοῦ Φαραὼ, & υἱὸν τὸν Ἰσραὴλ ὅ θεοῦ, υἱὸς γὰρ ὅπου πρωτοτόκωμα Ἰσραὴλ· ἢ ὥσπερ λέγομεν Χριστὸν τὸν Σαοὺλ· ὃ μὴ γὰρ ὅπου ἐπιβαλῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστὶ· καὶ Κύριον ἑαυτοῦ, τάδε λέγῃ κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ· ἢ τὸν Βαβυλώνιον ἅγιον. ἐγὼ γὰρ ὅπου ἁγιάσω αὐτούς. οὕτω λέγομεν & τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ θεὸν & υἱὸν ἢ ἅγιον. ἀλλ' ἡ μὲν κοινωνία τῶν ὀνομάτων, ὁμοία· οὐχ ἡ αὐτὴ δ' ἀξία.

Τί φῄς; ποῖον ἐρεύγῃ λόγον ἀπὸ καρδίας τῆς σῆς, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος κυρίου κατὰ τὸ γεγραμμένον; οὐδεὶς λέγῃ ἀνάθεμα Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν βεελζεβούλ· ὡς αὐ νοεῖτο τυχὸν, ἢ λέγειτο ὡσεὶς ἡμῶν θεὸς ὁ Μωσῆς, οὕτω & ὁ Χριστός; καθ' ὁμοιότητα ἢ τὴν ὡσεὶς γε τὸν Ἰσραὴλ εἴη αὐ & ἡμῖν εἰπεῖν μοι; ὦ τῆς δυσσεβείας ὡ λόγων ἠφανισμένων τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ παῤῥησίας δέξῃ· ὦ δυσμαθίας ἀκράτου. καὶ πάντα νικῶ-

gi, vt illi soli conuenit. Sed illum non leuiter conturbauit, quòd Dei Patris Verbum sub lege factum esse dicitur: nullus tamen est in hac re metuendi locus, nam permansit quod erat, legislator inquam & Deus. Ac si non factus esset homo, neque etiam sub lege factus fuisset. Sed quia verum est seipsum humiliasse, qui ex natura sua sursum erat ac sublimis, & præterea factum esse nostri similem, qui supra omnem creaturam erat, & cum diues esset, pauperem factum esse in eo quod est factus similis nostri, quomodo nefas sit cum dicere, factum esse nobiscum ac sub lege? quid enim? an non recte sentimus cum humanæ naturæ mensuram putamus eo definiri, quòd sit legi subiecta? nam illa soluta & supra legem essentia, & ex natura ac vere libera, nihil aliud esse potest nisi Deus. ergo quum Verbum factum est caro, tum quoque sub lege factum est. nam vna cum his qui tributũ pendebant, didrachma persoluit, quamuis ex sua natura liber esset, vtpote Deus ac filius, etiam eo tempore quo factus est caro. Sin tibi placet vnum in duo diuidere, & eum qui est ex muliere, seorsim hominem pronuntiare, quo nam is modo sub lege factus dicetur, qui naturæ sit sub lege positæ? Non enim quod iam est legi subditum, id fieri sub lege potest, sed id quod naturam habet lege superiorem, & extra legem. Sola est enim, vt dixi, illa diuina supremaq. natura & vltra legem, & præterea libera, & quæ sibi præfectum habeat prorsus neminem, sed ipsa sit potius vniuersorum domina, & omnibus rebus suæ dominationis iugum imponat. Sed iste vir à recta ratiocinandi via cum aberrarit, in eam est delapsus cogitationum impietatem, & vsque adeo ad summas peruenit ineptias ex eo quod vnum Dominum IESVM Christum in duo diuidit, vt audacter dixerit ipsum Emmanuelem neque vere Deum esse, neque præterea secundum naturam filium: sic vero appellatum Christum & sanctum, vt alij quoque nonnulli nostri similes, aut impurorum dæmonum cultores. Sic namque rursus dixit.

Sed sicut dicimus Deum illum omnium conditorem, & Deum ipsum Moysen: Deum enim, inquit, posui te Pharaoni. & ipsum Israel filium Dei: Filius, inquit, primogenitus meus Israel. vt etiam Saul ipsum dicimus Christum: Minime, inquit, extendam manum meã in eum, quia Christus Domini est. & Cyrum similiter: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro. & ipsum Babylonium sanctum: Ego, inquit, præcipio eis; sic dicimus ipsum quoque Dominum Christum, & Deum, & filium, & sanctum. Sed quamuis eadem sit communio nominum, non tamen est eadem dignitas. NESTORIVS. *Exod. 7. Exod. 4. 1. Reg. 24. Esai. 45. Esai. 13. Ieremi.*

Quid dicis? qualem sermonem eructas de corde tuo, non ab ore Domini, vt scriptum est? Nemo dicit, anathema IESVM, nisi in Beelzebub. Vt intelligitur, verbi gratia, aut dicitur à nobis Deus ipse Moyses, sic etiam Christus? ita ne, dic mihi, ad similitudinem Israelis est etiam filius? O summam impietatem, ò verba quæ nec ipsius Saluatoris nostri gloriam deprimere verentur: ò effrenatam imperitiam & tantam, vt mini-

CYRILLI CAP. IV. *Ieremi. 23.*

minime reformidet aduersus Ecclesiæ dogmata impie & audacter insurgere. Psallat nunc quoque beatus Dauid: Inimici Domini mentiti sunt ei. Nam beatus Moyses homo erat, ex natura similis nobis, nihil præterea. Quia vero dicente Deo: Veni, mittam te ad Pharaonem regem Aegypti, & educes filios Israel de terra Aegypti; pro recusandi occasione exiguitatem vocis obtendit, causatus quòd minime esset eloquens ab heri & nudius tertius, ideo Deum dicentem audiuit: Ecce dedi te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit tibi interpres. Infirma namque est lex ad quempiam à diaboli seruitute liberandum. Sed id quoque mediatore Christo perfectum est, quemadmodum scilicet eo tempore in Aegypto cùm beato Moysi ipse Aaron fuisset adiunctus, Israel est à seruitute liberatus. Sed quia successu temporum futurum erat vt Christus etiam sub lege fieret, vtpote nostri similis & homo, ideo post Moysen secundo loco positus est Aaron. Atque hæc est quidem ratio mysterij. Sed tamen si quis velit illud quoque dicere, Moysen illum magnum virum hac Dei appellatione fuisse honoratum, iuxta commune illud, & ex gratia atque magnificentia Dei in nos dictum: Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes; num etiam hoc modo Christus est Deus? Iam vero quomodo id non sit insania, & inane stultæ mentis excrementũ? Ille enim, vt iam dixi, nuda & simplici est honestatus appellatione, cum homo ex natura esset; sed hic est vere Deus (nam Deus erat Verbum) in humana forma præstantiam suæ naturæ qua cunctis excellit, integram seruans. neque enim natura diuina ex eo quod descendit ad communionem carnis & sanguinis, in peius vmquam peruerti potest. itaque etiam cum homo apparuit, vt Deus tamen agnoscitur, eiusq. rei perspicua sunt argumenta in Euangelijs de eo scripta. Dixit enim beatus Ioannes: Cum vero esset Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius signa quæ faciebat: ipse vero IESVS non credebat seipsum illis, quia ipse sciebat omnia, & quia non opus habebat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Atqui inspicere posse cor hominis, & occulta scire, nõ vlli homini qui sit nostri similis conuenit, neque vero vlli alteri creaturæ, sed illi soli qui etiam fingere dicitur singillatim corda nostra. Hoc si ita est, quonam modo sola ac simplici appellatione honoratus est Emmanuel, vt perinde ac Moyses appelletur Deus, & non potius id vere sit quod esse dicitur? Rursum de eo scribit in hunc modum Ioannes: Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, & non ad mensuram dat spiritum. Intelligis igitur quemadmodum verba Dei loquatur, quamuis homo perinde ac nos videatur? nam soli & secundum naturam ac vere Deo tamquam eximiũ supra omnia creata conuenit etiã verbo posse perficere quod ei placuerit, & sancti Spiritus participes efficere homines fide iustificatos.

Psal. 80.

Exod. 7.

Ibid.

Psal. 81.

Psal. 32.

Ioan. 2.

Ioan. 3.

Porro

A σης ἔχνος τὸν ὀφθὲν τὸ χεῖλος φημὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀσεβῶς καταθρασύνεσθαι. ψαλλέτω γοῦν ὁ μακάριος Δαυὶδ· οἱ ἐχθροὶ κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεράπων, ἄνθρωπος ὢν καθ' ἡμᾶς τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον οὐδέν· ἐπειδὴ δὲ θεὸν λέγοντος, δεῦρο ἀποστέλλω σε πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ ἐξάξεις τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, παραιτήσεως ἀφορμὰς ἐποιεῖτο, τὴν ἰσχνομυθίαν, καὶ τὸ μὴ εὔλαλος εἶναι, πρὸ τῆς χθὲς, καὶ πρὸ τῆς τρίτης, ἤκουσε θεὸν λέγοντος· ἰδοὺ δέδωκά σε θεὸν Φαραώ· καὶ Ααρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σου προφήτης. ἀσθενὴς μὲν γὰρ ὁ νόμος εἰς τὸ ἀπαλλάττειν δυνάσθαι πινα B τῆς ὑπὸ τῷ διαβόλῳ δουλείας. μεσιτεύοντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦτο κατώρθωτο. καθάπερ ἐμέλλε σωθέντος τοῦ πρωτοτόκου τοῦ Ααρὼν τῷ θεράποντι Μωσῆ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ὁ Ισραὴλ ἀπαλλάττεται· ἐπειδὴ δὲ κατὰ καιροὺς ἔμελλεν ὁ Χριστὸς γίνεσθαι καὶ ὑπὸ νόμον, ὡς καθ' ἡμᾶς τε καὶ ἄνθρωπος, πέφηνε τοῦ Ααρὼν ὁ δεύτερος τοῦ Μωσέως ὁ Ααρών· ὃ μὲν γὰρ μυστικὸς λόγος, οὕτως· πολλοὶ εἰσέλθοιτε τις κἀκεῖνο αἰτεῖν, ὡς τῇ τοῦ θεοῦ κλήσει, ὃ μέγας ἐκεῖνος τετίμηται Μωσῆς, κατ' αὐτὸ τοῦτο, καὶ ὡς ἐν χάριτι δὲ φιλοτιμίᾳ τῇ πρὸς θεοῦ τὸ πρὸς ἡμᾶς εἰρημένον, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες, ἆρα δὲ οὕτω θεὸς ὁ Χριστός; καίτοι πῶς ἀμανία τοῦτό γε, καὶ φρενὸς ἀμφιβόλου ἀπόβλητον κενόν; ὁ μὲν γὰρ ὡς ἔφαμεν, ψιλῇ δὲ μόνῃ τετίμηται κλήσει τὴν φύσιν ἄνθρωπος ὤν· ὁ δὲ ἐστι θεὸς ἀληθῶς· θεὸς γὰρ ἦν ὁ λόγος ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, τὴν ἰδίας φύσεως τὴν πάντων ὑπερεχοῦσαν ἀδιαλώβητον ἔχων· ἃ γὰρ ἂν ἐν ἀνθρώποις τοῖς ὅπου τὸ χεῖρον ἡ θεία γέγονε φύσις, ἀλλ' οὐ καθ' ἡνεῶσθαι πρὸς κοινωνίαν αἵματος δὲ σαρκὸς· ἢ γοῦν ὡς θεὸς ἐπιγινώσκεται καὶ ἄνθρωπος πέφηνε· καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις τὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα. ἔφη γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ὅπερ C καὶ ἐπὶ τοῖς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. αὐτὸς δὲ ὁ Ιησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς· διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντα· καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τίς μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· καίτοι τὸ καθορᾶν δυνάμενον καρδίαν ἀνδρὸς, εἰδέναι τι τὰ κεκρυμμένα, πρέπει οὐ τῷ τυχόντι ἀνθρώπῳ, πόθεν; τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστί· ἀλλ' ἂν ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ πεποιημένον· μόνῳ δὲ μᾶλλον ὑπάρχον ὅτῳ τοιούτῳ ἀληθῶς, ὅπερ εἶναι δὲ λέγει; γράφει πάλιν ὁ Ιωάννης περὶ αὐτοῦ· ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα. σαφεῖς ἂν εἴποις, καίτοι καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ λα- ἐκείνῳ

λεῖ· θεῷ γὰρ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, πρέπει καὶ ὡς ἐξαίρετον καὶ ὑπὲρ τὰ κτίσιν, τὸ τοῦ ῥήματι δυνάσθαι κατορθοῦν τὸ τοῦ γνώμῃ αὐτοῦ, καὶ μετέχοις ἀποπλέειν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοὺς ἐν πίστει τελειουμένους.

ἴδοι

ἴδοι δ' ἂν τις ἐκ τούτων ὅτι Χριστὸν. ἐφη μὲν γὰρ τῷ λεπρῷ· θέλω, καθαρίσθητι· τῷ δὲ τῆς χήρας υἱῷ· νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. μετέχους δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοὺς ἰδίους ἐκείνους μαθητὰς ἐποίησε μαθητάς· ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. εἰ τοίνυν τοιαῦτα ὄντα ταῦτα διελήλακεν, καὶ θεοπρεπῶν δυνάμεων κεκτημένος, οὕτω θεὸς ἂν εἴη, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Μωσῆς; τίνι τίνος ἔγνω καρδίαν, πίστιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τίνα δεδικαίωκε διὰ τῆς πίστεως τὸν εἰς ἑαυτὸν; τοῦ λελάληκεν ὡς υἱὸς, ἢ θεοῦ τὰ ῥήματα; καίτοι γε κεκραγὼς ἐρρήθη τοῖς ἐξ Ισραὴλ, τάδε λέγει κύριος· καὶ μέτρον ἔχων οἰκετικόν· γέγονε γὰρ πιστὸς ὡς θεράπων ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ καὶ οὕτως υἱὸς ὁ Εμμανουὴλ, καθὰ καὶ ὁ κατὰ σάρκα γεγονὼς Ισραὴλ, καταπόμπους ἐν δούλοις, τὸν κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερον, κἂν εἰ γέγονε δούλου μορφὴν, λαβόν τοι τὸν σάρκα καὶ τὰ αὐτῆς· ἐν ἴσῳ τίθηκας μέτρῳ τοῖς κατὰ χάριν υἱοῖς, τὸν δι' ὃν ἐκεῖνοι τῶν τῆς υἱοθεσίας παλαιστὴκασι χάριν· κεχρημάτικε μὲν γὰρ πρωτότοκος ἡμῶν διὰ τὸ ἀνθρώπινον· θαλὼ δὲ οὕτω μεμένηκε μονογενὴς ὡς θεός· πιστή τοι καθὰ φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, εἰσαγαγὼν πάλιν τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, προστάττοντα προσκυνεῖν αὐτῷ ἁπάσας δυνάμεις· ἐν τούτῳ αὐτῷ μεμυημένοι μυστήριον, ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις γεραίρουσι τὸν ἕνα καὶ φύσει δὲ ἀληθῶς υἱόν. εἰ γὰρ δίδωσιν ἐξουσίαν τοῖς λαβοῦσιν αὐτὸν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, κατὰ γε τὸν Ιωάννην Φωνὴν, ἐν ἐστὶν ἀληθὴς ὡς ἐποίησε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν ἡμῖν αὐτοῦς· ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν κράζον ΑΒΒΑ ὁ πατήρ· οὐκ ἄχρι γε οὐδενὸς τῶν εὐφρονεῖν εἰωθότων, πύπου λέγοντος, οὕτως εἶναι καὶ αὐτὸν υἱὸν, ὡς τὸν Ισραήλ. Πῶς γὰρ ἐν οὕτω Χριστὸς καὶ ἅγιος, ὡς αὖ εἶναι λέγειν Χριστὸς κύριός τε, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, ἐν μέσῳ καὶ αὐτοὶ Πέρσαι τε, καὶ Μῆδοι; ὥστε γὰρ εἰπεῖν μηδὲ ἠνιάσθαι Χριστὸν ἀνθρώπινος, καίτοι καταπεπωκὼς ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς. Κῦρος μὲν γὰρ ὁ Καμβύσου, καταπράτθοντος τῆς Βαβυλωνίων καὶ καιρούς· παλαιότερος ἦν, ἐν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν αἰσθόμενος τὸ σέβας. ἐπεὶ δὲ θεοῦ παραθήγοντος, ἐν ἀφανισάντος αὐτὸν εἰς ὀργὰς, εἶλε τὴν Βαβυλωνίων, ὀνόματι καινῷ, καίτοι πράγματι τῷ ἁγίῳ μὴ κεχρισμένος, εἴρηται Χριστός. ἅγιοι δὲ οὕτω Περσῶν τε καὶ Μήδοις οἱ συναπτίζοντες αὐτῷ· λελατρεύκασι γὰρ κἀκεῖνοι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα θεὸν ἐν προσκεκυνήκασι τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· ἐπεὶ δὲ ἅπαξ, καὶ γε τὰς ἐν τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ φωνὰς, τὸ ἀφορισθὲν τῷ θεῷ ῥῆμα, κἂν εἴ τι μοχθηρὸν εἴη τυχὸν, ἢ οἷς, ἅγιον ὠνομάζετο, τοιοῦτόν τι, καὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ἅγιοι κέκληνται ἐν αὐτοὶ, διά τι τὸ ἀφορισθὲν τοῖς θείοις νόμοις προσαλῶναι τὸν Βαβυλωνίων· εἰπερ οὖν ἐστιν οὕτω Χριστὸς ὁ Εμμανουὴλ καθὰ καὶ ὁ Κῦρος, καὶ οὕτως ἅγιος καθὰ καὶ Μῆδοι, καὶ Πέρσαι· φαίη τις ἂν εἰκότως ὡς δὴ γε τῆς τῶν ἐναντίων ἀτοπίας, μήτι κεχρίσθαι τῷ

A Porro hæc omnia ineſſe Chriſto quiſque videre poteſt. leproſo namque dixit, Volo, mundare: viduæ quoque filio, Adoleſcens tibi dico, ſurge: participes etiam ſancti Spiritus diſcipulos ſuos effecit; inſufflauit enim in eos dicens: Accipite Spiritum ſanctum. Hæc cum ita ſint, quomodo ille qui tam ſublimis eſt, qui diuinis honoribus ornatus, perinde ac Moyſes Deus erit? Cuius enim iſte cor nouit? quis credidit in nomine eius? quem per fidem in ſe iuſtificauit? vbinam locutus eſt vt filius verba Dei? quamuis perſpicuum ſit ipſum ad filios Iſrael clamaſſe, Hæc dicit Dominus; & domeſtici hominis menſuram & gradum habuiſſe; fuit enim ipſe tamquam famulus in domo Dei. Iam ſi eo modo filius eſt Emmanuel, quo & ille ſecundum carnem Iſrael, in ſeruorum ordinem redegiſti illum ex natura liberum, quamuis propter carnem & proprietates carnis ſerui forma ſit factus: in eadem menſura eodemq. ordine collocaſti cum his qui ſunt per gratiam filij, eum per quem illi adoptionis gratia ſunt ditati. Factus eſt enim primogenitus noſter propter humanitatem, ſed etiam hic qua ratione Deus erat, permanſit vnigenitus. Hac ratione, vt ait beatus Paulus, introductum à Patre primogenitum in orbem terrarum, ſupernæ illæ virtutes adorare iubentur: & latens in ipſo myſterium edoctæ, glorificationibus numquam ceſſantibus celebrant illum vnum & natura & vere Filium. Nam ſi ijs qui ſe receperunt, dat poteſtatem vt filij Dei fiant, vt Ioannes ait, & ſi verum eſt eius ſpiritu nos ipſos quoque filios fieri, Miſit enim Deus ſpiritum Filij ſui in corda noſtra clamantem, Abba pater; nemo recte ſentiens hunc ferat dicentem, illum eodem quoque modo eſſe filium, quo Iſraelem. Qui autem fieri poteſt vt eodē dicatur modo Chriſtus, quo dicitur eſſe etiam Cyrus ille rex Perſarum, & ſanctus quomodo Medi quoque ipſi ac Perſæ? Iam vero dicere licebit, ne ſanctificatum quidem eſſe Chriſtum humanitus, quamuis in eum columbæ ſpecie ſanctus Spiritus inſederit. Nam Cyrus quidem Cambyſæ filius olim exercitum duxit in Babylonios, ſed tamen in errore verſabatur, & impuris dæmonijs venerationem exhibebat. Vbi vero Deo illum exacuente, & ad iras excitante Babyloniorum terram cepit, communi vocabulo, quamuis minime vnctus Spiritu ſancto, dictus eſt Chriſtus. Ita Perſæ quoque ac Medi ſatellites eius ſancti dicuntur. Nam quamuis illi quoque ſeruierint creaturæ potius quàm creatori Deo, & adorauerint opera manuum ſuarum; tamen quia ſemel iuxta voces quæ ſunt in lege Moyſi, ſegregatum Deo ſacrificium, ſiue ille vitulus eſſet fortaſſe, ſiue ouis, ſanctum appellabatur, ea ratione etiam prophetica voce ipſi quoque ſancti ſunt vocati, quòd diuino numine ſegregati dicatiq. eſſent ad Babyloniam capiendam. Ergo ſi eadem ratione ipſe Emmanuel eſt Chriſtus, qua Cyrus, & eo modo ſanctus quo Medi ac Perſæ; cōſequenter dicet aliquis, quantum ex ſententiarum abſurditate concluditur, neque vnctum fuiſſe illum ſancto

Matth.8. Luc.7. Ioan.20. Hebr.1. Ioan.1. Galat.4. Matth.3. Hebr.3.

τῷ

sancto Spiritu, neque sanctum esse: itaque mentietur beatus Dauid, ad ipsum proculdubio verba faciens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Iam vero adeo nugaciter aduersus Saluatoris nostri maiestatem & gloriam oblocutus, blasphemiarum suarum crimina repellere sibi videtur, puerile quiddam & stultum inferens: Communio, inquit, nominum similis est, non eadem vero dignitas.] Qui tandem, dic quæso, nam intelligere nequeo. Nam si ita est Deus vt Moyses etiã, & ita filius vt Israel, & ita Christus vt Cyrus, quin etiam ita sanctus vt Medi, quomodo poterit euitare quo minus eadem cum illis censeatur æqualitate dignitatis? Deprehenderis igitur iam etiam in ipsam Verbi naturam impius fuisse, sic namque dixisti rursum.

Psal. 44.

NESTORIVS. *Dic de assumente, quòd Deus sit: adijce de assumpto, quòd serui forma: infer postea coniunctionis dignitatem, quòd communis sit duorum auctoritas, quòd eadem sit duorum dignitas: manentibus naturis confitere dignitatis vnitatem.*

CYRILLI CAP. V.

Diuidit ergo rursum in duo, & imperite admodum vim vnitatis dignitati largitur, fortasse ne intelligens quidem quid tandem sit vnitas, quid res ipsa dignitatis. Illud tamen dicemus. Vnam esse dixit duarum naturarum auctoritatem, & vnam dignitatem. Vbi igitur is qui parem habet Deo Verbo gloriam, in eo certe quod Deus est, nihilo est Moyse superior, proculdubio liquet ipsum quoque Dei Verbum pari momento & naturæ & gloriæ cum Moyse exæquandum. Vbicumque enim quodlibet medium primo ac tertio persimile est, nullaq. in re diuersum, omnino sequitur vt nulla sit inter illa naturæ diuersa ratio. Sed dicet fortasse, dignitatis modum non idem esse ac naturam. cur igitur ea quæ à mutua communione, atque etiam æqualitate tam magno essentiæ discrimine diiuncta sunt, in vnam, vt ipse dicis, auctoritatem colligenda, & pari honore censes ornanda? Vbi namque prorsus minor est natura, cui altera superponitur, qui fieri potest vt illi contingat & paritas honoris, & æqualitas dignitatis, & idem minimeq. diuersus gloriæ modus? Quòd autem coniunctionem appellans, eam scilicet quæ ex vicinia sola vel secundum appositionem, vel secundum habitudinẽ intelligitur, ipse suis rationibus aduersatur, & quæ destruxit ædificat, & quæ demolitus est erigit, planum fiet ex hoc rursus. sic namque dixit.

NESTORIVS. *Ideo volo vos caute firmiterq. tenere. Diuisio nulla est coniunctionis dignitatis, filiationis. hoc ipsum quod Christus est, nullam patitur diuisionem. sed Deitatis & humanitatis est diuisio. Christus qua Christus, indiuiduus est: neque enim duos Christos habemus, neque duos filios. non enim est apud nos primus & secundus, neque alius & alius: neque rursus alius filius, & alius rursum: sed ipse ille vnus est duplex, non dignitate, sed natura.*

Expli-

A τῷ ἁγίῳ πνεύματι, μή τι μεῖζον ἔχειν αὐτὸν· ψαλμῳδικῶς δὲ οὗτος ἡμῶν Δαυὶδ πρὸς αὐτόν φησιν, λέγων· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καταφλυαρήσας οὖν οὕτω τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπεροχῆς τε καὶ δόξης, δοκεῖ τὰ ἐκ τῶν βλασφημιῶν ἐγκλήματα, μειρακιωδές τι καὶ ἀσύετον, λέγων· ἡ μὲν γὰρ κοινωνία φησὶ τὸ ὀνομάτων, ἰσότης· ἄχρι καὶ τοῦτο ἦν ἀξία. πῶς εἰπέ μοι, νοῶν γὰρ οὐκ ἔχω· εἰ γὰρ ἔστιν οὕτω θεὸς ὡς καὶ ὁ Μωσῆς, καὶ οὕτως υἱὸς, ὡς Ισραὴλ, οὕτω τε Χριστὸς ὡς Κῦρος, καὶ μὴν καὶ οὕτως ἅγιος ὡς Μῆδοι, πῶς ἂν διαφύγῃ τὸ, καὶ ἐν ἰσότητι κεῖσθαι δεῖν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀξίας; ἀλλὰ σὴ δὴ οὖν καὶ εἰς αὐτὸν δεδυσεβηκὼς τὸν παλαιὸν φύσιν. ἔφης γὰρ πάλιν.

B Εἰπὲ τὸν ἀναλαβόντα, ὅτι θεός· πρόσθες τὸν ἀναληφθέντα ὅτι δοῦλος μορφῆ· ἐπάγαγε μετὰ τοῦτο τὸ τῆς σωτηρίας ἀξίωμα, ὅτι τῶν δύο ἡ αὐθεντία κοινή· ὅτι τῶν δύο, τοιοῦτον τὸ ἀξίωμα· τῶν φύσεων μενουσῶν, ὁμολογῶ τὴν τῆς ἀξίας ἰσότητα.

C Διατείνει μὲν οὖν εἰς δύο δὴ πάλιν· ἀσαφῶς δὲ σφόδρα τὴν τῆς ἑνώσεως δύναμιν τῇ ἀξίᾳ χαρίζεται· τάχα που μὴ συνιεὶς, ὅ τί ποτέ ἐστιν ἡ ἕνωσις, καὶ τί τῆς ἀξίας τὸ χρῆμα· πάλιν, ἐκεῖνο φαμέν. μίαν ἔφη τῶν δύο φύσεων τὴν αὐθεντίαν, καὶ ἓν τὸ ἀξίωμα. ὅτι πάντως ὁ ἐν ἰσότητι δόξης τῆς πρὸς θεὸν λόγον οὐχ ὑπερκείσεται τὸν Μωσέα κᾂν γε θεὸς εἶναι θεός, δῆλον αὐτόθεν δήπουθεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, ἰσοστατήσει αὖ τῷ τοῦ Μωσέως τάχα που φύσει καὶ δόξῃ· εἰ γὰρ ἔστιν εἰκὼν καὶ ἀπαράλλακτος ἔχων πάντοτε τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ, τὸ διὰ μέσου, εἰ μὴ ἄρα οὐχ ἱκανὸς αὐτοῖς ὁ τῆς φύσεως λόγος. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τῆς ἀξίας τὸν τρόπον οὐκ εἶναι καὶ φύσιν· οὐκοῦν αὖθ' ὅτου τὰ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας, καὶ μὴν καὶ ἰσότητος ἐστιν ὡδῶς ποτὲ ἀφεῖναι συλλέξαι εἰς μίαν καθ' ἓν φῦναι αὐτὸς αὐθεντίαν, καὶ τιμῆς τῆς ἴσης στέφανον ἀξιοῖς; ὅπου γὲ ὅλως μεμένηκεν φύσις, ἑτέρας ὑπερκειμένης, πῶς ἂν αὐτῇ προσγένοιτο καὶ μερῶν ἰσότης, καὶ ἰσομοιρῶν ἀξίωμα, καὶ ὁ τῆς ὁμηλικίας οὐχ ἕτερος τρόπος; ὅπ δὲ σωτῆρα ὀνομάζων, τάχα που τὴν κατ' ἐγγύτητα μόνην· καὶ κᾂν ὦδέ πῃ, ἤγουν σχετικὴν ἐνεμείλω, αὐτὸς τοῖς ἰδίοις αὐτανίστατο λόγοις, ἃ κατήλυσιν εἰσηθμῶν, καὶ αὖτις τὸ καθημένον, αὖθις αὖ γλίσχρα καὶ διὰ τοῦδε δὴ πάλιν· ἔφη γὰρ οὕτως.

D Διαπονῆσαι βούλομαι ὑμᾶς μὴ ἀσφαλείας κεντεῖν· διαίρεσις οὐκ ἔστι τῆς σωτηρίας τοῦ ἀξιώματος, τῆς ἑνότητος· αὐτοῦ τοῦ εἶναι χρεία οὐκ ἔστι διαίρεσις· τῆς δὲ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητός ἐστι διαίρεσις·

E ὁ Χριστὸς, κᾂν τὸ Χριστὸς ἀδιαίρετος· ἓν γὰρ ἔχομεν δύο Χριστούς, οὐ δὲ δύο υἱούς· οὐ γὰρ ἔστι παρ' ἡμῖν πρῶτος καὶ δεύτερος, οὐδὲ ἄλλος καὶ ἄλλος· οὐδὲ πάλιν ἄλλος υἱὸς, καὶ ἄλλος πάλιν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ εἷς ἐστι διπλοῦς· οὐ τῇ ἀξίᾳ, ἀλλὰ τῇ φύσει

φεύζει

φράζει δή μοι πάλιν, τί δὴ ἄρα τὴν ἀδιαίρετον συνάφειαν εἶναι φῄς; ἄρα τὴν ἕνωσιν, δῆλον ὅτι τὴν καθ' ὑπόστασιν, ἣν ἡμεῖς πρεσβεύομεν, τῆς τῆς ἀληθείας συναθλοῦντες δόγμασιν· ἢ τυχὸν τὴν κατὰ θέσιν, καὶ τὴν πρὸς τὸ δέ τι τοῦ δεῖνος ἐγγύτητα νοουμένην; δείκνυσι γὰρ οὕτω τὴν λέξιν ἡ ἱστόρησις γραφή· καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον, ὡς τὸ ἀρχαῖας ἐκείνης σκηνῆς συνυφῆς τοὺς λόγους· καὶ ποιήσεις κρίκους πεντήκοντα χρυσοῦς, καὶ συναίψεις τὰς αὐλαίας ἑτέραν τῇ ἑτέρᾳ τοῖς κρίκοις. πάντη γὰρ οὖσαι, καὶ ἰδικῶς ἑκάστη πρὸς τὸ ἑτέρα τις εἶναι κατὰ τὰς ἄλλας ἔχουσα, συνῆπτο τοῖς κρίκοις. ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω φαμὲν πεπρᾶχθαι τὴν κατὰ ἕνωσιν· οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ὁ δεῖνα τυχὸν τῷ δεῖνι συνάπτοιτο ἄν, ἢ κατ' ἐνότητα ψυχῆς τρόπον, ἤγουν κατὰ τὸ ἐγγὺς ἐν σώμασι, οὕτω καὶ αὐτός· ἀλλὰ γὰρ ὡς ἤδη πολλαχοῦ ἐφῶμεν, ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα τὸ ληφθὲν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· ἓν ἀληθῶς ἡνῶσθαι φαμὲν, οὐκ ἀμυχῇ τινὶ κατὰ τὸν θεῖον λόγον. Οὐκοῦν τὸ παρ' αὐτοῦ λεγομένης συναφείας ἡ δυνάμις, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς νοουμένην ἐνότητα δηλοῖ, φημὶ δὴ τὴν καθ' ὑπόστασιν, εἴφη αὖ εἰκότως, μηδὲ μίαν εἶναι χριστοῦ τὴν διαίρεσιν, κατὰ τὸ εἶναι χριστὸν· ἄλλος γὰρ ἐστιν ἕτερος καὶ ἕτερος· οὐκοῦν μὲν υἱὸς ὁ υἱός, ἄλλος καὶ ἄλλος, πρῶτος ὁ δεύτερος, ἀλλ' εἰς δηλονότι ὁ αὐτὸς ὁ μὴ σὰρκα· ἔσται γὰρ οὕτω κατά γε τὴν ἀξίαν, ὡς σὺ φῄς, καὶ μέντοι ὁ τὴν θεότητα ἀδιαίρετος, μᾶλλον δ' ὁ αὐτός. εἶτα πῶς τὸν ἕνα κατ' ἀδιαίρετον δίπτυχον εἶναι φῄς, ὁ οὐχὶ τῇ ἀξίᾳ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ φύσει; ὁ γὰρ ἐπὶ τοῦ σάρκα λαβὼν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, συνῆλθεν ἀνθρώπῳ καθ' ἡμᾶς, πάντης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ὡσεμάζοιτο αὖ καὶ δίπτυχος· ὡς γὰρ ἐπὶ κατὰ σάρκα ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἔξω σαρκὸς κατὰ αἵματος. ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων δοκοῖ πινὰ, οὐχ ὡς δύο που μᾶλλον ἰδικῶς ἀνθρώπους, κατηγορεῖτ' ἂν εἰκότως, ἀλλ' ἕνα κατὰ μόνον, κἂν ἐννοεῖτο τυχὸν ἐκ ψυχῆς κατὰ σώματος, καὶ τὰ ἀλλήλοις συμβεβηκότων ἡ φύσις ἂν εἴη οὐχ ἡ αὐτὴ μᾶλλον, ἀλλὰ διάφορος· οὕτω πάλιν ὅπου χριστοῦ νοητέον· οὐ γὰρ ὅτι δίπτυχός ἐστιν· ἀλλ' εἷς τις κατὰ μόνος κύριος καὶ υἱός, ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐ δίχα σαρκὸς ἀνθρωπότητος μὲν γὰρ ἐστὶ θειότητος, δοίη δ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐγώ, πλείω εἶναι τὴν διαφοράν, ἤτοι διάστασιν· ἕτερα γὰρ κατά γε τὸν ὅπως εἶναι λόγον, κατ' οὐδὲν ἀλλήλοις εἰκότα φαίνοι' τὰ ὠνομασμένα· περιλαμβανόμενα γε μὴν εἰς μέσον ἡμῖν μυστηρίου ὅπερ κατὰ χριστὸν, ὁ δ' ἑνώσεως λόγος, οὐκ ἀγνοεῖ μὲν τὴν διαφοράν, ἐξίστησι δ' οὖν τὴν διαίρεσιν· οὐ συγχέων τὰς φύσεις, ἢ ἀναιρῶν τὰς φύσεις· ἀλλ' ὅτι σαρκὸς καὶ αἵματος μετοχὴν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, εἰς δὴ πάλιν ἓ ὅτως ὁ υἱὸς νοεῖται καὶ ὀνομάζεται· οὐδὲ μὴν χρῄζων λέγων χριστοὺς ὀνομάζεσθαι δύο, μή τι μὴν ἡμᾶς ὁμολογεῖν εἶναι δύο, καὶ τὸ εἰς τοῦτο δογματικῆς ὀρθότητος ἐκκλείπειν τὴν δόκησιν, δύο δὴ λέγων ἀλλήλοις χριστοὺς, καὶ εἰς ἰδικὴν ἑκατέρου τάξιν ἀνθρωπον καὶ θεόν· καὶ τὸν μὲν, ἐνεργοῦντα· τὸν δὲ, καὶ ἐνεργηθέντα καταδείκνυσθαι δεῖσαι. ἔχει δὲ οὕτω τὰ ῥητὰ αὐτά.

Explica mihi rursus quidnam esse indiuiduam coniunctionem dicis? Vnitatem ne, secundum hypostasim nimirum, quam ipsi prædicamus cum pro dogmatum veritate certamus, an vero hanc quæ secundum appositionem, & alicuius ad aliquid vicinitatem intelligitur? nam sic etiam sacræ litteræ hanc dictionem accipiunt. itaque dixit Deus ad beatum Moysen, de veteri illo tabernaculo loquens: Et facies fibulas quinquaginta aureas, & coniunges cortinas alterã alteri. Cum enim quinque essent, & vnaquæque seorsim diuersa esset ab alijs, coniungebatur fibulis. At vero nos haud isto modo factam in Christo vnionem dicimus. non enim vt quispiam verbi gratia coniungitur alteri vel per vnanimitatis modum, vel per corporis viciniam, sic ille quoque coniunctus est. Sed vt sæpius iam dixi, suum effecit corpus ex sancta Virgine sumptum, & illud ex Deo Verbum carni non inanimatæ vere vnitum dicimus. Igitur si coniunctionis, vt ipse vocat, vis eam vnitatem significat quam ipsi intelligimus, illam inquam secundum hypostasim, recte sane dixit, nullam esse Christi qua Christus est, diuisionem. neque enim est alter & alter, neque filius & filius, alius atque alius, prior & secundus, sed vnus nimirum, & ante carnem & post carnem. sic namque erit vt tu dicis, secundum dignitatem atque etiam secundum potentiam indiuiduus, immo vero idem. Id si ita est, quomodo illum vnum & indiuiduum duplicem esse ais, & non dignitate, sed natura? Non enim quia Dei Patris Verbum assumpta carne prodijt homo similis nobis, ideo duplex est appellandus: vnus est enim & non sine carne, qui secundum propriã naturam est extra carnem & sanguinem. Vt enim qui nostri similem hominem occidisset, non vtique tamquam duos violasset homines iure accusaretur, sed vnum solum, quamuis fortasse ex anima & corpore consideretur, & ijs quæ alterutri accidunt, natura sit non eadem, sed diuersa; ita vicissim in Christo est intelligendum. non enim est duplex, sed vnus & solus Dominus ac filius illud ex Deo Patre Verbum, non sine carne. nam inter humanitatem & diuinitatem maximam esse differentiam siue distantiam ego quoque fateor. diuersa sunt enim quæ his nominibus indicantur, quod ad rationem essentiæ pertinet, & nihil inter se similia videntur. At vbi nobis profertur in medium Christi mysterium, illius vnionis ratio non ignorat quidem differentiam, sed diuisionem excludit; non quòd confundat aut misceat naturas, sed quòd carnis & sanguinis particeps factum ipsum Dei Verbum, vnus rursum etiam hoc modo filius intelligitur & appellatur. Tu vero cum duos Christos appellari non debere dicas, neque rursus filios fateri duos, & opinionem recti dogmatis simules, duos tamen Christos dicere conuinceris, & in propriam diuersitatem hominem Deumq. distinguere, & illum quidem ad operandum cieri, hunc etiam ad opus ciere, conaris ostendere. Tua namque illa sic habent.

CYRILL. CAP. VI.

Exod. 26.

* τοῦ υἱὸς
* ἰσοῦ δὲ
* ἀνελόντος

Η χαῖρε

NESTORIVS. *Illa certe Vnigeniti glorificatio nonnumquam Patri adscribitur: Est, inquit, Pater meus, qui glorificat me.* Ioan. 8. *nonnumquam Spiritui: Spiritus, inquit, veritatis me glorificabit. aliquando autem Christi potentiæ: Exeuntes enim, inquit, prædicabant verbum vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Ioan. 16. Marc. 16.

CYRILLI CAP. VII. Si tamquam expers gloriæ vnigenitum Dei Verbum qua est & intelligitur Verbum, & nondum incarnatum, dicit esse glorificatum à Patre, sanctoq. Spiritu; labi illum & à veritate aberrare, ad præsens mitto dicere, ad aliud uamque nos præsens ducit occasio. Sed mihi videtur oblitus eorũ quæ nuper ab ipso considerata dictaq. sunt. dixit enim: Non est alius & alius Christus, non alius & alius filius. neque enim habemus duos Christos duosq. filios. Sed ò vir prudentissime, inquam, si Christi potentię adscribi affirmas vnigeniti glorificationem, quomodo non alter sit & alter, aut quomodo non prorsus duo, siquidem non idem est qui dat & qui accipit, aut qui adscribit alteri tamquam à se diuerso, quæ sibi per naturam insunt. Operatus est ergo Christus, idemq. ad operandum excitus tamquam diuersus ab Vnigenito. nam si adscribitur ipsi, vt asseris, Vnigeniti glorificatio, & potẽtia ab ipso data vtentes beati illi discipuli prædicabant, & diuina illa signa faciebant, quomodo quod dixi negari potest? Operatus erit enim aliena virtute vtens, vt non ipse, sed qui ad opus ciebat, ab his qui in mundo erant, glorificaretur. Quid igitur, quæso, in eo amplius cernitur quàm in sanctis Apostolis? nam hi non sua virtute miracula perfecerunt: idq. ipsi aperte confessi sunt. digni namque sunt laude & quia id cognouerunt, & quia in ipsis operantem glorificabant. Hoc si ita est, an non æquum erat vt Christus qui ab alio, vt tu asseris, ad operandum ciebatur, & extrinsecus habebat Vnigeniti gloriam, ad se tamquam ad Deum accedentibus, & eius ope indigentibus inclamaret, In nomine, seu in virtute Vnigeniti hoc, verbi gratia, tibi commodum eueniat? nam id faciebant illi sapientissimi discipuli, vbique IESVM ex Nazareth appellantes. Sed neminem prorsus ita est allocutus, suæq. potius virtuti perpetrata signa tribuebat, nunc quidẽ cęcis dicens: Credite quòd potlim id facere, & consensum exposcens; nunc cum imperio exigens, ac dicens, Volo, mundare; cur non prætermissis anilibus fabellis quas tibi & soli commentus es, mysterij profunditatem sapienti consilio perquiris? Sed perspicuum est rerum in primis vtilium exiguam prorsus illi curam esse, ac quodammodo metuere ne quid veri parum aduertens dicat, & recti aliquid sentire deprehendatur: & absurdissima quæque cogitat, & inconsiderate admodum accusat Ecclesiæ dogmata. Atqui meminisse eum oportuit Dei verborum, præpositis rationalium gregum per vocem Ezechiel dicentis: Præclara pascua depascebamini, & aquam consistentem bibebatis; & reliquam turbabatis pedibus vestris,

Matth. 9. Matth. 8. Ezech. 34.

Η μεν τοῦ μονογενοῦς δόξολογία, παρὰ μὲν τῷ πατρὶ πεποίηται· ἔφη γὰρ ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με· παρὰ δὲ, τῷ πνεύματι· τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς ἀληθείας φησὶν, ἐμὲ δοξάσει· παρὰ δὲ τῇ χριστοῦ δυνατείᾳ· ἐξελθόντες γὰρ φησι διεκήρυσσον τὸν λόγον πανταχοῦ· τοῦ κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος, διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.

Εἰ μὲν ὡς δέξης ὄντως ἐστὶν ἡ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγου καθ' ἑαυτὸν ὁ νοούμενος λόγος ἐν οὔπω σεσαρκωμένος, δεδόξασται φησὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι ἐν ἐδοξάσθαι καὶ διημάρτηκε τ' ἀληθοῦς, παρήσω λέγειν εἰς τὸ παρὸν· ἄλλο γὰρ ἡμᾶς ἐφ' ἕτερον ὁ καιρός. ὅπιλελῆσθαί δέ μοι δοκεῖ τῶν ἀρτίως αὐτοῦ πεπραγμένων τι καὶ εἰρημένων· ἐφη γὰρ οὐκ ἔστιν ἕτερος ἐν ἕτερος ὁ χριστός· οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος υἱός· καὶ γὰρ ἐχομεν χριστοὺς δύο, καὶ υἱοὺς δύο· ἀλλ' ὦ σωστέ πατὴρ φαίλω αὖ, εἰ τῇ χριστοῦ δυνατείᾳ προσῆψω βεβαιοῦν τὴν τοῦ μονογενοῦς δόξολογίαν, πῶς οὐκ ἕτερος καὶ ἕτερος εἶεν αὖ, ἢ πῶς οὐ δύο πάντη τε καὶ πάντως; εἰ πέρ ἐστιν οὐκ ὁ αὐτὸς ὁ διδοὺς ἐν δεχόμενος, ἤγουν παριάπαν ὡς ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν τὰ φύσει προσόντα αὐτῷ· συνήργησε γοῦν ἐνεργούμενος, ὡς ἕτερός τις ὑπάρχων χριστὸς ὢν τοῦ μονογενοῦς· εἰ γὰρ προσῆψαν μὲν αὐτῷ καθὰ φῂς ἡ τοῦ μονογενοῦς δόξολογία· τῇ δ' παρ' αὐτοῦ δυνατείᾳ χρώμενοι, διεκηρύττοντο καὶ ἠρέσκοντο τοῖς θεοσεβείας οἱ γνησίοις μαθηταῖς, πῶς οὐκ ἀληθῆς ὑπερέβαλλον; συνήργησε γὰρ ἀλλοτρίᾳ δυνάμει χρώμενος, ἵν' ὁ ἐνεργήσας, ἐν οὐκ αὐτὸς που μᾶλλον ὢν ἐν τῶν ἐν κόσμῳ δοξάζηται. τί γοῦν αὐτῷ μεῖζον τὸ πλέον ἐν τῷ αὐτῷ φαίνεται, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις; ἀποπλέκεσθαι γὰρ οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει τὰς θαυματουργίας· καὶ τοῦτο αὐτοὶ ὁμολογήσαιεν ἐναργῶς· αἰσθάνεσθαι γὰρ καὶ πάνυ εἰδότες, ἐν τὸν ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦντα δοξάζοντες· εἶτα πῶς οὐκ ἐδει τὸν ἐνεργούμενον παρ' ἑτέρου καὶ τὸ χριστὸν, ἐν θύραθεν ἔχοντα τὴν τοῦ μονογενοῦς δόξολογίαν, τοῖς ἀποστόλοις ὡς θεῷ, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ δεδεημένοις ἀποκυρίαις ἀποφαίνειν, ἐν ὀνόματι τοῦ μονογενοῦς, ἤγουν ἐν δυνάμει, τόδε τι σοι γένοιτο τῶν αἰρεθῆναι; πάντως γὰρ ἐσθίων οἱ πάνσοφοι μαθηταὶ, Ἰησοῦν τὸν ἐκ Ναζαρὲτ ὀνομάζοντες πιστοῦσθαι ἐν· ἀλλ' ὁδεὶ μὲν τοῦτ' ἀποστεφώνησε παντελῶς· αἰσθητὴν δ' μᾶλλον ἰδίᾳ δυνάμει τὰ κατορθούμενα· ὅτι μὲν λέγων τοῖς τυφλοῖς, προσέσθε ἐν δυνάμει τοῦ πιστεύειν; ἐν τῷ σωσαίνειν ἀπάντων· ὅτι δ' μετ' ἐξουσίας ἀπάντων λέγων, θέλω· καθαρίσθητι· τί μὴ παρεὶς τὸ σωτῆρι τι ἐν μείνῳ ἐξόν ρημένα χαλεπωτέρα μυθώδεια σοφῇ δόμοιται τὸ δ' μυσηλὸν ἀποτρέχει βάθος; ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι τ' μὲν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν, ὀλίγως αὐτῷ πανταχοῦ ὁ λόγος· δεῖται δ' ὥσπερ, μὴ ἄρα, τι ἐν τ' ἀληθῶς σφαλῆναι ξαντ' καίτοι τ' ἐπιμελῶν ἀλοίη πρόνοιαν οὐδ' ὅπῃ τ' ἀπηχεσάτων, καὶ ἀκατάσχετον κομιδῇ τ' τ' ἐκκλησίας δογμάτων ποιεῖται τὴν κατάρρησιν· καίτοι μεμνῆσθαι δεῖν αὐτὸν θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς ἰεζεκιὴλ τοῖς τ' λογικῶν ποιμνίων προεστηκόσιν, ὅτι τὴν καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὸ καθαρὸν ὕδωρ ἔπινεν, καὶ τὸ κατάλοιπον ἐπερᾶτε τοῖς ποσὶν ὑμῶν.

καὶ

καὶ τὸ πεσβαπὶ μὲν τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν A
ἐσέμνετε· καὶ τὸ πεπηγμένον ὕδωρ ἐπὸ τῶν πο-
δῶν ὑμῶν ἐσέπινον. τῆς μὲν γὰ θεοπνεύστου γρα-
φῆς τὸν νοῦν ἐνιέντες ἡμᾶς, τῶν καλῶν νομῶν τε-
μόμεθα, καὶ τὸ μεμιγμένον· καὶ μὴν καὶ τὸ ὕδωρ
πίνομεν τὸ καθαρώτατον, τυπικῶς τὴν ἀμιγῆ τῷ ψεύδει,
δηλοῦντι, καὶ καθαρώτατον τοῦ πνεύματος λόγον. ἐμ-
φύροντες δὲ καὶ αἱματίζοντες δηλονότι τινὰ τῶν
ἰδίων ἐνθυμημάτων τὰ ἄπρακτα αὐτῷ, τῆς τοῦ σωτῆ-
ρος ἀγέλαις ἐπιβουλεύομεν. ἐκδιδάξειν αὖ ἓ τοῦτο
ἡμῖν ὡς ἴσως ἀληθὲς τὸ τῶδε χρησθὲν πάλιν αὐτῷ πε-
θεωρημένα τε, καὶ ἀπεμελῶς εἰρημένα, ἔχει δὲ οὕτως. B

Ἦν μὲν γὰρ ὁ θεὸς λόγος καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὡς καὶ θεὸς, ἓ πατρὶ ὁμότιμος· εἴληφε δὲ
ἐν ὑστέροις καιροῖς τὸν τοῦ δούλου μορφήν. ἀλλ' οὖν
πρὸ τούτου υἱὸς, καὶ καλούμενος, μὴ τὸν αὐτὸν ἔχων
δυνάμει καλεῖσθαι κεχωρισμένως υἱὸς, ἵνα μὴ δύο
υἱοὺς δογματίσωμεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἑκάτερα σωθῆναι
τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι ἡμῶν σωτῆρι, οὐ δυνάμει καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος διαίρεσιν δέχε-
σθαι· καὶ τὸ ἀξίωμα φημὶ τῆς υἱότητος, ἀ καὶ τὰς φύ-
σεις. Διαπορῶ καὶ χρῆσις, ὁ θεὸς λόγος ὁμολογεῖται, C
ἐπείπερ ἔχει τὸν σωτῆρα τὸν πρὸς τὸν Χριστὸν διη-
νεκῆ· καὶ οὐκ ἔστι τὸν θεὸν λόγον αὖθις τῆς ἀνθρωπό-
τητος πρᾶξαί τι· ἀπηκρίβωται γὰρ εἰς ἄκρον σωτῆ-
ρα, οὐκ εἰς ἀνθρώπους καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν δογ-
ματιστῶν τῶν νεωτέρων.

Ὁ φάσκων τολμᾶσθαι τὸν τοῦ μονογενοῦς δόξαν
τῇ Χριστοῦ προσηγορίᾳ δωρεᾶσθαι, καὶ τὸν τῆς ἑνότη-
τος συνδεσμὸν διαιρῶν, σωτῆρα πάλιν εἰς ἕνωσιν,
διαλύει τι αὖ, ἓ ἐξίστησιν ἀλλήλων τὰς φύσεις. τελεῖ-
σαι τι ὅσον πρὸς τούτων ἡμῖν κενολογεῖ ἓ περατοῦσθαι,
ἵνα καὶ εἴπῃ φαίνεσθαι λέγων τῶν εἰς ὀρθότητα νενευ- D
κότων, ἐξελέγχεσθαι σαφῶς μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. εἶναι
μὲν γὰρ ἐνταῦθά φησι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἓ υἱὸν ἓ θεὸν,
καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως· καὶ μὴν ὅτι καὶ ἐν ὑστέ-
ροις καιροῖς εἰληφέναι τὸν τοῦ δούλου μορφήν. φέρε
δὴ οὖν, εἰ μή σοι δοκῶ τὰ εἰκότα λέγειν, τίς δὴ ἄρα
ἐστὶν ὁ ἐνανθρωπῆσαι λεγόμενος· καὶ τί τὸ, ἐνανθρω-
πῆσαι, φῄς· τίς ὁ τὸν τοῦ δούλου μορφὴν εἰληφώς·
εἰλήφθη δὲ παρ' αὐτοῦ τίνα τρόπον. Ὅ τι μὲν οὖν αὖ-
θρωπον ἐνανθρωπῆσαι λέγων, μάλιστα ἀξίαν ὑπο-
φαίνει τὸν ἑαυτοῦ φρένα, πῶς ἂν ἐνθουσιάσῃ τις; ὁ γὰρ
ὢν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν, πῶς ἂν ὁ λιῶ γένοιτο πάλιν, E
καὶ ὡς ἐφ' ἕτερόν τι μεταπεχωρηκὼς εἴη ἄν, καὶ γὰρ φη-
μὶ τὸν τῆς φύσεως λόγον; τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἰδίαν οὐκ
ἀλλότριον, τίνα τρόπον ἂν λέγοιτο γεγονῆναι δοῦλον,
ὃς ποτὲ οὐκ ὢν ἐν ἀρχαῖς; οὐκοῦν οὐκ ἀνθρώπῳ
πρέπει ἂν τὸ, ἐνανθρωπῆσαι, πολλοῦ γε δεῖ· καὶ τὸν τοῦ
δούλου μορφὴν λαβεῖν, οὐχὶ τῷ καὶ ἐν ἀρχαῖς τὸ
τῆς δουλείας ἔχοντι μέτρον, ἀλλ' ἐκείνῳ μᾶλλον,
ὃς οὐκ ὢν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν, ποθὲν γενέσθαι πεφύκει, καὶ τῶν ὅλων ὑπάρχων δεσπότης ὡς υἱὸς, καθή-
κειν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἐνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τὸν τοῦ δούλου μορφὴν
ἀναλαβών. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἀληθὲς ὅπερ ἔφης, ὅτι μὴ τὸν αὐτὸν ἔχων, οὐ δυνάμει καλεῖσθαι κεχωρισμέ-

stris, & oues meæ conculcata pedibus vestris de-
pascebantur, & turbatam aquam pedibus vestris
bibebant. Nos enim diuinitus inspiratis litteris
animum adijcientes, præclara pascua depascimur, vt scriptum est, aquam etiam consistentem
bibimus, hoc est, sermonem spiritus minime men
dacio mixtum, & perspicuum ac puriſſimum: vbi
vero veluti ingratas quasdam nostrarum cogitationum fæces in eo sermone miscemus, eumq.
confundimus, Saluatoris nostri gregibus insidiamur. Hoc ipsum verum esse, nobis perspicuum
facient ea quæ de Christo rursus ab eo & excogitata, & temere dicta sunt, quæ sic habent.

Erat quidem ille Deus Verbum, etiam antequam homo fieret, filius & Deus, & consentiens Patri. suscepit vero posteriorib⁹ temporibus serui formam: sed cum esset antea Filius & vocaretur, post assumptionem non potest vocari seorsim filius, ne duos filios dogmatizemus. Sed quia illi coniunctus est Filio qui erat in principio, quiq. sibi copulatus est, non potest quod ad dignitatem filiationis attinet, diuisionem suscipere. quod ad dignitatem filiationis, inquam, non quod ad naturas. ideo etiam Christus appellatur ille Deus Verbum, quia habet perpetuã cum Christo coniunctionẽ. neque contingit vt Deus Verbũ sine humanitate faciat aliquid. perductus est enim ad summã coniunctionẽ, non ad deificationẽ, vt sapientes è recentioribus dogmatistis asserunt. NESTORIVS.

Qui dicere ausus est Vnigeniti glorificationem Christi potentiæ tribui, & qui vinculum vnitatis distraxit, rursus ad vnionẽ coniungit, diſiungitq. rursus, & naturas inuicem separat, & his de rebus quamplurima nobis vane portentoseq. loquitur, vt etiam si quid recti dicere videatur, tamen aperte coarguatur ignorare quid dicat. Nam hoc loco ipsum Dei Verbum & filium & Deum esse asserit etiam antequam homo fieret; præterea posterioribus temporibus formam serui accepisse. Explica igitur, nisi tibi consequentia videor dicere, quis nam ille est qui homo factus esse dicitur? quid etiam hoc ipsum hominem fieri dicis? quis nam ille qui formam serui susceperit? & quo nam modo ab eo susceptа est? Ac si hominem dixerit esse humanatum, quisquam ne dubitet quin sententiam suam risu dignam sit proditurus? nam qui homo sit secundum naturam, quomodo quod erat rursus fiet, & tamquam in aliud quidpiam transibit, quod ad naturæ inquã attinet rationem? Qui etiam ex ipsa sua natura non est liber, quomodo seruus factus esse dicetur, tamquam eiusmodi ante non fuerit? Ergo homini non conueniet hominem fieri, prorsus nullo modo; & serui formam accipere, non ei qui etiã à principio mensuram atque condicionem seruitutis habeat; sed illi nimirum, qui cum homo non esset secundum naturam, id factus esse creditur; & cum vniuersorũ esset Dominus, vtpote Deus, seipsum ad nostra deiecit, vniens sibi secundum hypostasim ipsam humanitatem, & serui formam assumens. Sic namque verum erit quod dixisti, post assumptionem non posse filium vocari seorsim, CYRILL. CAP. VIII.

sim, ne duos filios dogmatizemus. Ac recta quidem & minime peruersa, & in directum tendens dogmatum semita præter hanc nulla est alia. Ipse autem qui humanationem Verbi ex Deo existentis dixit, propemodum in obliuionem illico eorum quæ dixit, abreptus, rursus vnum in duo diuidit, inanitati *nominum absurde innatans, & vocibus parum examinatis semper vtés. ait enim: [Sed quia illi coniunctus est filio qui erat in principio, sibi copulato, non potest quod ad dignitatem filiationis attinet, suscipere diuisionem. quod ad dignitatem filiationis, inquam, non quod ad naturas.] Recte, vir optime, quod minime tutum esse videtur · · tamquam inutile refugis. Semper tibi vigilanti sermone vti studiũ fuit. Ecce iam certe diuidendo naturas colligis ad vnitatem secundum filiationis dignitatem. num igitur ad vnionem veram rerum inter se natura distantium sufficit cognominatio, seu homonymia, & dignitas quæ inde exiſtit? sic namque dicere tibi placet. Ergo quoniam Christi nomen, & nomen præterea filij & Domini etiam alijs communiter impositа sunt, nam plurimi sane fuere Christi, & vocati sunt filij & Domini, erunt ipsi quoque secundum filiationis dignitatem inter se indiuidui, & vnum omnes ea vnitate quam ipse etiam in Christo esse perfectam putas: dilabit autem prorsus homo nostri similis à Deo Verbo. Hoc posito quomodo non rursus diuisi erunt, aut quomodo etiam vnus filius, intelligere non possum, nisi secundum vnionem veram conuenisse humanitatem cum Verbo dixerimus. Sed quia propter huius hominis voces necesse est etiam per absurdas sententias orationem circumferre, vt vndique coarguatur haud recte sensisse, agedum illud etiam dicamus. Nam si satis est ad vnionem dignitas filiationis, quoniam appellatur & est filius Dei ac Patris illud ex ipso Verbum, & commune est multis alijs hoc nomen, quid, rogo te, prohibet dicere & ipsos & alios omnes illi vnitos esse, vt Emmanuel nihil præcipuum supra ipsos habeat? contendet enim cum eo, vt consentaneum est, & de æquali honore decertabit id quodcumque eorumdem nominũ dignitatem est adeptum; & ille coniunctionis modus in nuda solaq. residebit appellatione, vel homonymia. Iam vero quidnam esse intelligetur ipsa humanatio? quid præterea erit quod ad serui formam descendit? Nam si, vt ipse asserit, humanationis modus coniunctio quædam est simplex, & secundum solam filiationis dignitatem, quid prohibet eam coniunctionem in alijs etiam omnibus factam dicere? Sed proculdubio qui solers est & acutus, prospicit eius orationis absurditatem. Quonam igitur fertur, ad ea quæ dicere nefas est, impulsus? Dicetur autem illi à nobis illud Ieremiæ dictum: In multitudine viæ tuę laborasti. fluctuat enim, & omni vento circumfertur, vt beatus Paulus ait. Accipe igitur anchoram animæ tutam ac firmam, statue supra petram pedes tuos. Si hominem factum ipsum Dei Verbum dicis, hoc ipsum satis est ad explicanda

* sententiarum

Esai. 57. & 10. Ephes. 4.

νους ἡμᾶς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίσωμεν. Καὶ ἡ μὲν τῶν δογμάτων ὀρθή τε καὶ ἀδιάστροφος, καὶ εἰς εὐθὺ βλέπουσα τρίβος, ἡ δὲ τὸ εἶσι καὶ ἐκ ἔστιν. αὖθις ἦ δὴ πάλιν, ὁ τὴν ἐνανθρώπησιν ἡμῖν ἐνομάσας τοῦ ἐκ πατρὸς ὄντος λόγου, μετανυχὶ καὶ εἰς λήθην οὐδὲ ὧν ἔφη περιεχθείς, διέσπασε πάλιν εἰς δύο τὸν ἕνα, καὶ ταῖς τῶν *ὀνομάτων ἐξιπλίαις ἀνοήτως ὀπτηχόμενος· καὶ φωνῆς ἀβασανίστοις εἰκῆ κεχρημένος. ἔφη γάρ. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐκείνῳ συνῆπται τῷ ἐκ ἀρχῆς ὄντι υἱῷ, τῷ αὐτῷ καὶ συναφθῆναι, ἃ φύσασθαι καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος διαιρεῖν δέξασθαι· καὶ τὸ ἀξίωμά φησι τὸ υἱότητος, οὐ καὶ τὰς φύσεις. Ὀρθῶς γε ὦ τᾶν· τὸ ἀσφαλὲς ἄνευ δοκῶν, · · · ἀκριβὲς πρωτεῖον. καὶ διειλημμένῳ κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ, ἀλλ' ἀσφαλῶς πλησιάσαι· ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ διαιρῶ τὰς φύσεις, συλλέγεις εἰς ἕνωσιν κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος. ἆρ' οὖν ἀπόχρη πρὸς ἕνωσιν ἀληθῆ τὴν κατὰ φύσιν ἀλλήλων διεσχῶσιν, ἡ τῶν ὀνομάτων ταυτότης, ἤγουν ὁμωνυμία, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν ἀξίωμα; εἰ γὰρ καὶ οὕτω φαίνοι δοκεῖ. σὺ γοῦν, ἐπειδήπερ τὸ τῆς χειρὸς ὄνομα, καὶ μίαν τὴν, ὑὸς ἐστὶ κύριος, κοινὰ πέφυκε καὶ ἑτέρου, πλεῖστοι γὰρ ὅσοι γεγόνασι χεῖρες, κέκλιται δὲ ὑὸς καὶ κύριοι, εἶεν ἂν καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος, ἀδιαίρετόν τι ἀλλήλων, καὶ ἓν οἱ πάντες καθ' ἑνωσιν, ἵν' ἀπ' ἀρχῆς νομίζῃς αὐτὸς καὶ ὅδε χειρός· διεσχίσθαι δὴ ὅλως πρὸς τὸν σὸν θεῖον λόγον ἀνθρωπος καθ' ἡμᾶς. εἶτα πῶς ἀδιάρλωτον πάλιν, πῶς δὲ καὶ υἱὸς εἷς, σὺκ ἔχω νοεῖν, εἰ μὴ καθ' ἑνωσιν ἀληθῆ συμβεβηκέναι φαμὲν τῷ λόγῳ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπειδὴ δὲ χρὴ, νὴ μὰ τὸν πύτυ φωνάς, ἃς εἰς ἑαυτοὺς εὐνοίας ἀφειπεῖν τὸν λόγον, ἵνα παντελῶς ἐλέγχηται παφρενικῶς σὺκ ἐρῶ. φέρε δὴ φέρε, καὶ κεῖνο λέγωμεν. εἰ γὰρ λέγοι πρὸς ἑνωσιν, τῆς ὑότητος τὸ ἀξίωμα, ἐπειδὴ καλῶπύ τι ἐστιν υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος, κοινὸν δὴ πολλοῖς ἄλλοις τοὔνομα, τί τὸ λυποῦν εἰπεῖ μοι, καὶ αὐτοὺς ἡνῶσθαι λέγειν αὐτῷ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἵνα μηδὲν ἔχῃ παρ' αὐτοὺς τὸ πλεῖον ὁ Ἐμμανουήλ; φιλονεικήσῃ γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς αὐτῷ, καὶ περὶ τῶν ἴσων ἀμιλλήσεται τὸ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἠξιωμένον· καὶ τὸ συναφείας ἡμῖν ὁ τρόπος, κατὰ ψιλὸν δὲ μόνον ἴσας τὰς κλήσεις, ἤγουν τὰς ὁμωνυμίας. εἶτα τί τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως νοεῖται χρῆμα; τί δὴ πρὸς πύτυ, δὲ τὸ, ἐν τῇ ἢ δούλου καθήκειν μορφῇ; εἰ γὰρ ἔστι κατ' αὐτὸν ὁ τὸ ἐνανθρωπήσεως τρόπος συναφεία τις ψιλὴ, δὲ κατὰ μόνον τὸ ὑότητος τὸ ἀξίωμα, τί τὸ κωλῦον εἶπ καὶ ὅλλ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πεπρᾶχθαι λέγειν αὐτόν; ἀλλ' ὅρα μὴ πάντως, ὁ φιλομαθής, τὸν λόγον τὸ ἀκαλλές. τοῖ δὴ ἂν ἀποφέρεται πρὸς ἃ μὴ θέμις ἐξεπικώς; ἱερέσται δὲ πρὸς ἡμῶν αὐτῷ τὸ Ἀλγὶ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· πῆς πολυοδίας σου ἐκοπίασας. κλυδωνίζεται γὰρ εἰκότως πανταχοῦ τὸ περιφερόμενος, καθώς φησιν ὁ ἀποστόλος Παῦλος. σὺκοῦν δέχου τὴν ἄγκυραν τῆς ψυχῆς τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν· ἔστω δὴ πέτραν τὸς ἑαυτοῦ πόδας. εἰ ἐνανθρωπήσει φῂς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἀρκεῖ γοῦν πρὸς ἐλλο-

* Vide Isaiæ 57. hoc in loco.

δήλωσιν τοῦ καθ' ἡμᾶς γηΐδιον τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καίτοι τὴν ἐλευθερίαν ἔχων ὡς υἱός. ἴσῳ γὰρ ἐν ἰσότητι τοῦ πατρὸς, τοῦ τε κύ τῶν ἁπάντων ἔχοντος κράτος. πῶς οὖν διαιρῶν τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν. ὅτι μὲν γὰρ ἕτερόν τι, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἡ τε θεία καὶ ἡ ἀνθρώπου φύσις, πρέπει καὶ πρέπει, καὶ ἀναγκαῖον εἶναί φημι τοῖς ἐμφρόσι. διεστήκασι γὰρ ἀλλήλων καὶ ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς. ὅτι δὲ τῶν ἁπάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, συναπτέον εἰς ἕνωσιν τὴν ἀληθῆ τε καὶ καθ' ὑπόστασιν, πρόσεστι τῇ διαιρέσει· ἵνα γὰρ οὕτως ὁμολογήσῃς Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ τῶν ἐξευρημάτων ἡμῖν δογμάτων εὑρετὴς, ἐν σμικρῷ μὲν ἐποιήσατο λόγῳ τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα· διαπεμψάμενος δὲ καὶ αὐτὸ κύ τὸ εἶναι, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν, κεχώρηκε πάλιν ὅθι τὸ αὐτοῦ ἐνοικεῖν, κύ φησί. Διαπορῶ κύ Χριστὸς ὁ θεῖος λόγος ὀνομάζεται, ἐπεὶ περ ἔχει τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἑνικωτάτην. κύ οὐκ ἔστι τὸν θεὸν λόγον αὐτὸν τῆς ἀνθρωπότητος πρᾶξαί τι. ἀπηκρίβωται γὰρ εἰς ἄκρον συνάφειαν, οὐκ εἰς δοξασίαν, κύ τοὺς σοφοὺς τῶν δογμάτων τῶν νεωτέρων. Οὐ τοίνυν Χριστὸν ὀνομάζω θεὸν ἰδικῶς τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λέγων, ὡς ἔχοντα τὴν συνάφειαν πρὸς Χριστὸν, ὡς πρὸς ἕτερόν του δηλονότι, πῶς ἂ προφυλάξαιτό τις μάτην εἰρηκώς, ὅτι μὴ τὴν αὐτάληψιν ἢ δυάδα καλεῖσθαι κεχωρισμένως; εἴπερ ἔχ ἓν τι νοεῖται πρὸς ἡμᾶς, τὸ, ἑτέρῳ τινὶ σχετικῶς συνῳδὸν λεγόμενον· δύο γὰρ πάντως τὰ ἀλλήλοις συμβαίνοντα, ἔ ἔχ ἓν αὐτὸ τὶ, τὸ ἑαυτῷ συναπτόμενον, νοεῖτ' ἂν αὐτῶς. ψυδόμυθοι δὴ ἂν τὰ ἐκείνου κύ λῆρος ἑτέρως. Ἡμεῖς γὰρ μὴ τὴν ἕνωσιν, κἂν εἰ θεὸν λόγον ὀνομάσῃ τις, ἢ δίχα νοοῦμεν αὐτὸν τῆς ἰδίας σαρκός· κἂν εἴπῃ Χριστὸν, σαρκωθέντα τὸν λόγον ὁμολογοῦμεν. Τίς γὰρ δὴ ἄρα ἔ ὁ τρόπος τοῦ λεγομένης συναφείας νοεῖται τρόπος; εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαι φῂς καθ' ὑπόστασιν τῷ ἐκ θεοῦ φυσικῷ λόγῳ τὸ ἀνθρώπινον, τί τὴν θείαν εἰκῇ μοι σπουδάζεις σάρκα; καίτοι σφοδρυνεῖν αὐτῇ μὴ παραιτούμενος, πείσεις μόνῃ τῇ θείᾳ τι κἀ δοκησίσοφῳ φύσει τοῦ σφοδρυνῶσθαι δεῖν. εἰ δ' ἐ ἀληθῆ μὲν οὐκ οἶει χρῆσθαι τὴν ἕνωσιν, συνάφειαν δ μᾶλλον ἡμῖν ὀνομάζεις τὴν κύ' ᾗ τὴν ὁμωνυμίαν, κύ τὴν ἐν ψιλαῖς κύ μόναις τοῖς ὀνόμασι κλήσεσιν ἀξίαν, τί σπουδολογῇ, ἀπηκρίβωσθαι λέγων τὸν ἐκ γυναικὸς πρὸς ἄκρον συνάφειαν, δῆλον δ, ὅτι τὴν πρὸς τὸν λόγον; ὁμώνυμον μὲν γὰρ ἀλλήλοις ἔσει αὖ, τό τε υἱὸς, υἱῷ· κύ κύριος, κυρίῳ· ἀλλ' οὐδὲν ἀλλήλων μετέσχηκεν αὖ τὰ ὀνόματα· κἂ τὸ σφόδρα ἐν τούτοις πλυνεργασμονεῖν, ἱκανὸν οἶμαί που· υἱὸς γὰρ υἱοῦ, κἂ τὸ υἱὸς, οὔτε τὸ μεῖζον, οὔτε τὸ ἔλαττον ἔχει. σφόδρα σοι πῶς αὖ ἄρα κἂ μάλα σαφῶς ἀπηκρίβωσθαι λέγων αὐτὸν πρὸς ἄκραν συνάφειαν. πρέπει δ' αὖ κατά γε τὸ αὐτό μοι δοκεῖν, ἐ κύ τῆς ὁμωνυμίας τὸ ἀπηκρίβωσθαι λέγειν αὐτὰς ἀλλήλαις. ἐκείνοις δὲ μᾶλλον, ἃ τὴν ἐκ τῶν ὁποιῶν ἰσότητά τε, κἂ ὁμοιότητα τῶν ἐν αὐταῖς

πεπε-

candum, noſtri ſimilem factum eſſe illúm, qui eſt ſupra omnem creaturam. accepit ſerui formam, quamuis libertatem vt Deus haberet. nam erat in æqualitate Patris eius qui ſuper omnia obtinet imperiũ. Deſine diuidere naturas poſt vnionem. nam ſcire aliud atque aliud eſſe diuinam humanamq. naturam, non modo conuenire prudentibus viris, verumetiam neceſſarium eſſe cenſeo. diſtant enim inter ſe, & quidem inæſtimabili differentiarũ ſpatio. in omnium autem noſtrum ſaluatore Chriſto vbi illas coniunxeris in veram & ſecundum hypoſtaſim vnitatem, caue diuiſionem: ſic namque vnum Chriſtum fateberis, & filium & Dominum. Sed neſcio quomodo hic vanorum inuentor dogmatum rem ipſam vnionis admodum paruipendit, illaq. reiecta, vt conſequens certe erat, & vi ſimul ipſa veritatis abdicata rurſus ad id recurrit quod ſibi placebat, & ait, [Ideo etiam Chriſtus appellatur ille Deus Verbum, quia habet perpetuã cum Chriſto coniunctionem. neque contingit vt Deus Verbum ſine humanitate faciat aliquid. perductus eſt enim ad ſummam coniunctionem, non ad deificationem, vt ſapientes è recentioribus dogmatiſtis aſſerunt.] Cum igitur dicat Chriſtum appellatum eſſe illud ex Deo Patre Verbum, quia habeat cum Chriſto coniunctionem, vt cum altero nimirum, quomodo nõ temere nugatus eſt, cum dixit, poſt aſſumptionem non poſſe vocari ſeorſim? ſiquidem quod alteri cuidam rei ſecundum habitudinem coniunctum eſſe dicitur, id non poteſt à nobis tamquam vnum aliquid intelligi. nam quæ inter ſe conueniunt, duo prorſus iure intelliguntur, & non vnum aliquid quod ipſum ſibi copuletur. fabulæ ſunt igitur & vaniſſimæ nugæ illius verba. Nos autem poſt illã vnionem, ſiue Deum Verbum nominet quiſpiam, non ſine propria carne illud intelligimus, ſiue Chriſtum dicat, incarnatũ Verbum agnoſcimus. Iam vero qui nam etiam illius quam tu coniunctionem dicis, intelligitur modus? Nam ſi humanitatem dicis vnitam ſecundum hypoſtaſim illi ex Deo genito Verbo, cur quæſo diuinam illam carnem afficis iniuria? tametſi eam adorare minime refugias, cum adorationem exhiberi nonniſi diuinæ & ineffabili naturæ conueniat. quod ſi haud veram putas factam vnionem; & coniunctionem potius appellas illam ſecundum homonymiam, & in ſola ac nuda æqualis appellationis ſocietate poſitam dignitatem, quid magnifice nugaris, dicens illum ex muliere editum ad ſummã coniunctionem perductũ, nimirum cum Verbo? Homonyma namque inter ſe erunt & filius filio, & Dominus Domino. Sed nihil hæc nomina vnũ altero minus habebunt, & quid in his eximium ſit exquirere vanũ ſit opinor. nam filius filio, qua filius eſt, nec maius aliquid nec minus habet. Superuacua igitur te verba fundere apertiſſimum eſt, cum ipſum perductum dicis ad ſummam coniunctionem. Non enim, vt mihi videtur, de homonymis conuenit dicere quòd ad ſummã ſimilitudinem ſint perducta, ſed his potius quæ per omnia æqualitatem ac ſimilitudinem quarumcumque rerum ſortita ſunt, cum quibus vnum eſ-

se creduntur. verbi gratia, expressum dicimus ad summam similitudinem alicuius hominis formæ vel filium ex eo genitum, vel exempli gratia imaginem: porro secundum coniunctionis modum quonam pacto aliqua aut dicantur, aut intelligantur expressa? Sed ipse nobis interpretatus est huius vim coniunctionis. [Non enim, inquit, contingit vt Deus Verbum sine humanitate faciat aliquid.] Concordes igitur & consentientes sunt, vt tu existimas, & cõmuni consilio ad singulas res faciendas tendere credemus par illud filiorum à te dictorũ. quod si ita est, quomodo non duo Christi, & filij, & Domini? At vero corpore tamquam organo ipsum Verbum vsum affirmas, vt est consequens. Sed si vnum dicis filium, & vnam hypostasim Verbi incarnatam, non ipsum erit diuinitatis organum, sed vtetur potius proprio corpore tamquam organo; vt nimirum ipsa hominis anima. Ergo vnum fatere, non diuidens naturas, simul intelligens ac sentiens aliam esse carnis, aliam diuinitatis rationem quæ illi ac soli conueniat. neque enim illam Verbi carnem dicimus factam esse diuinitatem, sed potius diuinam, vt illius propriam. Nam si hominis caro humana dicitur, quid prohibet etiam diuinam dicere illam quæ est Dei Verbi caro? Quid igitur irrides pulchritudinem veritatis? sanctæ illius carnis consecrationem in deos nobis obijciens, ac propemodum deificationem hominibus recte sentientibus exprobrans: tametsi ipse dicas,

NESTORIVS. *Vt ergo demonstretur ipsis quoque Magis quis hic est ab illis adoratus, & ad quem illos duxerit Spiritus sancti gratia, nempe non ad simplicem vulgo conspectum infantem, sed ad corpus quoddam ineffabiliter Deo coniunctum.*

CYRILLI CAP. IX. Cum igitur corpus ineffabiliter Deo coniunctum dicat, quod autem est vere ineffabile, supra intelligentiam sit & supra sermonem, vera prorsus erit vnio vel coniunctio, vt ipse loqui solet. nam eiusmodi sunt ineffabilia, & rerum ita inter se conuenientium haud vtique quisquam scire poterit modum. Quod si dicere nosti, ac putas posse te vim illius coniunctionis declarare, quomodo adhuc erit ea res ineffabilis? Miror autem quòd quamuis corpus Deo coniunctum dicat, idq. ineffabiliter, non tamen illud etiam ipsius proprium esse asserat, vt cum eo tamquam vnum intelligatur; sed rursus in hominem ac Deum diuidit seorsim ac separatim, vnum Christum & Dominum IESVM, & recte sentire se simulat, dicens.

NESTORIVS. *Neque vero simplex homo est Christus, ò calumniator, sed homo simul & Deus. quòd si solum Deus esset,* Ioan. 7. & 8. *opus erat, ò Apollinari dicere, Quid me quæritis interficere Deum, qui vera locutus sum vobis? Hic ille est cui spinea fuit circumposita corona: hic qui dicebat,* Matth. 27. *Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquisti? hic qui triduanam subijt mortem. adoro autem hunc simul cum diuinitate, tamquam diuinæ defensorem gloriæ.*

CYRILLI CAP. X. Vide iam rursus quemadmodum raptim decipiat, & suis sermonibus veritatis speciem circumpsd

A πεπεδμένον, ἀλλαχόπου φαίνεται· εἶον φέρε εἰπεῖν. ἀπηκριβῶσθαι φαμὲν πρὸς ἄκρον ἐμφέρειαν τῆς τοῦ θείου μορφῆς, ἢ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγενέσθαι υἱόν, ἢ φέρε εἰπεῖν εἰκόνα. πῇ δέ γε τὸν τῆς συναφείας τρόπον, πῶς αὖ ἀπηκριβῶσθαι λέγειν τε νοεῖν τινά; ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἡμῖν ἐξηγήσατο τῆς συναφείας τὸν δυνάμιν. Οὐ γὰρ ἐᾷ φησὶ τὸν θεὸν λόγον, καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος πεφυκέναί τι. ἐμέφρονες οὖν ἀλλήλοις καὶ ὁμογνώμονες εἶ σὺ, καὶ δὴ καὶ κοινῶν σπερμάτων ἐφ' ἑκάστοις τῶν πραγμάτων εἶναι πεδόμεθα τὸν τῶν B θεῶν καὶ λεγομένων ἡμῶν ξυνωρίδα· εἶτα πῶς οὐ δύο χριστοὶ, καὶ υἱοὶ, καὶ κύριοι; Ἀλλ' ὡς ὀργάνῳ τῷ σώματι κεχρῆσθαι τὸν λόγον διαχυρίζῃ καὶ τοῦτο· ἀλλ' εἷς μὲν ἕνα φῂς υἱὸν, καὶ μίαν ὑπόστασιν τὴν τοῦ λόγου σεσαρκωμένου, οὐκ αὐτὸς ἔσῃ ῥᾴστης ὄργανον· κεχρήσῃ δ' μᾶλλον οἷά περ ὀργάνῳ τῷ ἰδίῳ σώματι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή. οὐκοῦν ὁμολόγησον ἕνα, μὴ διαιροῦν τὰς φύσεις, μηδ' εἰδέναι, καὶ φρονεῖν, ὅτι σαρκὸς μὲν, ἴδιος ὁ λόγος θεότητος δ' πάλιν, ὁ αὐτὸς καὶ μόνη πρέπων· ἴδιον μὲν δὴ θεότητα φαμὲν τοῦ λόγου τὸν σάρκα. θεῖναι δ' μᾶλλον, ὡς ἰδίαν αὐτοῦ· εἰ γὰρ ἀνθρώπου σὰρξ ἡ ἀνθρωπίνη λέγεται· τί τὸ κωλύον ἔτι καὶ θεῖναι εἶπεῖν τὴν τοῦ θεοῦ λόγου; τί πάθω λέγοιμι τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, ἀποθέωσιν ἡμῖν ὀνομάζων τὰ ἁγίας σαρκὸς, μόνον δ' οὐχὶ, καὶ κατηνδίζων τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν βουλομένοις τὴν θεοπίσιν; καίπι λέγων αὐτός.

Ἵνα πάντως δειχθῇ καὶ τοῖς μάχεις τὴς ἐπ' οὐρανοῦ ὁ παρ' αὐτοῦ πεφοιτηκώς, καὶ ὅπη πανταχοῦ αὐτοῦ τὰ πνεύματα τοῦ ἁγίου ἡ χάρις· ἔτι οὐκ ὀλίγα ψαλεῖν ἁπλῶς θεωρούμενον βρέφος, ἀλλ' ὅτι τὸ σῶμα πεπνευματισμένον ἀῤῥήτως θεῷ.

Ὅτι πάντως ἀῤῥήτως πεπῆχθαι θεῷ τὸ σῶμα φησὶ τὸ δ' ἀπῤῥήτου ἀληθῶς, ὑπὲρ νοῦν ἐστὶ καὶ λόγον, ἀληθὴς πᾶν παντὸς ἡ ἕνωσις, ἤγουν ἡ συνάφεια, κατ' αὐτόν. ἀπῤῥήτου γὰρ τὰ τοιάδε, καὶ τῶν οὕτως ἀλλήλοις συμβεβηκότων, οὐκ ἂν εἴμην τὸν εἰδέναι τὸν τρόπον. εἰ δὲ εἰδὼς λέγει, εἶπε τὸ δυνάμενον διηγήσασθαι τῆς συναφείας τὸν δυνάμιν, πῶς ἀπῤῥήτου ἐστὶ τὸ χρῆμα ἐστι; θαυμάζω δ', ὅτι καίπι σῶμα λέγων πεπῆχθαι θεῷ, καὶ τοῦτο ἀπῤῥήτως, οὐκ αὐτὸς δὴ τοῦτ' καὶ ἴδιον ἔναι φησιν, ἵν' ὡς ἓν νοοῖτο μετ' αὐτοῦ· μεμέλῃ δ' πάλιν εἰς ἄνθρωπον καὶ θεὸν, οἷά μέρους τι καὶ ἰδικῶς, τὸν ἕνα χριστὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν, καὶ ὀρθὰ φρονεῖν ὑπολαμβάνεσθαι, λέγων.

Ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ χριστὸς συναφείᾳ. ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοῦ καὶ θεός· εἰ δὲ μόνον ὑπῆρχε θεὸς, ἐχρῆν Ἀπολιναρίῳ εἶπεῖν, τί με ζητεῖτε λοιπὸν ἀποκτεῖναι θεὸν, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; οὗτος ὁ τὸν ἀκάνθινον περιθέμενος στέφανον· οὗτος ὁ λέγων θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; οὗτος ὁ τεθνεὼς παθητὸν ὑπομείνας. προσκυνῶ δὴ καὶ τῇ θεότητι τοῦτον, ὡς τῆς θείας συνήθορον οἰκονομίας.

Ἄφες δή μοι πάλιν, συναρπάζοντα μὲν, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν μόρφωσιν τοῖς ἑαυτοῦ περιγράφοντα λόγοις·

E

ἃ γὰρ

ὁ δὲ ψιλὸς ἄνθρωπός φησιν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἄνθρω- A
πος ὁμοῦ καὶ θεός. διῃρῆσθαι δ' πάλιν καὶ οὐχ ἕνα λέ-
γοντα, καὶ ἀνυπόστατόν τι διϊσχόμενον ἀμαθῶς, & κα-
ταπαιδεύοντα τὸ δοκοῦν. ὡς γὰρ λέγοντός τινος, γυ-
μνὸν ὄντα γῆς & σκιᾶς αὐτὸν ὤφθαι τι ἡμῖν τὸν λό-
γον, & τοὺς πρὸς ἡμᾶς πεπαιδαχέναι λόγους, ἤγουν ἐπεζ-
ητῆσθαι τὰς θεοπρεπείας. ἤγουν ὅτι καινὸς ἦν ἄνθρωπος,
οὐ σὰρξ αὐτὸς ὁ λόγος γέγονε σάρξ· ὁ δὲ ψιλὸς φησιν ἄν-
θρωπος ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ θεός. Ἡμᾶς δ' ὦ βέλτιστε,
φαίην ἂν ἔγωγε, κἂν λέγωμεν αὐτὸν ἄνθρωπόν τι
ὁμοῦ καὶ θεόν, οὐκ ἀπὰ μέρους διϊστῶντες τὸ τριάδι φα-
μέν· τὸν αὐτὸν δ' μᾶλλον εἰδότες & πρὸ τῆς ἐνανθρω- B
πήσεως, ὑὸν καὶ θεὸν & λέγομεν τοῦ πατρός· ἄνθρωπον δ'
μὴ πάντα καθ' ἡμᾶς γεγενόντα, & σεσαρκωμένον. ὁ δ'
διϊσχυριζόμενος μὴ δεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον νοεῖσθαι ψι-
λὸν, ἀλλὰ θεὸν & ἄνθρωπον, ἀστεμμένον μὲν γὰρ ἀπαί-
θειαν οἶδεν, καὶ τὰ ἴσα τῶν παθῶν, ἰδικῶς αὐ-
θρώπῳ καὶ ἀπὰ μέρους· προσκυνεῖν δ' ὁμολογεῖ σὺν τῇ
θεότητι τοῦτον· καὶ τὸ ἐπὶ δυσσεβέστερον, ὡς οὐκ ὄντα
μὲν καὶ τὸ εἶναι θεὸν ἀληθῶς καὶ υἱόν· σωτῆρα δ' γε-
νέσθαι τῆς αὐθεντίας τοῦ λόγου. ὅτι γὰρ διέστηκεν ἐναρ- C
γῶς, σαφῶς πάλιν τὸ, σὺν τῇ θεότητι προσκυνεῖσθαι
δεῖν αὐτὸν ὁμολογεῖν. τὸ γὰρ ἕτερον συμπροσκυνούμε-
νον, ἕτερόν που πάντως ἐστὶ, παρ' ὃ κεῖνο, μεθ' οὗ προσ-
κυνεῖσθαι λέγεται. ἡμεῖς δ', μιᾷ προσκυνήσει τιμᾶν
εἰθισμένοι τὸν Ἐμμανουὴλ, & διϊστάντες τοῦ λόγου τὸ
ἑνωθὲν αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν σῶμα. Τί δ' ἂν νοοῖτο, τὸ
τῆς θείας σωτηρίου αὐθεντίας, βασανίζειν ἄξιον· ἆρα
γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καθ' ἑνα
τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν ἕτερον τῷ
κόσμῳ διεκήρυξε Χριστὸν, ἤγουν υἱὸν καὶ κύριον, ὡς
θείαν ἔχοντα τὴν ἐφ' ἅπασιν αὐθεντίαν, ἤγουν ἐξου-
σίαν, σωτηρόθεν δ' καὶ αὐτὸς τῇ ἑτέρᾳ δόξῃ; καίτοι D
τῶν γεγενημένων ὁ χορὸς, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἐκ σπέρμα-
τος Δαυὶδ κατὰ σάρκα τῷ κόσμῳ διακηρύξαντι· καὶ
τῆς πίστεως ἡμῶν ὁ τρόπος διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολο-
γίας ἔρχεται· δικαιούμεθα δ' πιστεύοντες, οὐχ ὡς ἑνα
τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸν φύσει θ
καὶ ἀληθῶς ὄντα θεόν. καὶ γοῦν ἄθεα μὲν τὰ ἔθνη
διεπίλουν κατὰ τὸν κόσμον, Χριστὸν ἐκ εἰδότα πρὸ,
καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· ἐπεὶ δὲ ἐγνώκασι-
ν, & μεμενήκασιν ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος
θεοῦ. οὐκοῦν διδασκέτω τῇ τινος δόξῃ καὶ αὐθεντ-
ίᾳ σωτηρόθεν ὁ Χριστός. καίτοι τῶν πεφυκότων E
αὐτῷ τὴν πίστιν ἐφ' ἑαυτῷ μὲν αἴρεσθαι· ἀναπτῆναι δὲ
πρὸς τὸν αὐτῷ τῷ πατρί. καὶ γοῦν ἔλεγε, πιστεύε-
τε εἰς ἐμὲ, & εἰς τὸν θεὸν πιστεύετε· & πάλιν, ὁ πιστεύων
εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με·
καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. Ἀλλ' ἴ-
σως τὸ σωτηρεῖν κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, πάχα που
οὐ συμφώνως ἂν τὶ σωτηρεῖν· ἐρήμην γὰρ, καίτοι τῆς
λέξεως, ἐπίσχον ἐχούσης τὴν σήλωσιν. εἶτα πῶς σω-
τηρόθεν ἂν ἄνθρωπος θεῷ κατά σε, καὶ πῶς ἐκ τῶν
ἐσχάτων παραινίας διενεγκών; Φέρε γὰρ τὴν ἑκατέρῳ πρέπουσαν κατισθήσωμεν λόγον. πρέπει δ' ἂν εἰπεῖν

cumponat. [Non, inquit, simplex homo est Christus, sed homo simul & Deus:] rursusq. diuidat, & haud vnum esse dicat, & stulte quod à nemine sit positum accipiat, & quod sibi placet adstruat. Perinde enim ac si quispiam diceret, nudum ipsum Verbum & citra carnem in terris nobis apparuisse, nobiscumq. locutum, vel diuina signa edidisse, aut communem hominem fuisse, non ipsum Verbum factum esse carnem, [Non, inquit, simplex est homo ipse Christus, verũ etiã Deus:] Sed vt mihi dicere liceat, nos ò vir optime, quamuis illum dicamus hominem simul & Deũ, non hæc seorsim diuidendo dicimus, sed potius eumdem scientes etiam antequàm esset homo factus, & filium, & Deum, & Verbum Patris, hominem vero postea nostri similem factum, & incarnatum. Ille vero cum affirmet non esse illum nudum hominem intelligendum, sed Deum & hominem, spineam quidem coronam & cetera passiones proprie ac seorsim homini tribuit, & adorare se hunc simul cum diuinitate fatetur, & quod magis impium sit, tamquam non sit, vt est consentaneum, vere Deus ac filius, sed auctoritatis Verbi assertor. Nã quòd euidenter distinguat, ex eo rursus perspicuum fiet, quòd cum diuinitate ipsum esse adorandum confitetur. quod enim cũ altero adoratur, diuersum est prorsus ab eo cum quo adorari perhibetur. Nos vero vna adoratione honorare consueuimus Emmanuelem, non diuidentes à Verbo corpus ipsi secundum hypostasim vnitum. Quid autem significent illa verba, Diuinæ assertorem auctoritatis, examinandum est. Num enim etiam ipse Dominus noster IESVS Christus vt vnus è sanctis Apostolis & Euangelistis, alium mundo prædicauit Christum, vel filium, vel Dominum, vt habentem ad omnia diuinam auctoritatem siue potestatem, & ipse alterius gloriam asseruit? Atqui chorus ipse Dei prædicatorum IESVM Christum illum ex semine Dauid secundum carnem prædicat, & ipsa fidei nostræ ratio per confessionem in eum factam pergit: iustificamurq. eo ipso quòd credimus non vt vnum è nobis hominem simplicem, sed in ipsum natura vereq. Deum. Itaque sine Deo gentes erant in hoc mundo, Christum ignorantes aliquando, vt ait beatus Paulus. vbi vero illum agnouerunt, non permanserunt ignari eius qui secundum naturam est Deus. Igitur doceat cuius gloriæ & auctoritati patrocinatus sit Christus. tametsi ab hominibus ad se accedentibus fidem in seipsum exigat, & eam ipsam in se ipsi Patri attribuat. itaque dicebat: Credite in me, & in Deum credite. & iterum: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Sed fortasse hoc verbum σωτηρεῖν, quod patrocinari diximus, subindicat idem quod ἰσηγορεῖν, hoc est, ex æquo prædicare. permitto enim, quamuis hæc dictio aliam habeat significationem. Atqui quomodo ex æquo de se loquatur homo perinde ac Deus, vt tu putas, & qui à Iudæis illatas contumelias pertulit? Age enim, sermonem vtrique conuenientem consideremus. nam vero secundum

Ephes. 2.

Ioan. 14. Ioan. 12. g

σ'. ἑαυτῷ

dum naturam Deo conuenit dicere, Ego sum inuisibilis, intractabilis, impassibilis, incorporeus, item vita & viuificator, & supra omnia tanquam Deus. hic vero si sua nobis natura vt habeat exponat, dicet vtique vt par est, Visibilis sum, & tractabilis, passibilis, & corruptioni subiectus, ac sub Deo. num igitur qui talia dicit, is aeque de se prædicabit atque ille præstantior & excellentior, quod ad suæ naturæ attinet rationes? atqui quomodo non id stultum sit dicere? nam aut ille prorsus, aut hic mentietur. Assertionem vero cum dicis, siue patrocinium, sic namque liceat dicere συνηγόρευσιν, nonne alterum rursus quemdam alteri patrocinari etiam inuitus ipse confiteris, qui nobis coniunctionis nomen commemoras, & vnum Christum & Dominum in duo diuidens adoras, immo vero simul adoras, & liberare te putas Ecclesiam deificationis crimine, cum ipse deifices hominem, & non vnum dicas filium, etiam si non extra propriam carnem intelligatur? Adorabis enim tunc quoque, sed sine crimine; & cognosces vbi eras, vt scriptum est, cum à veritatis dogmatis aberrares. At enim, inquit, leproso dixit: Volo, mundare. & filiæ archisynagogi, Puella surge; & mari, Tace, obmutesce. in eo igitur in dicendo comes ac pariloquens fuit: nam diuina verba eloquebatur, per quę facile omnia perficere licebat. Duo igitur erant qui præcipiebant, & vtriusque esse concedemus verba omnibus de rebus prolata. Cum ergo dicit, Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis; cuius, obsecro te, huiusmodi verba esse dicis? an illa quidem ipsi Verbo tribues, hæc vero tamquam homini à Verbo diuerso, ipsi ex muliere genito? Sed quo loco pones beatum Paulum aperte dicentem: Nobis autem vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum, & vnus Dominus IESVS Christus, per quem omnia, & nos per ipsum? Iste vero sursum deorsum dictitans, Vnus Filius, & non alius & alius, neque item Christus & alius Christus, cum suis pugnat verbis, duabus personis & hypostasibus proprijs tum Dei prædicatorũ voces, tum suas ipsius tribuens. Sed enim suarum haud negligens sententiarum infert rursus.

Matth. 8. Matth. 9. Marci 4.

Ioan. 7. & 8.

1. Cor. 8.

Venerer ipsum vt omnipotentis diuinitatis imaginem: nam superexaltauit eum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine IESV *Christi omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus* IESVS *Christus.*

Philip. 2.

CYRILLI

Et quisnam intelligetur item is, quem vt ipse putat, se venerari fatetur, & quem propter diuinam similitudinem simulat se honorare, nisi ille prorsus, quem dudum nobis appellabat (quidnam diceret nescio) diuinæ assertorem siue adiutorem auctoritatis, quem simul cum diuinitate adorandum stulte asserebat, tamquam qui diuersus esset ac seorsim filius præter ipsum Dei Verbum? Ipsum etiam exaltatum dicit à Deo & Patre, ac præterea nomen accepisse super omne nomen, vt etiam ipsi omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua con-

ψασθαι μὲν γὰρ πλυπεσαγμένην τῶν εἰρημένων ἔοικε
χρείαν τὴν διάνοιαν, καὶ οἷον ἀναμηρυκώμενος τὸ τῶν
ἐννοιῶν βάθος· εἶτα ἐπιφέρεις ὡς οἴεται τὰ παρ' ἡμῶν
λόγον, εἰς τὸ ἐκτόπως τι, καὶ ἀμαθῶς πεποιῆσθαι δο-
κεῖν· ἴδωμεν φησὶ, τίς ὁ παρεμβαίνων καθὼς ἀπέ-
στειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ· κατ' ἐμαυτὸν γὰρ ζῶ, ὁ φησὶ
λόγος ἀφὼ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος
ζήσεται· τίνα ἐσθίομεν, τὴν θεότητα, ἢ τὴν σάρκα;
ἆρ' οὖν αἰσθάνῃ λοιπὸν ὅπου ποτὲ σὸ φρενῶν; ἀπεστάλ-
θαι γὰρ λέγων ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ὁ τρώγων μέ
B φησι, κἀκεῖνος ζήσεται. ἐσθίομεν ἢ ἡμεῖς, ἀ τὴν θεότη-
τα δαπανῶντες, ἄπαγε τῆς δυσβουλίας, ἀλλὰ τὴν
ἰδίαν τοῦ λόγου σάρκα ζωοποιὸν γεγονυῖαν, ὅτι γέγο-
νεν αὐτοῦ ζώντος ἀφὼ τοῦ πατρός· ἐκ οἴκοθεν μὲν
γὰρ φαμὲν κτᾶσθαι μέθεξιν τὴν ἐξωθεν, ἀ ἐπικτηθεῖσαν ζωο-
ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἐκ θεοῦ πατρὸς, ζωὴν ἢ μᾶλ-
λον κατὰ φύσιν εἶναι ἀφὼ βεβαιούμεθα· γεγόνηται γὰρ
ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ πατρός. ὃν πρὸ γὰρ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου
C πυρπόλημα φῶς, εἰ λέγοιτο τυχὸν λαμπρὸν εἶναι
ἀφὼ τὸ παμφόρον, ἤγουν, τὸν ἐξ οὗ πέφανται, ἀ κατὰ μέ-
θεξιν ἔχει τὸ εἶναι λαμπρὸν, ἀλλ' οἷον ἐκ φυσικῆς
ἀξιώσεως, τὸ τοῦ παμφόρου, ἤγουν ἀπαστράψαντος
φλογοείδημα φορεῖ· κατὰ τὸ ἴσον οἶμαι τούτῳ τρόπον
τὸ λόγον, κἂν ἀ λέγοι ζῶν ἑαυτὸν ὁ υἱὸς ἀφὼ τὸ πατέ-
ρα, μαρτυρήσεται ἀν ἑαυτῷ τὸν ἐκ πατρὸς ἀξίωμα,
D ἀ ἐκ τῆς ἄλλοθι κτίσμασιν ἀναμίξ, ἐπικτητόν τι κατ' ἐ-
ξωθεν ἔχειν ὁμολογήσῃ τὸν ζωὴν. ὥσπερ ἢ τὸ αὐτοῦ ἴδιον
λόγου σῶμα ζωοποιὸν ἐστιν, ἴδιον αὐτοῦ πεποιημένον
καθ' ἕνωσιν ἀληθῆ τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ νοῦν τὸ δὲ λόγον· οὕτω
κἂ ἡμεῖς οἱ τὸ μεθέξει γεγοίμεθα τῆς ἁγίας σαρκὸς, καὶ
αἵματος αὐτοῦ, πάντη τι κἂ πάντως ζωοποιούμεθα, μέ-
νοντος ἐν ἡμῖν τοῦ λόγου φυσικῶς μὲν, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύ-
ματος, ἀνθρωπίνως ἢ αὖ, ἀφὼ τῆς ἁγίας σαρκὸς ἐξ
ἡμῶν αἵματος. πεπληροφόρηται ἢ οἷς ἐφθέγξατο τὰ ἀληθῆ
ὁ ἱερώτατος Παῦλος, ὡδὶ γεγραφὼς τοῖς ἐν Κορίνθῳ
πεπιστευκόσιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν·
ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνατε ὑμεῖς ὃ φημι· τὸ ποτή-
ριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶ τοῦ
αἵματος τοῦ Χριστοῦ; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία
ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα
οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέ-
χομεν. πεύμασιν μὲν γὰρ τοῦ ἁγίου μεταποιηθέντες,
E τῷ τε τῶν πάντων σωτῆρι Χριστῷ, καὶ ἀλλήλοις ἑνούμε-
θα· σύσσωμοι ἢ τοῦ θεοῦ ἐσμὲν τὸ τρόπον, ὅτι εἷς ἄρ-
τος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς
ἄρτου μετέχομεν. ποῦθεν γὰρ ἡμᾶς εἰς ἑνότητα τὸ ἓν
ἡμῶν σῶμα Χριστοῦ, μεμιέχεται ἢ κατ' οὐδένα τρό-
πον. ὅτι ἢ ἀφὼ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἑνότητα τὴ
πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς γε τὴν εἰς ἀλήλους συνεπήγμε-
θα, πιστώσεται γράφων ὁ μακάριος Παῦλος· τούτου
χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ ὑ-
μῶν τῶν ἐθνῶν, εἴ γε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος
τοῦ

A tatem videre non ſuſtinet. accuſat autem diſpenſationem, & diuinum fortaſſe conſiliũ atque cogitationẽ reprehenſione vacare non patitur. Simulat enim vim verborum Chriſti ſe exquirere, ac veluti ruminans profunditatẽ ſententiarum, deinde quod à nobis dicitur, eo perducens, ſicut ipſe putat, vt abſurde & imperite dictum videatur: Videamus, inquit, quisnam præter ſententiam interpretetur: Sicut miſit me viuens Pa- Ioan. 6.
ter. nam ſimiliter atque ille, ego viuo Deus Verbum propter Patrem: & qui manducat me, & ille viuet. quem manducamus, diuinitatem, an carnem?] Num tandem ſentis, quo mens tua ſit loco? nam ſe miſſum eſſe dicens ipſum Dei Verbũ, Et qui manducat me, inquit, & ille viuet. Manducamus autem nos, non quòd ipſam diuinitatem conſumamus, (apage ab iſta impietate) ſed illam propriam Verbi carnem iam viuificam effectam, quia eius facta eſt, qui propter Patrem viuit. & certe non dicimus extrinſeca participatione & aduentitia viuificari Verbum à Patre, ſed vitam potius per naturam eſſe affirmamus. genitus eſt enim de Patre tamquam de vita. Vt enim fulgor à ſole miſſus, ſi forte ſplendidus eſſe dicatur propter mittentem, vel propter eum ex quo prouenit, non ex participatione habet vt
C ſplendeat, ſed quodammodo ex naturali nobilitate illam emittentis ſeu fulgurantis excellentiam defert; eodem opinor modo eademq. ratione etiam ſi viuere ſe dicat Filius propter Patrem, ſibi illam ex Patre nobilitatem ſuo teſtimonio vindicat, non vulgo aliarum creaturarũ admixtus inuectam & extrinſecus partam habere ſe vitam fatetur. Quemadmodum vero viuificum eſt illud ipſius Verbi corpus, quod ſibi proprium fecit per veram vnionem, quæ & intelligentiam & ſermonem ſuperat, ſic nos quoque
D qui illius ſanctæ carnis & ſanguinis eius participatione fruimur, omnino viuificamur, cum in nobis manet Verbum non ſolum diuino modo per ſanctum Spiritum, verumetiam humano, per ſanctam illam carnem pretioſumq. eius ſanguinem. Hæc quæ dixi, vera eſſe beatus Paulus ſuo ſuffragio confirmat, ſic ſcribens ad eos qui Corinthi in Dominum noſtrum IESVM Chriſtum crediderant: Tamquam prudentibus dico, 1. Cor. 10.
iudicate vos quod dico: calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes enim de vno pane participamus. Participes namque
E ſancti Spiritus effecti, & ipſi omnium ſaluatori Chriſto, & inter nos vnimur. concorporales etiã hoc modo ſumus, quoniam vnus panis vnum corpus multi ſumus. omnes enim de vno pane participamus. Conligat namque nos ad vnitatem corpus Chriſti quod eſt in nobis, neque eſt vllo modo diuiſum. Porro per Chriſti corpus ad vnitatem per quam & cum ipſo, & inter nos iungimur, collectos eſſe, confirmat beatus Paulus cum ſcribit: Huius rei gratia ego Paulus vinctus Epheſ. 3.
Chriſti IESV pro vobis gentibus, ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mi-

hi in vos, quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti, quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in ſpiritu, gentes eſſe coheredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto. Quoniam vero à principio nonnulli ex ijs qui crediderãt, huius myſterij traditionem ac vim ignorantes, ab eo quod conueniebat, diuertere volebant, & omnibus expoſita conuiuia & publicas epulas in Eccleſijs inſtruebant, homines qui id facere conſueuerant, ob-
1.Cor.11. iurgat beatus Paulus, ſcribens: Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudem vos in hoc? non laudo. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus IESVS Chriſtus in qua nocte traditus eſt, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cenauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcumque facitis, in meam commemorationẽ. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Ac diuinum quidem hoc eſſe myſterium, participationemq. eius viuificam, & incruentæ huius hoſtiæ vim longe illo legali cultu præſtantiorem, perfacile eſt videre vel ab eo ipſo, quòd illa priſcis hominibus ſancita per Moyſen, vmbra dicuntur, Chriſtus vero eiusq. omnia, veritas appellantur: ad eamq. rem cõfirmandam nobis erit adiumento beatus Paulus, qui ſic
Hebr.10. ſcripſit: Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Edebant enim illi veteres homines agnum immolatum: ſed illa vis eius eſcæ non ad ſatietatem ventris tantummodo cedebat, neque ea de cauſa ſacrificandi ritus ſecundum legẽ ſeruabatur; ſed vt mortem in alios inuadentem ipſi ſuperarent, & exterminatorem effugerent. itaque nocte vna interfecta ſunt Aegyptiorũ primogenita: illi vero nuda figura muniti, ſoli ab ea ſeruabantur, & vmbram auxilio habentes, etiam ipſa morte ſuperiores euaſerunt. Ergo conſeruabant ipſæ figuræ eos qui ante nos fuerunt. Quanto igitur res noſtræ ſunt excellentiores, quibus ipſa veritas, ideſt Chriſtus, illuxit, ſanctamq. ſuam carnem ad participandum appoſuit? quomodo id non ſit omnibus perſpicuum? Multo namque ſunt procul dubio præſtantiores ac ſuperiores. Atque huius myſterij vim vt declararet Dominus noſter IESVS Chriſtus, ait: Amen dico vobis,
Ioan.6.

A τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς, ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον, καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ, πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ· ἃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας ἐν Χριστῷ. ἐπειδὴ ἤ τὸ τοῦ μυστηρίου φθάσασί τι, καὶ δύναμιν ἠγνοηκότες ἐν ἀρχῇ τῶν πεπλανημένων ἦσαν, ἔξω τρέπεσθαι τοῦ εἰκότος ἤθελον, παραινούσας τι, καὶ δημοθοινίας πληροῦντες ἐν ἐκκλησίαις, τοῖς ἔτι ἁβρὰν ἀνθρώποις, ἐπιτίμα χάριν ὁ μακάριος Παῦλος· μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν B καὶ πίνειν; ἢ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τί εἴπω ὑμῖν; ἐπαινέσω ὑμᾶς ἐν τούτῳ; οὐκ ἐπαινῶ. ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν· ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδόθη, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡσαύτως δὲ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη C ἐστὶ, ἐν τῷ αἵματι τῷ ἐμῷ· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἔλθῃ. καὶ ζῶσα μὲν ἔστι τὸ μυστήριον, καὶ ζωοποιὸς ἡ μέθεξις, ἐν τῇ τοῦ αἱματεκχύτου πιστικῆς θυσίας ἡ δύναμις· ὧν πολὺ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας αἱμάτων, ἀπαλαίπωρον ἰδεῖν, καὶ ὡς ἔστι γε εἰπεῖν σκιὰ μὲν ἐκείνα τοῦ Μωσέως τοῖς ἀρχαιοτέροις πεφασμένα, χειρὶ γοῦν D ἅπαξ ἐν τῷ αὐτοῦ τοῦ ἀληθοῦς συλλήψεται ἤ πως ὅτε ἡμῖν καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, ἀδιαγράφως· ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη· καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; ἤδιον μὲν γὰρ οἱ πάλαι καταδύοντες τὸν ἀμνόν· ἡ δέ γε τῆς βρώσεως δύναμις, οὐκ εἰς πόρον ἀπλῶς ἔχώρει μοίρας, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῆς ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ τῆς θυσίας ἐπετηδεύετο κατὰ νόμον· ἀλλ' ἵνα θανάτου τοῖς ἄλλοις ἐκπεπωκότες, κρείττους τε εἶεν ἅπαξιν αὐτοῦ, καὶ διαδιδράσκοιεν τὸν ἐλεύθρον· τὸν. ζωῇ δὲ αὐθεντικῇ μὲν ἐν μιᾷ νυκτὶ τὸ πεφυτευκὸς Αἰγυπτίων· οἱ δὲ ἐν ψιλῷ τῷ τύπῳ πτήσσοντες, πολὺ μένοι παρ' ἐκείνοις ἐσώζοντο, ἐν σκότει ἔχοντες τὸν σκιὸν, καὶ αὐτοῦ θανάτου κατὰ μικρὸν ἐφαίνοντο. ἐκείνων ἐσώζοντο μὲν οἱ τύποι τοὺς ἐφ' ἡμῶν· ἐν τύπῳ δὲ ἦσαν τὰ καθ' ἡμᾶς, εἰς αὐτὴ λοιπὸν ἐπιλάμψειν ἡ ἀλήθεια, τυτθὸν χρόνον, τὸν ζωοποιὸν ἑαυτοῦ σάρκα ἀφομοιῶσις εἰς μέθεξιν· πῶς γὰρ οὐ πᾶσιν ἐναργές; πολὺ γὰρ ὀλίγα ἐν ἀμείνοσι, καὶ ἐν πᾶσιν ὑπερκειμένοις. καὶ τῷ γε ἔτι μυστηρίῳ δυνάμει ἐναργῶς καθηγεῖται ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ἀμὴν, φησὶ λέγω ὑμῖν.

ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀπέθανον. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου φάγῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν ἡ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐξ αἰμάτων Ισραὴλ Μωσέα καταθήπτουν ἐπὶ τῇ τοῦ μάννα χορηγίᾳ, καθειμένου μὲν τοῖς τότε ἐπιτηδείως ἐν τύπου τῆς μυστικῆς ἐξηγήσεως· ἀποπληρούσης δὲ τύπον τῆς μυστικῆς ἀληθείας· σκιὰ γὰρ ὁ νόμος· πάντῃ τι καὶ λίαν εὐμηχάνως ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς καταμικρύνει τὸν τύπον, μεταβαίνων εἰς ἀλήθειαν. ἐ γὰρ τι φησὶν ἐκεῖνος εἶναι ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος, ἀλλ' ἐγὼ μᾶλλον ὁ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ζωοποιῶν τὰ πάντα, καὶ τοῖς ἐσθίουσιν ἑμαυτὸν εἰσιὼν, καὶ διὰ τῆς ἐνσάρκου ἐμοὶ σαρκός. ὃ δὴ καὶ σαφέστερον ἑτέρωθι λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις· καὶ τὸ αἷμά μου, ἀληθής ἐστι πόσις. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται. Αθρει δὴ πῶς ὅπως ἐν ἡμῖν μένει, καὶ φθορᾶς ἀποφαίνει κρείττονας, τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἐγκαθιεὶς ἑαυτὸν εἰς ἕνωσιν, καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἣ ἐστὶν ἀληθὴς ἐν βρώσει, τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν λατρείας οὐκ ἰσχούσης τὸν ἀληθῆ. Καὶ ὁ μὲν δὴ μυστικὸς λόγος, ἁπλοῦς τε καὶ ἀληθὴς, οὐ πολλοῖς ἐπεισάκτοις ῥήμασιν εἰς ἀσυστάτου περιεργασμένος, ἁπλοῦς ἦν ὡς ἔφην. πεπόμεθα γὰρ ὡς τῷ πεφυκέναι διὰ τῆς ἁγίας παρθένου σώματι, ψυχὴν ἔχοντι λογικὴν, ἑνώσας ἑαυτῷ ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος ἀπορρήτως δέ πως, καὶ μυστικῇ πάντως ἑνώσει· ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτὸ, ζωὴν ᾗ φύσιν ὑπάρχων ὡς θεὸς, ἵνα ἡμᾶς ἑαυτοῦ μετόχους ἀποπλάσῃ, πνευματικῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς, καὶ φθορᾶς ἀποφήνῃ κρείττονας, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς καταργήσῃ δι' ἑαυτοῦ, κατακρίνας τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκὶ, καθὼς γέγραπται. Ἀνθρώπου δὲ οὐκοῦν πρὸς κατ' ὄψιν τῷ τῶν νέων ἡμῖν δογμάτων δογματιστῇ, ὃς οἷά τις μέροψ ἀνθρωπάλως ἐπὶ μέτρον ἴσπη τὸ κατ' γνώμην αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν καταμικρύνει, λέγωμεν.

Ἀκουσον καὶ τοῦ κύριος, ποτὲ μὲν, ἐπὶ τῇ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ· ποτὲ δὲ, ἐπὶ τῇ θεότητι αὐτοῦ· ποτὲ δ' ἐπ' ἀμφοτέρων κείμενον. ὁπόταν οὖν ἀκούσῃς τοῦ ἄρτου ἔτι, ἢ τοῦ ποτηρίου τούτου πίνῃ, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλει. ἄκουσον ἐκ τῶν ἀποστόλων τοῦ αἵματος τῶν αὐτοῦ λεγόντων, ὡς ἰσχυρὸν αἱματεκούσιον τοῦ μυστηρίου τοῦ ὠφέλειαν, καὶ τίνος τῆς ἀνθρώπου παρέχεται τοῖς ἀκούουσιν· καὶ ἄκουσον μὴ ἐμοῦ ταῦτα λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου·

A bis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet, nõ moriatur. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Nam quia ex genere Iſrael nati de manna ſuppeditatione Moyſen admirabantur, quod cum per deſertum eius temporis hominibus demiſſum fuiſſet, typum geſſit myſtica benedictionis; vmbra namque erat lex; ideo prudenter admodum Dominus noſter IESVS Chriſtus typum extenuat, vt ad veritatem tranſferat. Neque enim, inquit, ille fuit panis vitæ, ſed ego potius qui de cælo ſum, & omnia viuifico, & me in manducantes etiam per vnitam mihi carnem infero. quod etiam clarius reddidit, dicens: Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Nã caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui maducat me, & ipſe viuet. Vide igitur quemadmodum in nobis manet, & corruptionis victores efficit, dum ſe in noſtra demittit corpora, vt dixi, etiam per ſuam carnem, quæ verus eſt cibus, cùm illa legalis vmbra, & cultus per ipſam inſtitutus, non habeat veritatem. Et myſterij quidem ratio ſimplex eſt ac vera, non varijs cogitationum commentis ad impietatem exquiſite compoſita, ſed, vt dixi, ſimplex. Credimus namque illud ex Deo Patre Verbum, cùm ſe corpori per ſanctam Virginem edito, habentiq. rationalem animam vnitler, quæ vnio ineffabilis prorſus ac myſtica fuit, ipſum corpus reddidiſſe vinificum, quippe cum Verbum, vtpote Deus, vita ſit ſecundum naturam, vt nos non ſpiritali tantum, verum etiam corporali modo ſui participes effectos, corruptione præſtantiores redderet, & euacuata per ſe ipſum peccati lege in membris carnis poſita, damnaret peccatum in carne, ſicut ſcriptum eſt. Sed hæc, niſi fallor, noſtro nouorum commentorum dogmatiſtæ nullo modo placent, qui tamquam vitulus contemptor deſertorq. gregis, in id ſolum pergit quod ſibi placet, & huius myſterij vim imminuit, dicens.

Ioan. 6.

Ibid.

Rom 8.

Audi etiam hoc nomen, Dominus, aliquando de humanitate Chriſti, aliquando de diuinitate eius, aliquando de vtroque poſitum. Quotieſcumque manducabitis panem, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Audi ex precedentibus imperitiam obiicientium, quòd maximam eſſe legant huius myſterij vtilitatem, & cuius commemorationem hominibus afferat: atque audi non me hæc dicentem, ſed beatum Pau-

HISTORIVS.

1.Cor.11. *Paulum: Quotiescumque manducabitis panem hunc. Non dixit, Quoties manducabitis diuinitatem hanc: quoties manducabitis panem hunc. Vide de corpore Dominico illi esse propositum. Quotiescumque manducabitis panem hunc, cuius est ipsum corpus antitypum. Videamus ergo cuius mors. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis. audi in sequentibus*
Matth.24. *apertius, Donec veniat. Quis autem venit? Vide-*
Marci 13. *bunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum gloria multa. & quod maius est, ante Apostolos Pro-*
Zacch. 12. *pheta manifestius venientem ostendit, & clamat, de Iudæis dicens: Videbunt in quem compunxerunt. Quid igitur illud compunctum est? Latus. latus vero corporis est, non diuinitatis.*

CYRILLI CAP. VI.

Rursus ergo nos oportet veritatis dogmatis patrocinari,& tuis,vir egregie, verbis obsistere, & ante cetera studiosis illud præfari, tibi propositum esse,in idq. te admodum niti,vt duos rursus asseras Christos, quibus seorsim conueniat dominationis appellatio.Quòd autẽ imperitissime in id contendas, non multo labore à nobis ostendetur. Nam agedum, expone quæso, quemnam definias Christum,cuius & humanitatem & Deitatem esse dicis: siquidem illud ex Deo Patre Verbum, aperte fateberis eumdem esse etiam hominem. ipsius enim esse humanitatem dixisti. sin illum ex Virgine, vt ipse asseris, eumdem nihilominus esse etiam Deum pronuntiasse conuinceris: ipsius enim esse dixisti etiam Deitatem. Vndique igitur compulsus etiam inuitus ad veritatem, vnum nobiscum confitere Christũ & Dominum. sic namque dicere desines: Audi etiam hoc nomen, Dominus, aliquando de humanitate Christi,aliquando de diuinitate ipsius, aliquando de vtroque positũ.] nam vbi vnus est filius,quomodo locum habeat, de vtroque,dicere? Quid autem est quòd rides eos qui diuinum illud mysterium nostrum admirantur, impijssime dicens: Quotiescumque manducabitis pa-
1.Cor.11. nem hunc,& calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Audi ex præcedentibus imperitiam obijcientium, quòd maximam esse legant mysterij huius vtilitatem, & cuius hominibus commemorationem afferat.] Nihil ergo egregij habet incruenta illa victima,& exiguam admodum vtilitatem affert, & vtilitatis vim continebit vsque eo dumtaxat,vt annuntiemus mortem hominis, & vnius è nostro numero commemorationem faciamus. Mentitur ergo dum illud viuificum dicit qui mentiri non nouit, hoc est Christus: decepti nos etiam sumus,vanam de illo opinionem habentes: nunc etiam sero vix tandem ad veritatis inuentionem perducti sumus,vbi in tuos hos sermones incidimus. Sed tibi hanc sententiam eligenti propheticum illud
Marci 12. à nobis referetur: Ecce non sunt oculi tui neque cor tuum bonum. Non enim intelligit, dum annuntiamus Christi mortem, & insuper eius resurrectionem confitemur, & ex ea re perfectionem fidei consequimur, deinde diuinæ illius naturæ

ὁσάκις ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον. οὐκ εἶπεν, ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὴν θεότητα ταύτην· ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τ ἄρτον τοῦτον. βλέπε πῶς ὃ σώματος αὐτοῦ ἐστὶ δεικτικὸν τὸ προκείμενον. ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τ ἄρτον τοῦτον, ὅ ἐστι τὸ σῶμα αὐτίτυπον. ἴδωμεν οὖν τίνος ὁ θάνατος· ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τ ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τ θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἄκουσον καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς φανερώτερον· ἄχρις οὗ ἔλθῃ· τίς δὲ ἐρχόμενος; ὄψονται τ υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τ νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δόξης πολλῆς. ἐπὶ τὸ δὲ μεῖζον παρὰ τ δοκούντων ὁ προφήτης παρέστησε τὸν ἐρχόμενον δήπουσι, καὶ κόπτεσθαι φησὶν αὐτὸν αἵματος βοῶν· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. τίς οὖν ἐστιν ὁ κεντηθείς; ἡ πλευρά· πλευρὰ δὲ, σώματος, καὶ θνητῆς ἐστι.

Δεῖ δὴ πάλιν ἡμᾶς τῆς τ ἀληθείας δόγμασι συνεπεῖν, καὶ πρὸς σοῦ ὦ τῆς ἀσυφείας λόγχης· καὶ πρό γε τ ἄλλων τοῖς φιλαπροαίμοσιν, ἐκεῖνο εἰπεῖν· ὅτι σοι σκοπὸς, καὶ λαβὲ ταῦτα πρὸ τῆς πολλῆς, δύο δὴ πάλιν διαφῆναι χρεισὺς, οἷς ἑκὰς μέρος ἁρμόσειεν ἂν ἡ τ κυριότητος κλῆσις. ἀμφίστομα ὃ ἑκάτερα γε ἔστιν ἰσχυρὰ, καὶ σοὶ ἰσόρροπα μαχεῖται πρὸς ἡμῶν διαχθήσεται. φέρε γὰρ ἐρωμένῃ φέρειν πρῶτον ἄρα διορίζειν χρεισὺν, ὃ ἑκὰς τὸν ἀνθρωπότητα ἑκάτερον εἶναι φῇς· εἰ μὲν τ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ὁμολογήσας ἐναργῶς τ αὐτὸν εἶναι καὶ ἄνθρωπον. αὐτὰ γὰρ ἔφης τὸν ἀνθρωπότητα· εἰ δ τὸν ἐκ τ παρθένου καὶ σὲ, τὸν αὐτὸν ἀδεῶς ἤδη ἀλώσῃ καὶ θεὸν διαφήνας· αὐτὰ γὰρ ἔφης εἶναι καὶ τὸν θεότητα. παντοχόθεν δὴ σὺν σωφρονοῦμενος, καὶ ἀβυλήτως εἰς ἀλήθειαν, ἴσα μεθ ἡμῶν ὁμολόγει χρεισὺν καὶ κύριον. πεπαίσῃ γὰρ οὕτω λέγων· ἄκουσον δ καὶ τὸ, κύριος ποτὲ μὲν, διὰ τῆς ἀνθρωπότητος δὲ χριστοῦ· ποτὲ δ, διὰ τῆς θεότητος αὐτοῦ· ποτὲ δ, ἐπ' ἀμφοτέρων κείμενον. ἔνθα γὰρ ἡμῖν εἷς, πῶν ἂν ἔχοι τόπον τὸ, ἐπ' ἀμφοῖν εἰπεῖν; καταμειδιᾷς δῆτε, ἀνθ' ὅτου τῶν τὸ θεῖον ἡμῶν θαυμαζόντων μυστήριον, ἀσεσώπητα λέγων· ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἄκουσον ἐκ τῶν προηγουμένων τὸ ἀκριβὲς τῶν εἰρημένων, ὡς ἰσχυρὰν ἀναγινώσκουσι τοῦ μυστηρίου τὴν ὠφέλειαν, καὶ τίνος τῆς αὐθρώπινης περιέχειν τὴν αἰσθησιν. ὁδὶ γὰρ ἄρτος τὸ ἐξαίρετον τῆς ἀναιμάκτου θυσίας· ὅπερ ὃ ἡμεῖς ἐκ τῆς ἀφελείας τὴν δύναμιν προσπαίομεν πάλαι μὲν ἤδη μόνε τοῦ καταγγέλλειν τὸν ἀνθρώπου θάνατον, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς εἰς πίστιν τὴν αἰσθησιν. σὺ νῦν δ ψεύδεσθαι ζωπυρεῖν αὐτὸ λέγων, ὁ ψεύδεσθαι μὴ εἰδώς, τυπικῶς χριστὸς προφανεσίμεθα ὃ δ ἡμῖν, αἰσθησιν ἔχοντες ἐν αὐτῷ τὴν δόξαν· πεπαιδαγώγημεθα ὃ νῦν ὀψέ ποτε καὶ μόλις πρὸς ἀληθείας εὕρεσιν, τυπικοῖς τοῖς σοῖς προσεχόντες λόγοις. ἀλλά σοι τοιγὰρ φρονεῖν ἡμέτερον, σοὶ ἡμῶν ἀρῆσαι τὸ δι' ἀμφοτέρων τῆς θεοφόρου φωνῆς· ἰδοὺ σὺν αὐτοῖς οἱ ὀφθαλμοί σου, οὐδὲ ἡ καρδία σου καλή. σαυτῷ γὰρ ἀδαμῶς, ὅτι τὸν θάνατον καταγγέλλοντες τοῦ χριστοῦ, συνομολογοῦντες ὃ τὴν αἰσθησιν, καὶ τὴν ἐν πίστει πλείωσιν δι' οὗπερ κερδαίνοντες, εἶτα τ θεῖον αὐτοῦ φύσεως

σως κοινωνοὶ γενόμενοι, καὶ διὰ τοῦ μεταλαχεῖν τῆς A
σὺν αὐτῷ ἑνότητος, πνευματικῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς ἁγιαζόμεθα, καὶ ζωοποιούμεθα. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· ἄμφιον δὲ τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀθανασίας ἐμποιητικὸν γέγονεν ἡμῖν ὁ Χριστός· καὶ πιστούμενος γράφων ὁ ἱερώτατος Παῦλος· νῦν μέν, ἔτι ἐνδύσασθε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ἐπὶ δὲ οὖ, ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε, τὸν θεοπρεπῶς λέγοντα καὶ ἀληθῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Πρὸς δὲ τὰ τριάδε παραδείσους ἰδεῖν, βδελυρωτέρων ἔτι τὴν B
δυσφημίαν διαφαίνει, προσθείς· ἄκουσον μὴ ἐμοῦ ταῦτα λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου· ὁσάκις δ' ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, οὗ ἐστι τὸ σῶμα ἀντίτυπον. ἴδωμεν οὖν διὰ τούτου τίνος ὁ θάνατος; ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἄκουσον καὶ ἐν τῇ ἐφεξῆς φωνῇ, ἄχρις οὗ ἔλθῃ· τίς οὖν ὁ ἐρχόμενος; ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δόξης πολλῆς· καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὁ προφήτης περὶ τῶν λαπτόντων ἀνάγνωσμα τὸν ἐρχόμενον δείκνυσι, καὶ κόπτεσθαι τοὺς ἰουδαίους βοᾷ· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. τίς οὖν ἐστιν ὁ κεντηθείς; ἡ πλευρά· πλευρὰ δὲ σώματος, οὐ θεότητός ἐστι. Σμικρὸν παίζεσθαι ὡς ἔοικεν, τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἡμῶν, ὅτι πάντα μὴ γέγονεν ἐφικτὸν ἡμῖν τῇ σαρκὶ καὶ τῷ τῆς θεότητος διαφανεῖ Φύσει· ὅτι μὴ τῶν ἀμηχάνων κεκρατήκαμεν, ἐδέσιν ἔχοντες γυμνὸν τὸ ἀσώματον. Φιλελεήθητι δέ μοι δοκεῖς, εἰς ἥκιστα μὲν θεότητος Φύσις ἐστὶ τὸ προκείμενον ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, πολλοῦ ἴδιον σῶμα τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς D
Φωτὸς λέγω· θεὸς δὲ Φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ λόγος. τί φῄς; ἅπαντες συγχεῖς, καὶ ἀπρεπέστατα βλασφημεῖς, τὸν ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδόντα τῷ κόσμῳ μονογενῆ καὶ βλασφήμων, ὅτι μὴ θεότητος ὠνόμασται διὰ τῆς τῶν θεηγόρων Φωνῆς, σῶμα δὲ μᾶλλον τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, πιστεύειν τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου; σῶμα δὲ διαφορικὸν, ἀνθρώπου δὴ φράσαι ὀνομάζεις ὅλως, εἰ μὴ θεῖον οἶσθα καὶ θεοῦ; δοῦλα γὰρ ἅπαντα ἔστι πιστεύοντες. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς ἔχει σοι τὰ κατὰ τὸν νοῦν, ἄνθρωπον ὄντα πεπιστευκότας θεοφόρον ἁπλῶς τὸν Ἐμμανουήλ. εἶτα τὸν E
εἰς δυσέβειαν ἐννοιῶν τινα, ἐκ λόγων ἀφελοῦς πανταχῶς, τὸν τῆς ἀληθείας ἱερουργὸν, τὸν σοφὸν δεχόντων ἐκ διδασκάλου τῶν ἐθνῶν, τὸν ἱερὸν ἀληθῶς καὶ πάνσοφον Παῦλον ἐπαδεῖ σοι συλλήπτορα συνοφαντοῦντα προσδοκᾷς, τὸν εἰς ἀεὶ ἐκ δοκιμωτάτης διαφέρων ὁδοῦ, τῶν ὀρθῶς τε καὶ ἀκριβῶς εἰρημένων παρ' αὐτοῦ τῷ δυνάμει. ἴδωμεν γὰρ φησὶν διὰ τούτου τίνος ὁ θάνατος· ἄχρις οὗ ἔλθῃ. τίς δέ ἐστιν ὁ ἐρχόμενος; ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ἤδει τοίνυν, ὁ ἀπεσταλμένος μὲν τοῦ θανάτου ἀνθρωπίνως ἐγκεχειρισμένος ἦν ἡμῖν· ἀναφυσήσας ἦν καὶ εἰς ἀέρα ἐνεῖς, ὃς καὶ τῆς τοῦ ἀῤῥήτου θεότητος ἐναβρύνεται θείοις, καὶ συνοδεύει τῷ πατρὶ,

turæ participes effecti, consortium vnitatis eius adipiscimur, spiritaliter simul & corporaliter sanctificari, ac viuificari. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Indumentum autem de cælo & incorruptibile & immortalitatem efficiens factus est nobis Christus, quod beatissimus Paulus confirmat, nunc quidem scribens: Induite Dominum nostrum IESVM Christum; nunc vero: Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis; illum qui diuinitus vereq. dicit: Ego sum resurrectio & vita. Adhæc nihil veritus, execrabiliorem etiam blasphemiam enuntiat, adijciens: Audi non me hæc dicentem, sed beatum Paulum: Quotiescumque manducabitis panem hunc, cuius est ipsum corpus antitypum. Iam igitur videamus cuius est mors? Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis. audi etiam in sequentibus apertius, Donec veniat. Quis autem venit? Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum claritate magna. & quod maius est, ante Apostolos Propheta manifestius venientē ostendit, & clamat, de Iudæis dicens: Videbunt in quē compunxerunt. Quodnam igitur illud compunctum est? Latus. latus vero corporis est, non diuinitatis.] Exigua est igitur, vt dixi, incruentæ hostiæ vtilitas, quia nimirum fas non est vt simul cū carne etiam diuinitatis natura consumatur: neque ea obtinemus quæ sunt impossibilia, vt ipsa incorporea natura nuda vescamur. Sed oblitus mihi videris haud naturam diuinitatis id esse quod in sanctis Ecclesiarum mensis proponitur, sed propriū corpus Verbi ex Patre geniti, quod Verbum ex natura & vere Deus est. Cur igitur omnia confundis, imprudenterq. permisces, panem illum de cælo, & vitam mundo dantem propemodum etiam deridens, quòd Theologorum voce non sit diuinitas nuncupatum, sed corpus potius illius qui propter nos est homo factus, hoc est, illius ex Patre Verbi? Iam vero dicas velim quam ob causam omnino corpus Dominicum vocas, si non diuinum esse nosti, ac ipsius Dei? nam seruiunt quidem omnia conditori. Sed enim non recte habent quæ in animo versas, & ipsum Emmanuel hominem esse Deiferum prorsus credis. Deinde sententijs ac verbis, quæ cum pietate coniuncta sunt, omnino neglectis, illum veritatis sacrum administrum, illum sapientem architectum & doctorem gentium, sacrum revera & sapientissimum Paulum tibi calumnianti fore auxiliatorem putas, dum vim eorum quæ sunt ab eo recte sincereq. dicta, à recta probataq. via detorques. Videamus enim, inquit, ex hoc, cuius sit mors: Donec veniat. quis porro est qui venit? Videbunt in quem compunxerunt.] Veniet igitur is qui ex humana conditione sustinuit mortem, & diuinitus resurrexit, qui in cælum redijt, qui etiam ineffabilis Deitatis augusta decoratur sede, & cum Patre con-

1.Cor.15. Rom.13. Galat.3. Ioan.11. 1.Cor.11. Matth.24. Marci 13. Zacch.12. ibid.

consider, circumstantibus nimirum Seraphim, & supremis illis Virtutibus, mensuram suæ seruitutis qua illi subiecti sunt, non ignorantibus, omnibus etiam Potestatibus illum adorantibus, Virtutibus etiam ac Dominationibus. ipsi enim
Philip. 2. omne genu flectetur, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus IESVS, in gloriam Dei Patris: & veniet, vt dixi, non in nostra humilitate conspectus, sed in gloria diuinitatis, cælo superisq. spiritibus eum stipantibus, & ipsi vt Deo ac Regi, & vniuersorum Domino assistentibus. Si igitur non est in carne, hoc est, non homo factum est Dei Patris Verbum, sed homo Deifer, latus corporeum habens, & compunctionem lateris passus, quomodo in sede supremæ diuinitatis conspicitur, velut quartus nobis Deus quidam recens post sanctam Trinitatem effectus? Non horres dicere vulgarem hominem, creaturæ cultum exhibendum excogitans? Ergo ne veteribus laqueis detinemur? ergo ne Deo iniuriam intulit & nobiscum errore seducta est sancta illa multitudo supernorum spirituum? Si veteri errore liberati sumus in eo quod seruire creaturæ tamquam rem impiam recusauimus, cur nos in vetera crimina conijcis, & efficis hominicolas? Nos enim scimus & credimus illud ex Deo Patre Verbum carnem & sanguinem assumpsisse: sed quia permansit idem, nempe Deus, suam supra omnia excellentissimã dignitatem seruauit etiã cum perinde ac nos esset in carne. Porro cum sit Deus nihilo minus hoc tempore, quàm fuerit olim, quamuis homo factus, tamen seruiens sibi cælum habet, adorantemq. terram. scriptum est
Habacuc 3. enim: Laude Domini plena est terra: operuit cælos gloria tua Domine. Tu vero è contrario eum qui tanta est & naturæ & gloriæ amplitudine, ex nimia inscitia non vides. dixisti enim: Quis
Matth. 24. est qui venit? Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.]tamquam scilicet metuens ne quis diffideret dicenti filium hominis eum esse qui venit. & prophetico testimonio confirmas argumentum. scriptum esse namque ais:
Zach. 12. Videbunt in quem compunxerunt. & quod præterea ipse putasti esse ad coarguendum firmius, imprudentissime adijciens: Quid nam est, inquis, illud compunctum? Latus. latus verò corporis est, an diuinitatis?] Sed si qui essent qui dicerent, Dei Verbum non factum fuisse hominem nostri similem, sed ad homines qui sunt in terris, aduenisse nuda vsum diuinitate, aut ad visum ac speciem, & tamquam in vmbra, vt quibusdam impijs hæreticis sentire visum est, haberes aliquã eiusmodi ratiocinationis construendæ occasionem haud absurdam. iam vero cum prædicatio veritatis perspicue & euidenter ipsum Dei Verbum carnem factum dicat, & fuisse nostri similem, & filium hominis, & carne propter nos passum, sicq. venturum vt in cælum ascendit, vt Angeli voce testatum est, quos nam oppugnas, dic mihi, cuiusve opinionem tamquam stultam & ineptam improbas, cum eum qui venit, hominẽ esse

A σεβισμίων ἐν κύκλῳ δηλονότι τῶν Σεραφὶμ, καὶ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων, οὐκ ἀγνοούντων τὸ ἐπ' αὐτῶν δουλείας τὸ μέτρον· προσκυνούσης τε αὐτῷ καὶ ἐξουσίας ἁπάσης δυνάμεώς τε καὶ κυριότητος. κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἔρχεται δὲ ὡς ἔφην, οὐκ ἐν σαρκὶ τῇ καθ' ἡμᾶς σμικροπρεπείᾳ φαινόμενος· ἐν δυνάμει δὲ μᾶλλον τῇ θεοπρεπεστάτῃ, δορυφορούντων αὐτὸν καὶ τῶν ἄνω πνευμάτων ὡς θεῷ τε καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ παρεστηκότων. εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν οὐκ ἐν σαρκὶ
B μᾶλλον, ἤγουν ἄνθρωπος γενόμενος ὁ τοῦ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἄνθρωπος ὢν θεοφόρος πλευρὰν ἔχων σώματος, καὶ καταμένας τὴν διακένησιν, πῶς ἐν θρόνοις ὀφθήσῃ, τῆς ἀνωτάτῳ θεότητος πάντας ὑπερτερῶν τοὺς ἡμῶν μὴ τὴν ἁγίαν τριάδα πεσόφαντος ἢ ἀπαδευόμενος; ἢ καταπίπτειν ποιεῖ ἄνθρωπον, τῇ κτίσει τὸ σέβας ἀπονέων; ἆρα τοῖς δεχαίοις ἐνοχήμεθα βρόχοις; ἆρα πεπαρώνηκεν εἰς θεόν, καὶ πολλαπλῆ μεθ' ἡμῶν, ἡ ἁγία τῶν ἄνω πνευμάτων πληθύς; εἰ τῆς δεχαίας ἀπάτης ἐκλελυτρώμεθα,
C τὸ τῇ κτίσει λατρεύειν ὡς δυσσεβὲς παραιτούμενοι, τί πάλιν ἡμᾶς τοῖς δεχαίοις ἐγκλήμασιν ἑαυτῆς δὴ φαίνεις αὐθρωπολάτρας; ἡμεῖς μὲν γὰρ ἴσμεν καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι γέγονεν ἐν προσλήψει σαρκὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος· ἐπεὶ δὲ ὢν μεμένηκεν ὁ αὐτὸς ἀληθινὸς θεὸς, τῆς ἑαυτοῦ καὶ πάντων ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα διεσώσατο· καί περ ὢν ἐπὶ γῆς καθ' ἡμᾶς. θεὸς ὢν ὑπῆρχεν, ἁδὲν ἧττον, ἡ πάλαι καὶ νῦν, κἂν εἰ γέγονεν ἄνθρωπος, λατρείαν ἔχει τὴ προσκυνοῦσαν τὸν γῆν. γέγραπται γὰρ, ὅτι τῆς αἰνέσεως κυρίου πλήρης ἡ γῆ· ἐκάλυψεν ἄρα νοὺς ἡ
D δεετὴ σου κύριε. σὺ δὲ δὴ πάλιν τὸν οὕτως ἔχοντα φύσεώς τε καὶ δόξης, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας, οὐχ ὁρᾷς. ἔφης γὰρ· τίς ὁ ἐρχόμενος; ὄψεται τὸν ἐκ θεοῦ ἄνθρωπον ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ θεοῦ καθάπερ δηλονότι μὴ ἄρα τις ἀπιστήσει νῦν ἀνθρώπου λέγοντι τὸν ἐρχόμενον. καὶ προφητικῇ μαρτυρείᾳ βεβαιοῖς τὴν ἀποδειξιν· γεγράφθαι γὰρ φῄς· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις, ὥσπερ οὖν φῄης εἰς ἔλεγχος ἀδιαφανέστερον ἀποτιτώσκει προσληφθείς· τίς οὖν ἐστι φησὶν, ὁ κεντηθείς ἢ πλευρά· πλευρὰ δὲ σώματός ἐστιν, ἢ θεότητος; Ἀλλ' εἰ μὲν ἡσυχίαν οἱ λέγοντες, ὡς ἐγένετο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· ἐπεφοίτησε δὲ τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, γαμετῇ τῇ ἰδίᾳ χρώμενος, ἤγουν ἐν δοκήσει δὲ ὡς ἐν σκιᾷ, καθὰ φρονεῖν ἐδόξασί τισι τῶν αἱρετικῶν, ἴσως ἂν οἱ προφάσεις τοῖς περὶ τῶν λόγων κατασκευῆς, οὐκ ἔχω τρέχειν τοῦ εἰκότος· ἐπεὶ δὲ τὸ ἀληθείας κήρυγμα, σαφῶς τε, καὶ ἐναργῶς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον σάρκα τε γεγενῆσθαι φησι, χεημάτισεν δὲ καθ' ἡμᾶς καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ πεπεῖν ὑπὲρ ἡμῶν
E σαρκὶ· ἀφίξεσθαι δὲ καὶ οὕτως αὐτὸν, ὡς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν· [καὶ] τῷ τοῦ ἀγγέλου φωνῷ, πρὸς τίνας ἀφανιζόμενος ἀπ' μοι, καὶ τῷ τίνες δόξαν κατακιβδηλεύων ὡς ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον, ἀνθρώπου ἡμῶν

ἡμῖν δεικνύειν φιλονεικῇς τὸν ἐρχόμενον, πλάγιον ἔχοντα σωματικῶν, τιὼ τῇ λόγχῃ διανενυγμένων; ἀλλά σοι σκοπὸς ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπον ἡμῖν θεοφόρον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον θεὸν ἐνανθρωπήσαντα, διὰ τοῦτο μίζειν εἰς μέσον τὸν Ἐμμανουήλ. γέγονε γὰρ ἄνθρωπος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ πίστις ἤδη τῆς ἱερᾶς τε θείας συμβαίνουσα γραφῆς, καὶ τῆς ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως σκοπὸς, εἰς αὐτὸ τοῦτο συντείνουσι. σὺ δὲ δὴ πάλιν, καὶ καθ' ἕτερον ἡμῖν πειρᾶσθαι τρόπον· σκήπτῃ μὲν γὰρ θαττομένῃ τῆς εἰς μίαν καταπιεζούσης οὐσίαν, τιὼ τε τῆς σαρκὸς, καὶ τιὼ τ' θεότητος φύσιν· καί τοι μηδενὸς ὄντος ὡς τε οἶμαι, τινὰ συγχέοντος, μή τε μιὼ αὐτὴν συμφύροντος· καὶ δὴ καὶ φῄς.

Διατί δὲ, καὶ ὡς ἀρτίως ἠκούομεν, ἀμφοτέρων χῦ τε κεκερασμένων, ὁ κύριος τιὼ τοῦ μυστηρίου δύναμιν τοῖς μαθηταῖς ἐδείδου, οὕτω φησί· λαβὼν τὸν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων· λάβετε φάγετε πάντες· τοῦτο γάρ μού ἐστι τὸ σῶμα. Διατί μὴ εἶπε, τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης μου ἡ ὑπὲρ ὑμῶν κλωμένη; καὶ πάλιν τὸ ποτήριον τῶν μυστηρίων δίδους, οὐκ εἶπε· τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης ἡ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένη· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὅτι μὲν οὖν εὐήθης κωμῳδῇ τὸ ἀντιπαίζειν δοκῶν τοῖς οὐκ οὖσιν ὅλως, καὶ ἀντιξαίρειν εἰκῇ, ἐχομένους εἰς ἀντίφασιν, τὸ μηδενί που πάχα δοκοῦν, ἢ φρονεῖν, ἢ λέγειν, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; εἰ γὰρ δή τις εἶδεν φιλονεικεῖν, ὅτι μὴ ἵππος ἐστὶ τῇ φύσιν ὁ βοῦς· μή τε μιὼ ὁ ἄνθρωπος ἵππος, τοῦτο φρονεῖν, ἢ λέγειν ἀνεχομένου μηδενὸς, πῶς οὐ καταγέλαστος, καὶ πρός γε τούτῳ εἰκαιόμυθος, εἰς ἀέρα δαίων, καὶ πυκτεύων ἐπ' ἀοράτοις, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν προκειμένων ἰδρῶτας ἑαυτῷ καὶ πόνους ὀπίνων; χρεὼν γὰρ ἔγωγέ φημι προϋπεῖδέναί τι τὸ ὁμολογημένον· ἵν' ἐν κόσμῳ δὴ τί τι τὰ παρ' ἡμῶν αἰτιάσηται. πάλιν ἐκεῖνο ἴωμεν· εἰ μὲν γὰρ τις ἐῶ ὁ φάσκων πλημῶν, εἰς τιὼ χῦ τοῦ σώματος μεταποιῆσθαι φύσιν τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ἐπιλιῶτό τις αὐτῷ μάλα εἰκότως, ὅτι μὴ μᾶλλον ἔφη τὸ σῶμα δίδους, λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστιν ἡ θεότης ἡ ὑπὲρ ὑμῶν κλωμένη, καὶ τοῦτό ἐστιν οὐ τὸ αἷμά μου μᾶλλον, ἀλλ' ἡ θεότης ἡ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένη. ἐπεὶδὴ δὲ θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς, ἀλλοίωσιν, ἢ τροπιὼ οὐδεμίαν ὑπομεμενηκὼς, πῶς οὐκ ἰδεῖ πρὸς ἡμᾶς ἂν ψευδοίατο, λέγων, ὅτι λάβετε φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα; ζωὴ δὲ ὑπάρχων ὡς θεὸς, ζωιὼ καὶ ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτό. βραχὺ παραρρῶ αὖθις πρὸς τὴν ἀληθῆ, αὐτὸ οἷμαι χῦ σταυροῦ τὸ σωτήριον εἰς λόγους καθοδηγῶν, βασανίζων πλάγιον, καὶ τῆς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν ἀσυνέτως αἰτιώμενος τὸν σοφισμὸν τυπτὶ καὶ ἀπιστῇ σου λόγον.

esse nobis ostendere niteris, corporeum latus habentem lancea compunctum? Sed tibi propositum est, vt dixi, ipsum Emmanuel hominem nobis Deiferum in medium producere, non Deum hominem factum. nam ipsum Dei Verbum factum est homo. hæcq. fides cum sacris diuinisq. litteris congruit, & Apostolicæ Euangelicæq. traditionis scopus in hoc ipsum tendit. Tu vero rursus alio quoque modo nobis portenta verborum narras. Simulas enim eos reprehendere qui carnis diuinitatisq. naturam in vnam permiscent essentiam, tametsi nemo sit, vt opinor, qui ista confundat, aut inter se commisceat. Itaque dicis.

Cur autem etiam, vt paulo ante audiebamus, si vtraque, vt tu opinaris, commixta sunt, Dominus noster cum mysterij vim discipulis traderet, sic dicit: Accipite, comedite omnes: hoc est enim corpus meum. cur non dixit, Hoc est diuinitas mea quæ pro vobis frangitur? Rursumq. cum poculum mysteriorum daret, non dixit: Hoc est diuinitas quæ pro vobis effunditur, sed, Hic est sanguis meus qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. RESPONSIO. Matth. 26.

Per quam stultum sane esse, ijs aduersari velle qui nulli sunt, & frustra contendere, idq. ad oppugnandum sumere quod fortasse nemini vnquam aut sentire aut eloqui visum est, perspicuum omnibus esse quis neget? Nam si quis velit contentiose refutare bouem non esse ex natura equum, neque hominem equum, nemine id sentiente aut dicente, nonne sit ridiculus, & præterea nugator vanus, aërem verberans, & pugnans in incertum, & nulla re proposita sibi molestias ac labores assumens? Oportere enim equidem puto, prius propositum esse aliquid in confesso, vt rite tum à nobis refutatio subiungatur. verumtamen illud dicendum videtur: nam si esset qui dicere auderet, ipsum Dei Verbum in corporis naturam esse muratum, accusaret quispiam, & quidem iure, quòd non dixisset cum corpus daret, Accipite, manducate, hoc est mea, diuinitas quæ pro vobis frangitur, & hoc est non sanguis meus, sed diuinitas quæ pro vobis effunditur. nunc vero cum ipsum Verbum quod Deus erat, proprium sibi fecerit corpus natum ex muliere, neque vllam aut alterationem aut mutationem pertulerit, quomodo non æquum fuit sine vllo mendacio nobis dicere, Accipite, comedite, hoc est corpus meum? Cum autem esset vita tamquam Deus, vitam simul & viuificum illud effecit. Igitur si paululum ad veritatem aspexeris, te ipse de superuacuitate sermonis accusabis, cum vbique nugeris, & aduersum dogmata pietatis tuum hunc adulteratum molestumq. sermonem imprudenter opponas. CYRILLI CAP. VIII.

GLORIATVR beatus Paulus de Christi passionibus,& ait nunc quidem, Mihi absit gloriari nisi in cruce Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: nunc rursus, Non enim erubesco Euangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Atque in hunc modum ille vir spiritu Dei plenus & sibi sentiendum censebat,& ceteros imbuendos. Neque enim hæc frustra scripsit, sed vt nobis persuaderet,vt integritatem eius quæ in illo erat fidei studentes æmulari, de Christi passionibus gloriemur. Sed nonnulli de Christi cruce erubescunt, & doctoribus qui per orbem terrarum extiterunt, quia contraria sentire malunt, impie resistendo, Christi passiones propemodum irridenti miseri, & erubescunt Christi Euangelium, cùm Iudaica stultitia laborent, & illis nulla ex parte sint insciti inferiores. Crux namque Saluatoris nostri illis facta est scandalum. itaque cũ illum vitæ auctorem legisq. finem ligno suffixum viderent, quatiebant aduersus eum exosa Deo capita, nullo modo Deum revera esse credentes qui homo factus esset, atque ad exinanitionem descendisset; sed rati potius vnum promiscue è nostro numero hominem illum esse, & tamquam ex malo cordis sui thesauro proferentes mala, dicebant, Qui destruis templum Dei, & in tribus diebus ædificas illud,salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. & iterum, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Si rex Israel est,descendat nunc de cruce, & credemus in eum. Non enim illum, vt modo dixi, Deum esse putabant secundum naturam, neque Dei & Patris vere Filium, sed de se prædicare, & audacter diuinitatis opinionem sibi arrogare. Itaque nunc dicebant: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. nunc ad Pilatum adducebant,& crucifigi rogabant. deinde cum ab eis expoſceretur, vt tantæ aduersus eum maleuolentiæ causas ederent,illico accusabant,& clamabant dicentes: Quia filium Dei se fecit. Verum ecce hoc quoque tempore non ab Israelitis, neque à multitudine Pharisæorum,sed ab ijs qui videntur esse Christiani, & in magistrorum numero censentur, & eorum qui sortiti sunt diuini sacerdotij munus, eadem sustinere conspicitur. Non enim Deus esse secundum naturam, & vnus & solus & vere Dei & Patris Filius creditur. eorumq. in hac re perfidiæ causa est, quòd mortem propter nos carne pati vóluerit, quamuis ea de causa dispensatorie ad exinanitionem descenderit, vt carne pro nobis passus, destrueret mortis imperium, vtpote cùm vita esset secundum naturam,& ex vita, hoc est, ipso Deo ac Patre editus. hominum quippe natura tamquam in initio primaq. radice, hoc est in Adam, corruptionis mor-

Galat.6.

Rom.1.

Matth.27.

Ibid.

Ioan.10.

Luc.19.

Ἐπισεμνύετο μὲν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς παθήμασι τοῦ Χριστοῦ, καὶ φησὶ· τὸ μὲν, ὅτι ἐμοὶ μὲν μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ· ὅτι δὲ οὐ, καὶ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον, δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, ἰουδαίῳ τε πρώτῳ καὶ ἕλληνι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὁ παθημαφόρος ἠξίουν τὰ φρονεῖν αὐτούς, καὶ μιμεῖσθαι καὶ ἑπέρας μυσταγωγεῖν. μέχρι γὰρ ἂν μάτην, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀναπείσῃ τῆς ἐκείνης αὐτῷ πίστεως τὰ ὀρθότερα ζηλοῦν· ἡμεῖς τοῖς Χριστοῦ παθήμασιν ἐπαβρυνόμεθα. ἑπερυθριῶσι δὲ ἡμῖν τῷ σταυρῷ, καὶ τοῖς μαθηταῖς τοῖς ὑφ' ἡλίῳ μυσταγωγοῖς, ἀσόφως ἀπαιτισόμενοι λόγον τοῦ φρονεῖν ἐλλείποντι τὰ ἐκείνων ἀβελτερίας κατ' ἰδέαν τρόπον ἠτιώμενοι. μέγιστον γὰρ αὐτοῖς σκάνδαλον ὁ τοῦ σωτῆρος σταυρὸς καὶ γοῦν τῷ ξύλῳ προσκαλούμενοι βλέποντες τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν, τὸ δὲ νόμισμα τέλος, ἔσχον μὲν ἐπ' αὐτοῖς τὰς θρομβώσεις κεφαλάς, οὐ μὴν εἶναι πιστεύοντες ἀληθῶς ἐνωθρωπήσαντα τὸν καθήμενον εἰς κένωσιν, οἰόμενοι δὲ μᾶλλον, ἵνα τὸ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς ἐπάρχειν αὐτόν· ἔφασκον δὲ ὡς ἐκ πατρὸς θεσπεσίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προφέροντες τὰ πικρά· ὁ καταλύων τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν αὐτὸν, σῶσον σεαυτὸν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. ἐπὶ πάλιν, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν δὲ οὐ δύναται σῶσαι; εἰ βασιλεὺς Ισραὴλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν ἐπ' αὐτόν· εἰ γάρ τι, καθάπερ ἐφθέγξαντο, ἦν ὄντως καὶ φύσει ὑπάρχων υἱὸς, οὐκ ἂν μᾶλλον ἦν ἀληθῶς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, πειρώμενος δὲ μᾶλλον καὶ τὸν τῆς θεότητος δόξαν ἑαυτῷ περιτιθέμενον δοκοῦσι μᾶλλον. πεπαίρεσθε, φασὶ μὲν ἐφασκον· οὐκ καλοῦ ἔργου εἰ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. φασὶ δὲ Πιλάτῳ πρόσωπον, ἐ σταυροῦσθαι παρεκάλουν. εἶτα τῆς ἐπ' αὐτοῖς σκαιότητος τὰς αἰτίας ἀπὸν ἐξαπύοντες, καταγόρευον δῆθεν, ἐ κατηχεῖσθαι λέγοντες, ὅτι υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησεν· ἀλλ' ἴδοι δὴ ἐ νῦν εἰ ἀληθές τι ἐξ Ισραὴλ, οὐκ μᾶλλον τῆς τῶν Φαρισαίων πλήθους, ἀλλ' ἐκ τῶν δοκούντων εἶναι χριστιανῶν, ἐ πεπυμένων ἐν διδασκάλοις, ἢ ἐν τοῖς τὰ θεῖα λαχοῦσιν ἱερουργίαν, τὰ ἴσα πάσχων ἐφῇ. ἀπιστεῖται γὰρ, ὅτι καὶ θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὡς ἂν μόνος καὶ ἀληθῶς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. σοφίσεις δὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτῳ δυσβουλίας αὐτοῖς, τὸ παθεῖν ἐλέσθαι σαρκὶ τὸν δι' ἡμᾶς θάνατον· καίτοι

διὰ τοῦτο καθήμενον εἰς κένωσιν οἰκονομικῶς, ἵνα καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καταργήσῃ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἅπερ δὴ ὑπάρχων κατὰ φύσιν ζωὴ, καὶ ἐκ ζωῆς ἀναφὺς τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. καταῤῥώσειε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις τὴν θεὸν, εἰς ἐ ἀπεχθῆ καὶ ῥίζῃ τῇ πρώτῃ, τυπέντα, Ἀδάμ. ἐπειδὴ

ἐπειδὴ γὰρ παρεπίκρανε διὰ τῆς παρακοῆς τῷ νομοθέτῃ καὶ θεῷ, καὶ παρεγένετο θεοῦ ὕπαρξιν, ἐπέστη ἐφ' ἑαυτῷ ὁ θάνατος, καὶ θανάτου κάτοχος· καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, ἐκτεινομένης εἰς ἅπαν τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα τι, καὶ γένος, τῆς ὀφειλῆς τῶνδε δίκης. ῥίζης γὰρ ὥσπερ αἰσχρωθείσης φθαρτῆς, φθαρτοὶ καὶ ἡμεῖς, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις ἐνεχόμενοι διεπλεόμεν οἱ δείλαιοι. ἐπειδὴ δὲ χρησιμωτέρα περὶ ἡμῶν ὁ δημιουργὸς ἐνεθυμήθη, καὶ ἀνηρημένης τὴν φθορᾶς αἰσχρωθείσης πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς τιμὴν αὐθρώπου φύσιν ἠθέλησε· ῥίζαν ὥσπερ ἡμῖν ἑτέραν προήγαγε δευτέραν, ἐξ ἀνεχομένων κρατεῖσθαι θανάτῳ, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τοντέστι τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ θεὸν λόγον, καθ' ἡμᾶς γεγόμενον ἀνθρωπον, γενόμενον ἐκ γυναικός. εἰ γὰρ τὸν θεὸν φέρον εἶναι φαμὲν ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλὰ κοινωνικῶς κατ' ἀλήθειαν τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἑνωθῆναι σαρκὶ, ἵνα τὴν ἰδίαν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δοὺς τῷ θανάτῳ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς· εἶτα κρείττων αὐτὸ τῆς φθορᾶς ἀναστάσεως, πληροφορήσας συμπάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, καὶ ἀμείνους ἀποφανεῖ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν, καὶ τῆς φθορᾶς λοιπὸν ὀλίγα περιοντήσας. Ἐντεῦθεν οἶμαί που καὶ τὸν θαυμάσιον Παῦλον ἐν πάσῃ πεποιθήσει λόγῳ καὶ θαύματι, τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ εἰς ἡμᾶς ἀγάπην. ἐφη γὰρ ὧδε· τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; καί τι τελείως μὲν ὅσοι, χαίρετε καὶ κατὰ θεὸν υἱοὶ, καὶ κεκλήμεθα γὰρ θεοὶ, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· εἷς δὲ καὶ μόνος ὁ κατὰ φύσιν καὶ ἴδιος αὐτοῦ, πιστὸν ὁ ἐξ αὐτοῦ θεὸς λόγος, καὶ ὅτι γέγονε σάρξ. οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ὑπὲρ πάντων δεδόσθαι φαμὲν, καθὰ καὶ αὐτός που φησὶν· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. μονογενὴς μὲν οὖν ὁ θεολόγος· ἀνάρχου γὰρ μόνος ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ὁ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ λόγος. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, πάντῃ τι τῶν εἰς αὐτὸν πιστεύομεν πίστιν, τὸν καθ' ὑπέρθεσιν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλοντες, καὶ ὁμολογοῦντες τὸν ἀνάστασιν· ἓν αὐτὸν εἰδότες καὶ προσκυνοῦντες θεὸν, καὶ ἐν ἰσχάτοις καιροῖς ἄνθρωπον οἰκονομικῶς, παθόντα τε σαρκὶ δι' ἡμᾶς τὸν θάνατον, καὶ ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως τῆς παρ' ἡμῶν ἐπιχαίρει λόγοις ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀμαθίας συνήγορος. ἐφη γὰρ πάλιν.

Ὅτι μὲν οὖν ὅλη τῆς γραφῆσης τῆς ἐκ τῆς χριστοτόκου παρθένου τάξιν τὸ, υἱὸς ἡ θεία γραφὴ, διεδηλώκαμεν. ἄκουσον δὴ καὶ ὅτι τοῦ θανάτου, εἰ ἔστι τοῦ κόσμου ὁ θεὸς, ἵνα παρὰ τὸν θεὸν εἰσαγάγωμεν· ἐχθροὶ φησὶν, ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. οὐκ εἶπε, διὰ τοῦ θανάτου τοῦ θεοῦ λόγου.

Ἀληθὶς

& omne bonum consecuti? Quid enim ipsius ope lucrati simus, apertissime cognosces ex beato Paulo qui sic scripsit: Et nos cum essemus alienati, & inimici sensu, in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, vt exhiberet nos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide. Ergo fides quidem iuuat eos qui illam firmam seruare statuerint; sed quomodo iuuet, beatus Ioannes asserit cum dicit: Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit quòd IESVS est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem IESVS Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est veritas, quia tres sunt qui testimonium perhibent, Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quia hoc est testimonium Dei, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in se ipso: qui non credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credidit in testimonium quod testificatus est de Filio suo. Quo modo autem Deus ac Pater testificatus sit de Filio suo, beatus Ioannes Baptista nobis declarabit, dicens: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. Testimonium itaque perhibetur Domino nostro IESV Christo & Patris voce, quòd eius Filius sit natura & secundum veritatem: testimonium quoque nihilominus perhibetur aqua & sanguine & Spiritu. & sancta quidem aqua peccata credentium abstergit, viuificat autem homines qui sunt super terram, suo sanguine, ac Deo coniungit. Sed quia est secundum naturam Deus, etiam sancti Spiritus munus abunde largitur, & tamquam proprium in animas credentium effundit, vt illos tum diuinæ naturæ socios efficiat, tum spe futurorum bonorum coronet. Vnum igitur confitemur Filium Christum IESVM Dominum, idest, illud Dei Verbum hominem factum & incarnatum, & hunc crucifixum, & resurgentem à mortuis, venturumq. suo tempore in gloria Dei & Patris cum sanctis Angelis. Per ipsum, & cum ipso, Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

Coloss. 1.

1. Ioan. 5.

Ioan. 1.

Finis Libri V.

A παντὸς εἴσω γεγόναμεν ἀγαθοῦ; τί γὰρ δι' αὐτῆς ἐκερδάναμεν, εἴση τοι καὶ μάλα σαφῶς ὡδὶ γεγραφότος τοῦ μακαρίου Παύλου· καὶ ἡμᾶς ποτὲ ὄντας ἀπηλλοτριωμένους, καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ἡμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ, εἴ γε ἐπιμένετε τῇ πίστει. οὐκοῦν ὀνίνησι μὲν ἡ πίστις τοὺς ἀσάλευτον αὐτὴν ἑλομένους τηρεῖν· ὀνίνησι δὲ κατὰ τίνα τρόπον, ὁ πάνσοφος ἡμᾶς Ἰωάννης πιστώσεται, λέγων· τίς δέ ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσ-
B μον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, Ἰησοῦς Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ αἵματι· καὶ τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὅτι τρεῖς μαρτυροῦσι, τὸ πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἓν εἰσιν. εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστιν· ὅτι αὕτη ἐστιν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν εἰς τὴν μαρ-
C τυρίαν, ἣν μεμαρτύρηκεν περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. μεμαρτύρηκε δὲ τίνα τρόπον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τῷ υἱῷ, σαφηνιεῖ λέγων ὁ θεσπέσιος ἡμῖν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ὕδατι ἐκεῖνος μοὶ εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. καὶ ἐγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. μαρτυρεῖται τοίνυν καὶ διὰ τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὅτι φύσει τε
D καὶ κατὰ ἀλήθειαν υἱός ἐστιν αὐτοῦ· μαρτυρεῖται δὲ οὐδὲν ἧττον διά τε τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ πνεύματος. ὕδατι μὲν τῷ ἁγίῳ διασμύχει τῶν πιστευόντων τὰς ἁμαρτίας. ζωοποιεῖ δὲ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος καὶ συνάπτει θεῷ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπειδὴ δέ ἐστι κατὰ φύσιν θεὸς, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγίαν ποιεῖται πλουσίως, ὡς ἴδιον αὐτὸ ταῖς τῶν πιστευόντων ἐκχέων ψυχαῖς, θείας τε φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνων, καὶ τῇ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἐλπίδι στεφανῶν. ἕνα τοίνυν ὁμολογεῦμεν υἱὸν Χριστὸν Ἰησοῦν καὶ κύριον, τουτέστι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον, καὶ τοῦτον ἐσταυρω-
E μένον, καὶ ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἥξοντά τε κατὰ καιροὺς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. δι' αὐτοῦ τε, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς τὸν μακαριώτατον Σύλλεκτον ἐπίσκοπον τῆς Διοκαισαρείων τῆς ἔνδον τῶν Ἰσαύρων ἐπαρχίας, Περὶ πίστεως.

ΕΝέτυχον μὲν τῷ ὑπομνηστικῷ τῷ σῷ ἁγιότητος ἀποσταλέντι, ἡδέως ἄν ἄγαν ὅτι καίτοι δυνάμενος ἡμᾶς τε καὶ ἑτέρους ὠφελεῖν ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλομαθίας, ὅμως τρέπεσθαι ἀξιοῖς ἃ εἰς νοῦν ἔχομεν, ἢ οἷς φρονεῖν ὑπολαμβάνομεν, ταῦτα καὶ γράψαι. Φρονοῦμεν τοίνυν περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας, ἃ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅγιοι πατέρες. ἀκολουθοῦντες γὰρ τοῖς ἐκείνων ἴχνεσι, τὸν ἑαυτῶν νοῦν καταρυθμίζομεν, ὡς τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτοῖς εἶναι, καὶ μηδὲν τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι καινὸν ἐπισφρῆσαι. ἐπειδὴ γὰρ ἡ τοῦ παλαιόπνου Διοδώρου ἐπιβουλεύσασα πίστει χεὴ λέγειν ὅτι χρεὼν δύο φύσεις, ἢ μὴ, δεῖν ἡμᾶς φάναι πρὸς τοῦτο ἐπεῖν. Διόδωρός τις, πνευματομάχος ὢν καὶ καιρούς, ὥς φασι, κεκινδύνηκε τῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ. οὗτος δοκιμάσας, ὥσπερ οὖν ἔσεσθαι, τὸν τῆς Μακεδονικῆς αἱρέσεως ἄπλουν, εἰς ἑτέραν ἐκπέπλωκεν ἀρρωστίαν. προφάσκει γὰρ καὶ γράφει, ὅτι ἕτερος μὲν ὁ κατ' ἰδίαν ἐστὶν ὁ ἐκ πατρὸς μόνου Δαυὶδ γνησίως ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου· ἕτερος δὲ πάλιν ἰδικῶς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος. καθάπερ ὥσπερ προβάτου καπροειδίζων τὸν λύκον· προσωποποιεῖσθαι μὲν ἕνα χρεὼν λέγων· ἀναφέρων μὲν τὸ ὄνομα ἐπὶ μόνον τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον γνησίως υἱὸν μονογενῆ· ὡς ἐν χάρισι δὲ τάξει προσνέμων αὐτῷ, καθά φησιν αὐτός· καὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ υἱὸν ἀποκαλεῖ, ὡς ἰδιαίτως φησὶ, τῷ κατ' ἀλήθειαν υἱῷ· ἰδιαίτως δὲ, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς δοξάζομεν, ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν ἀξίαν, καὶ κατ' αὐθεντίαν, καὶ κατ' ἰσοτιμίαν. τούτου γέγονε μαθητὴς Νεσσέλιος· καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου βιβλίων ἐσποσμένος, προσωποιεῖσθαι μὲν χρεὼν ἕνα, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον ὁμολογεῖν, μερίζει δὲ καὶ αὐτὸς εἰς δύο τὸν ἕνα, καὶ αὐτὰ μέρος· ἄνθρωπον σωῃφθαι λέγων, τῷ θεῷ λόγῳ, τῇ ὁμωνυμίᾳ, τῇ ἰσοτιμίᾳ, [τῇ τάξει,] τῇ ἀξίᾳ. καὶ γοῦν τὰς φωνὰς τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι περὶ Χριστοῦ κειμένας διαιρεῖ, καὶ φησὶ, τὰς μὲν ἐφαρμόζεσθαι δεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, δηλονότι τὰς ἀνθρωπίνας· τὰς δὲ πρέπειν καὶ μόνας τῷ θεῷ λόγῳ, δηλονότι τὰς θεοπρεπεῖς. καὶ ἐπειδὴ διίσησι πολλαχοῦ, καὶ αὐτὰ μέρος τίθησιν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, καὶ ὁμοίως ἰδικῶς, καὶ αὐτὰ μέρος ἡγεῖται τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, διὰ τοῦτο τὴν ἁγίαν παρθένον οὐ θεοτόκον εἶναί φησιν, ἀνθρωποτόκον δὲ μᾶλλον. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα ἔχειν διειλήμεθα, ἀλλ' ἰδιαζόντως ἔχομεν τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν, τουτέστι, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, γνησίως μὲν ἐξ αὐτοῦ πρὸ αἰώνων, θεοπρεπῶς δὲ ἀῤῥήτως· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς γεγενῆσθαι καὶ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου·

SANCTI CYRILLI ARCHIEpiscopi Alexandriæ ad Successum Episcopum Diocæsareæ Isaurienſis prouinciæ Epistola, De Fide.

PERLEGI commonitorium quod à tua sanctitate directum est, & valde gauisus sum quòd cum ipse tua insigni doctrina, possis & nobis & ceteris prodesse, tamen hortari digneris, vt quæ mente retinemus, "teq. sentire existimauimus, eadem quoque scribamus. Igitur de Saluatoris nostri dispensatione eadem sentimus quæ ante nos beati Patres nostri senserunt. Dum enim illorum opera legimus, ita moderamur animum, vt illos duces à tergo sequatur, & nihil nouum rectis dogmatibus inuehat. Sed quia scisciatur tua sanctitas, vtrum in Christo duas naturas dicere oporteat, an secus; ad hoc respondendum putauimus. Diodorus quidam, sancti Spiritus olim impugnator, vt aiunt, cum orthodoxorum Ecclesia communicauit. Hic deposita, vt putauit, Macedonianæ hæresis labe, in alterius morbi vim decidit. sensit enim ac scripsit, alterum seorsim esse filium eum qui ex semine Dauid ex sancta Virgine Deiq. matre natus est, alterum rursus priuatim filium illud ex Deo Patre Verbum. Qui sub ouina pelle quodammodo lupum contegens, vnum se Christum dicere simulat, sed cum referat quidem hoc nomen ad solum illud ex Deo Patre genitum Verbum filium vnigenitum, ipsum quoque ex semine Dauid filium appellat: sed tamquam gratiæ loco nomen hoc ei tribuit, vtpote qui illi secundum veritatem Filio sit vnitus. vnitus autem non vt nos asserimus, sed secundum solam dignitatem, & secundum auctoritatem, & secundum honoris æqualitatem. Huius discipulus extitit Nestorius: itaque ex illius libris obtenebratus, simulat quidem se Christum vnum, & Filium, & Dominum confiteri, sed diuidit etiam ipse vnum in duos, ac seorsim ponit, cum hominem coniunctum esse Deo Verbo dicat communione nominis, honoris æqualitate, dignitate. itaque voces in Euangelicis Apostolicisq. præconijs de Christo positas distinguit, & alias quidem homini tribuendas esse asserit, nimirum humanas, alias vero singulariter Deo Verbo conuenire, scilicet diuinas. & quia multipliciter diuidit, ac seorsim ponit tamquam hominem proprie, illum ex sancta Virgine natum, & similiter proprie ac seorsim filium illud ex Deo Patre Verbum, propterea sanctam illam Virginem non Dei genitricem, sed potius hominis matrem esse asserit. Nos vero non ita se hæc habere sentimus, sed à diuinis litteris & à sanctis Patribus edocti didicimus vnum Filium & Christum & Dominum confiteri, hoc est, illud ex Deo Patre Verbum, ex ipso quidem ante sæcula diuino & ineffabili modo genitum, idemq. in extremis sæculi temporibus propter nos secundum carnem ex sancta Virgine natum: quam, quia Deum hominem factum

" & quæ sentienda putamus.

ctum & incarnatum genuit, ea de causa etiam Dei matrem appellamus. Vnus ergo est Filius, vnus Dominus IESVS Christus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Non enim alter filius erat illud ex Deo Patre Verbum, alter præterea ille ex sancta Virgine natus: sed ille idem qui erat ante sæcula, etiam secundum carnem ex muliere natus creditur: non quòd eius diuinitas initium acceperit vt sit, aut ad initium existentiæ per sanctam Virginem vocata sit; sed quòd, vt dixi, cum ante sæcula Verbum esset, ex illa secundum carnem natum esse dicitur. nam propria ipsius erat illa caro, vt cuiusque nostrũ proprium singulorum corpus. Quia vero nonnulli nobis Apollinarij errores obijciunt, ac dicunt: Si vnum dicitis Filium secundum perfectam atque commixtam vnitatem illud ex Deo Patre Verbum hominem factum & incarnatum, vtique illud etiam opinari & sentire decreuistis, commixtionem, vel confusionem, aut compactionẽ factam esse Verbi cum corpore, aut certe corporis immutationem in diuinitatis naturam: ea de causa nos admodũ sapienter, vt calumniam repellamus, dicimus, illud Dei Patris Verbum modo qui neque intelligi, neque exprimi verbis possit, vnisse sibi corpus animatum anima intellectuali, & prodijsse hominem ex muliere, non immutatione naturæ, sed potius dispensatoria voluntate nostri similem factum. Voluit enim homo fieri, non eo amisso quod secundum naturam Deus erat. Sed quamuis in nostras mensuras descenderit, & serui formam induerit, tamen sic quoque in suę diuinitatis excellentia, & in suo naturali dominatu permansit. Nos igitur dum illi sanctæ carni animam intelligentem habenti, ineffabiliter & supra quàm intelligi possit, illud ex Deo Patre Verbũ vnimus, citra confusionem vllam, citra conuersionem atque immutationẽ, vnum Christum & Filium & Dominum confitemur, Deum eumdem & hominem, non alterum atque alterum, sed qui cum vnus idemq. sit, & hoc & illud existat & intelligatur. Itaque nonnumquam vt homo ratione dispensatoria & humanitatis modo loquitur, nonnumquam vero tamquam Deus cum potestate quæ Deum deceat, verba facit. Illud etiam asserimus, diligenter exquirentes illius cum carne dispensationis modum, & subtiliter circumspicientes hoc mysterium, intelligimus Dei Patris Verbum hominem factum & incarnatum fuisse, non quòd ex natura sua diuina formauerit sacrum illud corpus, sed ex virgine Maria sumpserit: alioqui quomodo factus est homo, si nostrum corpus minime gestauit? Considerantes igitur, vt dixi, modum humanationis, intelligimus duas inter se indissolubili vnione conuenisse naturas, citra confusionem atque immutationem vllam: caro enim caro est, & non diuinitas, etiam si Dei caro facta est: itemq. Verbum Deus est, & non caro, quamuis dispensatoria ratione propriam sibi fecerit carnem. Igitur cum id considerabamus, nihil illum in vnitatem concursum violamus, dum ex duabus naturis factũ esse dicimus: sed post vnionem naturas alteram ab altera non diuidimus, neque

A καὶ ἐπιδὴ γεγέννηται ἐνανθρωπήσαντα καὶ σαρκωθέντα μεγέννηκε, διὸ τοῦτο καὶ θεοτόκον αὐτὴν ὀνομάζομεν. Εἷς οὖν ἐστιν υἱὸς, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν. ὁ γὰρ ἕτερος ἦν υἱὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἕτερος δὴ πάλιν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ προαιώνιος καὶ ἀσώματος καὶ ἄϋλος σάρκα ἐκ γυναικὸς γεγενῆσθαι πεποίηται· ἔχει γὰρ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀρχὴν λαβεῖν εἰς τὸ εἶναι, ἤγουν εἰς ἀρχὴν ὑποστάσεως κεκλημένης διὰ τῆς ἁγίας παρθένου· ἀλλ' ὅπερ μᾶλλον ὡς ἔφην, προαιώνιος ὢν λόγος, ἐξ αὐτῆς γεγενῆσθαι λέγεται καὶ σάρκα. ἰδία γὰρ ἦν αὐτοῦ ἡ σάρξ, καθάπερ ἁμέλει καὶ ἡμῶν ἑκάστου, τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα. Ἐπειδὴ δέ τινες ἀπαλεύουσιν ἡμῖν τὰς Ἀπολιναρίου δόξας, καὶ φασὶν· ὅτι ἃ ἐνομάζετε καθ' ἕνωσιν ἀσύγχυτον καὶ συγκεκραμένην υἱὸν, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σαρκωθέντα, τάχα που κἀκεῖνο φαντάζεσθαι καὶ φρονεῖν ἐγκαλεῖτε, ὅτι σύγκρασις, ἤτοι σύγχυσις, ἢ φύρμός γέγονε τοῦ λόγου πρὸς τὸ σῶμα, ἤγουν τοῦ σώματος εἰς φύσιν θεότητος μεταβολή· πιστεύομεν, καὶ μάλα ἐμφρόνως ἡμεῖς διατηρούμενοι τὴν ὑποφαινομένην, φαμὲν, ὅτι ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος ἀσωματότατός τε, ὡς ἐκεῖ ἔστιν εἰπεῖν, ἑαυτῷ σῶμα ἐμψυχωμένον, ψυχῇ νοερᾷ, καὶ τοιῆδε ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, ἡ μεταβολὴ φύσεως καθ' ἡμᾶς γεγένηται, ἀλλ' εὐδοκίᾳ μᾶλλον οἰκονομικῇ. ἠθέλησε γὰρ ἀνθρωπος γενέσθαι, τὸ εἶναι θεὸς καὶ φύσιν οὐκ ἀποβαλών. ἀλλ' εἰ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καθήκετο μέτροις, καὶ πεφόρηκε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ οὕτω μεμένηκεν ἐν τῇ τῆς θεότητος ὑπεροχῇ, ἐν τῇ φυσικῇ κυριότητι. ἐνεωτὸς πάντων ἡμεῖς τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ, ψυχῇ ἐχούσῃ τὴν νοεράν, διαῤῥήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀμεταβλήτως, ἕνα Χριστὸν, ἐν υἱὸν καὶ κύριον ὁμολογοῦμεν, τὸν αὐτὸν θεὸν ἐν ἄνθρωπον, οὐχ ἕτερον ἐν ἕτερον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, πάντῃ κἀκεῖνο ὑπάρχοντα, ἐν νοούμενον. πολλάκις οὖν τὰ μὲν, ὡς ἀνθρωπος οἰκονομικῶς, ἐν ἀνθρωπίνως διαλέγεται, ἅπερ ἦν, ὡς θεὸς μετ' ἐξουσίας τὰ θεοπρεπῆ φιλεῖ τοῖς λόγοις. Φαμὲν γὰρ κἀκεῖνο, βαπτίζοντος ἀσυγχύτως τὸ μὲν ἀνθρωπος οἰκονομίας τὸ τρόπον, καὶ βεβαθρευμένος ἰσχνῶς τὸ μυστήριον, ὁρῶμεν, ὅτι ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος ἐνανθρώπησέ τε, καὶ ἐσαρκώθη, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ θείας φύσεως τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο παλαισούργησε σῶμα, ἀλλ' ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας μᾶλλον ἔλαβεν αὐτό· ἐπεὶ πῶς γέγονεν ἄνθρωπος, εἰ μὴ σῶμα πεφόρηκε τὸ ἡμέτερον; ἐνοῦντες πάντως ὡς ἔφην, τὸ ἐνανθρωπῆσαι τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἀσυγχύτως, καὶ ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σὰρξ σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε θεοῦ σὰρξ ἰδικῶς ὁ λόγος θεός ἐστι, καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα, οἰκονομικῶς. ὅτου γοῦν ἑνοῦμεν τρόπον, οὐδὲν ἀδικοῦμεν τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν, ὃν δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες· μὴ μέντοι τὴν ἕνω-

σιν

εἰς δὲ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τίμνομεν ἡμεῖς τὸν ἕνα Υἱὸν καὶ Κύριον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν τὸν Υἱὸν, καὶ ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην. Οὕτω δὲ ἔσαν μὲν ἦκεν εἰς ἔννοιαν, καὶ εἰς γε μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, πῶς ποτὲ ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν τὰς ἑνωθείσας, ἕνα δὲ Χριστὸν καὶ Υἱὸν καὶ Κύριον, τὸν τοῦ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. Καὶ εἰ δοκεῖ, δεξώμεθα πρὸς παράδειγμα τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς σύστασιν, καθ' ἣν ἐσμὲν ἄνθρωποι. συνιστάμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὁρῶμεν δύο φύσεις, ἑτέραν μὲν, τὴν τοῦ σώματος, ἑτέραν δὲ, τὴν τῆς ψυχῆς· ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν καθ' ἕνωσιν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ὄντα δύο συνιστᾷ τὰς Φύσεων ὁ ἄνθρωπος, δύο ἀνθρώπους τὸν ἕνα νομιστέον, ἀλλ' ἕνα τὸν αὐτὸν καὶ σύστασιν, ὡς ἔφην, τὸν ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος. ἐὰν γὰρ ἀναίλωμέν τι, ὅτι ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων ὁ εἷς καὶ μόνος ἐστὶ Χριστὸς, ἀδιάφορα ἐσόμεθα ἐκείνων τῶν ἕνωσιν, φασὶν οἱ τῇ ὀρθῇ δόξῃ μαχόμενοι, ἐκ μιᾶς φύσεως τὸ ὅλον, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος, ἢ πόθεν ἰδόντες ἐπιφέρουσι σάρκα; Ἐπεὶ δὲ εὗρον ἐν τῷ ὑπομνηστικῷ ἔμφασιν ἵνα λόγῳ τοιαύτῃ, ὅτι μὴ τὴν ἀναίρεσιν τὸ ἄχρονον σῶμα τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, εἰς ἀθανασίαν φησὶ μεταπεποιῆσθαι, ὡς εἶναι τὸ ὅλον θεότητα μόνην, δεῖν φήθην κἀμὲ πρός γε τοῦτο εἰπεῖν. Παῦλος ὁ μακάριος γράφει τὸ ἐνανθρωπήσαντος τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὰς αἰτίας ἐξηγούμενος, ὅτι μὲν ὅτι, τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. ὅτι δὲ πάλιν· ἐπεὶ γὰρ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς ὡσαύτως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Φαμὲν δὲ ὅτι ἐκ τῆς ἀδιαβάτου τοῦ Ἀδὰμ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παθούσης τὸ φθορᾶς, καὶ τυραννουμένης τε ἐν ἡμῖν ἁμαρτίας ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν, ἤτοι κινημάτων ἐμφύτων, ἀναγκαῖον γέγονεν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸ, ἐνανθρωπῆσαι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἵνα τὸν σάρκα τὸν ἀνθρώπινον ὑπενεγκάμενον τὴν φθορὰν, καὶ ποιήσασθαι τὸ φιλήδονον, ἰδίαν κτήσηται. καὶ ἐπεὶ πῶς ἐστι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς; καταργήσῃ μὲν, τὸν ἐν αὐτῇ φθορὰν· ἐπιτιμήσῃ δὲ καὶ τοῖς ἐμφύτοις κινήμασι, τοῖς εἰς φιληδονίαν θηλαδή. ἐν γὰρ ἅτε νεκρωθῆναι τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐν αὐτῇ. μεμνήμεθα δὲ καὶ μακαρίου Παύλου νόμον ἁμαρτίας καλέσαντος τὰ ἐν ἡμῖν ἔμφυτα κινήματα. ἵνα δὲ, ἐπειδήπερ ἡ ἀνθρωπίνη σὰρξ γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου, πάσχειν μὲν, τὸ ὑποφέρειν τὴν φθο-

neque in duos filios illum vnum impartibilemq. secamus, sed vnum asserimus Filium, & vt sancti Patres dixerunt, vnam naturam Dei Verbi incarnatam. Itaque quantum ad considerandum attinet, atque animi oculis tantummodo contemplandum quomodo homo factus sit ille vnigenitus, duas naturas vnitas esse dicimus, vnum vero Christum & Filium & Dominum illud Dei Patris Verbum hominem factum & incarnatum asserimus. Ac si placet, hanc ipsam nostram compositionem qua sumus homines, in exemplum accipiamus. Ex anima namque & corpore sumus compositi, duasq. naturas intuemur, alteram corporis, alteram animæ; sed vnus ex vtriusque vnione constat homo. neque vero quia ex duabus naturis homo compositus est, duos putare debemus homines qui vnus est, sed vnum eumdem per compositionem, vt dixi, qui ex anima constat & corpore. Nam si negauerimus ex duabus diuersisq. naturis vnum ac solum esse Christum qui post vnionem diuidi non possit, dicturi sunt qui cum recta Fide bellum gerunt: Si totum vna est natura, quomodo factus est homo, quamve carnem propriam fecit? Quoniam vero in ipso commonitorio formam quamdam sermonis huiuscemodi reperi, quòd post resurrectionem sanctum illud corpus nostri omnium saluatoris Christi in diuinitatis naturam transierit, vt totum sit sola diuinitas: ad hoc quoque respondendum censui. Beatus Paulus causas incarnationis vnigeniti Filij Dei exponens, nunc quidem scribit: Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. nunc rursus: Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abraæ apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus similari. Adserimus igitur ex Adam præuaricatione humanam naturam in corruptionem incidisse, cumq. animus noster voluptatum carnis, ac motuum insitorum tyrannico dominatu premeretur, necessarium ad salutem fuisse nobis qui in terris degimus, Dei Verbum hominē fieri, vt humanam carnem corruptioni subiectam, & voluptatum cupiditate laborantem propriam faceret: & cùm vita sit ac viuificator, destrueret corruptionem quæ illam inuaserat, & insitos motus ad concupiscentiam ac voluptatem pertrahentes compesceret. hac namque ratione mortificari poterat in nostra carne peccatum. Meminimus etiam beatum Paulum legem peccati appellasse insitos in nobis voluptarios motus. Quapropter quia humana caro facta est Verbi propria, desijt iam corruptioni succumbere: & quia tamquam Deus pec-

Rom. 8.

Hebr. 2.

Rom. 7. d

Peccatum non fecit, cum eam sibi vniſſet, vt dixi, Propriamq. feciſſet, deſijt etiam illa voluptatibus cupiditatiq. ſubiacere. neque hoc ſibi acquiſiuit vnigenitum illud Dei Verbũ, (eſt enim semper idipſum quod eſt,) ſed proculdubio nobis. Nam ſi ex Adæ præuaricatione facti ſumus malis obnoxij, euenient vtique nobis etiam bona quæ in Chriſto ſunt, incorruptio ſcilicet, peccatorumq. mortificatio. Factus eſt igitur homo, non hominem aſſumpſit, vt Neſtorio placet. Atque vt homo factus eſſe credatur, licet id quod erat permanſerit, nimirum Deus ſecundum naturam, idcirco & eſurire dicitur, & ex itinere fatigari, perferre etiam ſomnum & turbationem atque triſtitiam, ceterasq. humanas atque irreprehenſibiles paſſiones. contraq. vt certos faceret videntes, ſe cum ſit homo, etiam verum Deum eſſe, efficiebat diuina miracula, cum increpare et mare, mortuos excitaret, aliaq. admirabilia ederet opera. Crucem quoque ſuſtinuit, vt mortem carne non Deitatis natura perpeſſus, fieret primogenitus ex mortuis, & ipſi humanæ naturæ immortalitatis aditum aperiret: inferis quoque ſpoliatis animas liberaret quæ ibi concluſæ tenebantur. Poſt reſurrectionem vero erat quidem illud ipſum corpus quod paſſum fuerat, non tamen adhuc in ſe humanas infirmitates habens. Non enim vltra illud corpus famis, aut fatigationis, aut alicuius alterius eiuſmodi eſſe ſuſceptiuum aſſerimus, ſed iam incorruptibile: neque id ſolum, verum etiam viuificum, vitę namque corpus eſt, ideſt vnigeniti Filij. glorificatum etiam claritate quæ maxime Deum decet, & intelligitur Dei corpus. Itaque ſi quis illud corpus etiam diuinum dicat, vt nimirum corpus hominis humanum, à decenti ratione non deuiat. Vnde opinor etiam ſapientiſſime beatum Apoſtolum Paulum dixiſſe: Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus. Cum ſit enim proprium Dei corpus, omnia humana tranſcendit. Conuerſionem porro in Deitatis naturam ſubire non contingit corpus è terra: id enim fieri non poteſt: alioqui Deitati derogabimus tamquam ſit facta, & tamquam illi aliquid acceſſerit, quod illius naturæ proprium non ſit. Par enim eſt ad abſurditatis rationem dicere mutatum eſſe corpus in Deitatis naturam, & dicere diuinitatem in carnis naturam tranſiſſe. Sicut autem hoc eſt impoſſibile, quia immutabilis eſt & inuariabilis natura Deitatis, ita illud quoque alterum fieri non poteſt. neque enim contingit in Deitatis eſſentiam vel naturam, aliquam creaturam poſſe conuerti. inter creaturas autem ipſa etiam caro numeratur. Ergo Chriſti corpus eſſe quidem diuinum aſſerimus, cum ſit Dei corpus, & ineffabili gloria decoratum, incorruptibile, ſanctum, viuificum: eſſe autem in Deitatis naturam immutatum, neque quiſquam è ſanctis Patribus aut ſenſit aut docuit, neque nos ita ſentimus. Neque vero illud tua ſanctitas ignoret, beatæ memoriæ patrem noſtrum Athanaſium quondam Alexandrinum Epiſcopum, cum

4. Cor. 5.

τῇ φθορᾷ· ἐ ἐπεὶδὴ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν ὡς ἦν, εἰκειωσάμενος αὐτὴν, καὶ ἰδίαν διαφθορὰν, ὡς ἴφλω, πέπωκε καὶ τὸ νεκρὸν τὸ φιλήδονον. καὶ οὐχ ἑαυτῷ τοῦτο κατώρθωκεν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἐπεὶ γὰρ, ὅ ἐστιν ἀεὶ, ἀλλ' ἡμῖν δηλονότι. εἰ γὰρ ἐσμὲν ἡμεῖς ὑπεύθυνοι τῇ ἐκ παραβάσεως τοῦ ἐν Ἀδὰμ κακῷ, ἦλθε πάντως ἐφ' ἡμᾶς καὶ τὰ ἐν Χριστῷ, τυπέντι τῇ φθορᾷ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἡ νέκρωσις. σὺν ᾧ γέγονε καὶ ἀθανασία, σὺν ἀνθρώπῳ ἀνέλαβεν, ὡς Νικηφόρῳ δοκῶ, καὶ ἵνα πεισθῇ ἄνθρωπος γεγενῆσθαι, καίτοι μεμηνυκὼς ὅπερ ἦν, δῆλον ὅτι ὅπερ ἦν καὶ φύσει, τοῦτο καὶ πέπωκε λέγεται, καὶ κάμνων ἐξ ὁδοιπορίας· ἀναχωρεῖ δὲ καὶ ὕπνου καὶ ταραχῆς καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρωπίνων καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν· ἵνα δὲ πάλιν πληροφορήσῃ τοὺς ἱερώτατα αὐτὸν, ὅτι μὴ τοῦ εἶναι ἄνθρωπος, καὶ θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἐγείρει τοὺς θεσπεσίους, ἀπλάστοις ἀξίαις τιμῶν· νεκροὺς ἐμέρισε, καὶ τὰ ἕτερα ἀποδόξα κατώρθωσεν. ἐσταύρωται δὲ καὶ σαυρὸν, ἵνα σαρκὶ παθὼν τὸν θάνατον καὶ ἐ φύσει θεότητος, λύτρον πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐδοκιμάσῃ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ὁδὸν· καὶ σκυλεύσας τὸν ᾅδην τοὺς αὐτόθι κατεχομένους ἐλευθερώσῃ ψυχάς. μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν ὧν μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ πεπονθὸς, πάλιν οὐκέτι τὰς ἀνθρωπίνας ἀσθενείας ἔχον ἐν ἑαυτῷ. ἐ γὰρ ἔτι πίνει, ἢ κόπτει, ἢ ἑτέρων τῶν τοιούτων τινὲς ἀνάγκην εἶναι φαμὲν αὐτῷ· ἀλλὰ λοιπὸν ἄφθαρτον· καὶ ἔχει τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ζωοποιὸν, ζωῆς γὰρ ἐστι σῶμα, τυπέν, τοῦ μονογενοῦς. καταλαμπρύνῃ δὲ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεστάτῃ, καὶ νοητῷ θεοῦ σώματι. τοιγάρτοι, κἂν εἴ τις αὐτὸ λέγοι θεῖον ὥσπερ ἀμέλει τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ. ὅθεν οἶμαι καὶ τὸν σοφώτατον Παῦλον εἰπεῖν· εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. θεοῦ γὰρ ὡς ἰδίου σώματος ὑπάρχον, ὑπερίβη πάντα τὰ ἀνθρώπινα· μεταβολὴν δὲ εἰς τὸν εἰς τὸν τῆς θεότητος φύσιν, οὐκ ἐδέχετο παθεῖν σῶμα τὸ ἐκ γῆς· ἀμήχανον γάρ· ἐπὶ καταγελάσομεν τῆς θεότητος ὡς ῥητῆς, καὶ ὡς προσλαβούσης τι ἐν ἑαυτῇ, ὃ μή ἐστι κατὰ φύσιν ἴδιον αὐτῆς. ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀπορίας λόγον τὸ εἰπεῖν ὅτι μεταβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μεταβληθὲν ὁ λόγος εἰς φύσιν σαρκὸς, τῷ λέγειν μετακεχωρηκέναι τὸν θεότητα εἰς φύσιν σαρκός. ὥσπερ δὲ τοῦτο ἀμήχανον, ἀτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. ἃ γὰρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν εἰς θεότητος ὁσίαν ἤτοι φύσιν, μετακεχωρηκέναι τὰ δωρεαῖα τῶν κτισμάτων κτίσμα ἦν ἡ σὰρξ. οὐκοῦν θεῖον μὲν εἶναι φαμὲν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπεὶδὴ ἑαυτοῦ σῶμά ἐστι, καὶ ἀῤῥήτῳ δόξῃ κατηγλαϊσμένον, ἄφθαρτον, ἀγιον, ζωοποιὸν· ὅτι δ' εἰς θεότητος φύσιν μεταβλήθη, οὔτε τις τῶν ἁγίων πατέρων, ἢ προφήτης, ἢ ἄγγελος, ἔτι ἡμῖν ὕστερον ἀφωρίσθω. Μὴ ἀγνοείτω κἀκεῖνο ἡ ἁγιότης, ὅτι ὁ τῆς μακαρίας μνήμης πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος, ὁ γενόμενος ποτὲ τοῦ Ἀλεξανδρείων ἐπίσκοπος,

σιωπᾶν, κεκινημένων ἐνῶν κατ' ἐκεῖνο καιρόν, ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον τῆς Κορίνθου, πάσης ὀρθοδοξίας μεστήν· ἐπὶ ᾗ ἠλέγχετο καὶ ἐξ αὐτῆς Νεστόριος, καὶ οἱ τῇ ὀρθῇ πίστει συναγωνιζόμενοι, πρότερον ἀναγινώσκοντες, ἐξεδυσώπουν τοὺς τὰ αὐτὰ αὐτῷ φρονεῖν ἐφιλοτιμοῦντο, ἀπρεπεῖς εἶναι τοὺς τοιούτους ἐλέγχους, ἐμηχανήσαντό τι πονηρὸν, καὶ τῆς αἱρετικῆς δυσσεβείας ἄξιον· παραφθείραντες γὰρ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὰ μὲν ὠφελοῦντα, τὰ δὲ προσθέντες, ἐκδεδώκασιν· ὡς δοκεῖν καὶ τὸν ἁγιώτατον ἐκεῖνον συμφωνεῖν τῷ Νεστορίῳ φρονεῖν, καὶ τοῖς περὶ αὐτόν. ἵνα οὖν ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῦ μὴ κἀκεῖσέ τινας παραφθαρμένην αὐτὴν διαδεικνύναι, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν αὐτηχράφων τὸ ἴσον λαβόντας, δοκιμάσαι τῇ σῇ ὁσιότητι. καὶ γὰρ οἱ διλαβέστατοι ἐπισκοποι τῆς Ἐμεσηνῶν ἐπισκοπῆς Παῦλος, ἐλθὼν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κατέγνω περὶ τούτου λόγου, ἐξ ἀρχῆς μὲν ἔχων τὸ ἴσον τοῖς ἐπιστολῆς, παραφθαρμένον δὲ ἐφ' ἑαυτῷ εὑρὼν τῶν αἱρετικῶν· ὥστε καὶ ἠξίωσαν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν αὐτηχράφων τὸ ἴσον τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐπιπέμψαι, καὶ δὴ ἐπέμψαμεν. Ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῶν Νεστορίου δογμάτων συγγεγράφαμεν βιβλίον· καὶ ἕτερον δὲ, ἐξ ἀντιβεβλημένων τινῶν τῶν κεφαλαίων τὴν ἀσέβειαν· καὶ πᾶσι ἀπέσταλται τῇ σῇ ὁσιοσβείᾳ, ἵνα εἴ τινες εἶεν ἕτεροι τῶν ὁμοπίστων τε, καὶ ὁμοψύχων ἡμῖν ἀδελφῶν, τῇ τινῶν φλυαρίᾳ συνηρπασμένοι, καὶ νομίζοντες ὅτι μεμίγωμεν δὴ τοῖς Νεστορίου λεχθῆσιν, ἐλεγχθῆναι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ μάθωσιν ὅτι καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐπεπλήξαμεν οἷς πεπλανημένοις· καὶ νῦν ἐδέησεν ἡμῖν ἐγκεῖσθαι πανσόφοῦ μαχόμενοι τῇ αὐτοῦ δυσφημίᾳ. ἢ γὰρ πλειότης, τὸ ἐπὶ μείζω τοῦ δυναμένου, καὶ ἡμᾶς ὠφελήσῃ, καὶ χαρᾶσι καὶ συσδυνομένη.

ΕΤΕΡΟΝ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΝ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΠΥΣΤΑΣ ἩΜΩΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ.

ΕΜΦανῆ μὲν καθίστησιν ἑαυτὸν ἡ ἀλήθεια τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, κρύπτεται γὰρ οἶμαι τοῖς πρόσωπον λαμβάνουσι τοὺς τῶν πολυπλόκων ἐννοίους. ἡ γὰρ ἀξίους ἑαυτὴν ἀποφαίνουσι τοῖς λαμπρότητος ἐμμένουσι καρδίαις αὐτῆς. καὶ οἱ μὲν τῆς ἁπλότητος πίστεως ἐφάψαιντο, αἰσθοῖντο τὸ κύριον ἐν ἁπλότητι καρδίας καθὼς γέγραπται· οἱ δὲ καμπύλας τρόχους ἐρχόμενοι, καὶ καρδίαν ἔχοντες σκαμβὴν, καὶ τὰ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, διεστραμμένοις ἐννοίαις πολυπλόκους ἑαυτοῖς συναγείρουσιν ἀφορμὰς, ἵνα διαστρέψωσι τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς ἰθείας, καὶ τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἀσκολιάσωσι ψυχάς, εἰς τὸ χεῖλος φρονοῦσι ἃ μὴ θέμις. ἐκ τούτου φημὶ, τοῖς δοκεῖ τῆς αὐτῆς ἀσεβείας ἐστυχῶν ὑπομνηστὴς εἶναι ἵνα ἀνὰ χεῖρας ἐν αὐτοῖς ἐκ ἀσφαλῶς ἐστινόμενα, δοκεῖ τὸ ἐκ οἰδ' ὅπως ἠμαυρωτὸν τῆς ψιλανθρωπίας γνώσεως τοῦ διαστρέφειν. ἡσσον ἂν τοῦτο.

Εἰ ἐκ δύο φύσεων, συνῆχθη φησὶν ὁ Ἐμμανουὴλ, μετὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν νοῶμεν μὴ λόγῳ σκεπ-

cum per idem tempus quæstiones nonnullæ mouerentur, epistolam scripsisse ad Epictetum Corinthiorum Episcopum, omni rectorum dogmatum assertione plenam. Et quia etiam ex ea Nestorius arguebatur, & rectæ Fidei defensores, cũ eam legerent, conuincebant eos qui Nestorij sententiam amplexabantur, illi confutationibus ex ea prolatis victi, machinati sunt facinus hæretica impietate dignissimum. Adulteratam namque epistolam quibusdam subtractis, nonnullis adiectis ediderunt; vt ille vir probatissimus consimilia Nestorio eiusq. sectatoribus sapuisse videretur. Igitur necessarium fuit ne qui istic quoque eam epistolam corruptam proferrent, ex nostris exemplaribus descripta tuæ reuerentiæ paria destinare. Nam vir quoque religiosissimus Paulus Emisenorum Episcopus Alexandriam veniens hac de re egit: & eius epistolæ exemplar quod habebat, deprehensum est ab hæreticis fuisse corruptum ac deprauatum: itaque popoſcit vt ex nostris exemplaribus descripta paria Antiochenis mitterentur, quæ etiam mittenda curauimus. Sequentes etiam vbique recta sanctorum Patrum placita, librum contra Nestorij dogmata conscripsimus, necnon & alterum contra quosdam qui vim capitulorum meorum reprehenderant: hos quoque tuæ reuerentiæ misi, vt si qui forte ex fratribus eadem fide eodemq. animo nobiscum iuncti, nonnullorum obtrectationibus decepti putant nos in his quæ contra Nestorium dicta sunt, mutasse sententiam, hæc legendo coarguantur, & discant eũ rite ac recte tamquã errantem à nobis fuisse reprehensum, & nunc nihilominus vbique ad eius blasphemias oppugnandas incumbere. Tua vero sanctitas cùm his maiora valeat intelligere, tum scribendo, tum orando nos quoque iuuabit.

ALTERVM COMMONITORIVM RESCRIPTVM AD INTERROGATIONES NOBIS AB EO PROPOSITAS.

SPectandam se præbet veritas ijs qui illam diligunt, occulit autem, vt arbitror, & abdere se studet à callidorum hominum cogitationibus. Non enim se tales præbent, vt eam claris oculis intueri mereantur. Et amatores quidem immaculatæ Fidei in simplicitate cordis, vt scriptum est, Dominum deprecantur: qui vero per distortos calles ambulant, & cor habent prauum, vt est in Psalmis, peruersorum sensuum sibi multiplices occasiones accumulant, vt peruertant vias Domini rectas, & simpliciorum animas abducant, vt ea sentiant quæ nefas est. Hæc ideo dico, quia cum legissem à tua sanctitate missa commonitoria, deprehendi quædam in illis periculose proposita ab ijs qui nescio quomodo peruersam falsi nominis scientiam diligunt. Ea erant eiusmodi.

Sapien. c.

Psal. 100.

I. *Si ex duabus naturis, inquit, compositus est Emmanuel, ac post vnionem vna intelligitur natura Verbi incar-*

carnata, consequetur omnino vt ipsum in sua natura passum esse dicamus.

Beati Patres nostri qui venerandũ Fidei Symbolum definierunt, ipsum dixerunt ex Deo Patre Verbum, ipsum ex eius essentia, ipsum vnigenitum, ipsum per quem omnia, incarnatum esse & hominem factum: neque vllo modo putandum est sanctos illos viros ignorasse vnitum illud Verbo corpus anima intelligente animatum fuisse. Quisquis igitur Verbum dicit fuisse incarnatũ, carnem illi vnitam non sine anima intelligente fuisse confitetur. Sic enim, vt puto, immo vero vt revera est, confidenter affirmo, etiam beatissimus Euangelista Ioannes Verbum dixit carnem factum, non quasi inanimatæ carni fuerit vnitum, absit: neque vero quasi mutationem variationemq. pertulerit; mansit nãque quod erat, hoc est, natura Deus: sed vbi assumpsit etiam vt esset homo, hoc est, vt fieret sicut nos ex muliere secundum carnem, rursus vnus permansit Filius, non tamen carnis expers, vt antea fuerat, hoc est, antequam homo fieret, sed etiã nostræ quodammodo naturæ veste indutus. Quamuis autem Verbo ex Deo Patre genito consubstantiale non sit illi vnitum corpus anima licet intelligente præditum, at certe vnitarum naturarum differentiam cum intellectus noster aspiciat, vnum tamẽ Filium & Christum & Dominum confitemur, vt pote cum Verbum sit caro factum. Quum vero, caro, dicimus, tantumdem est ac si hominem diceremus. Quænam igitur necessitas cogit, vt si post vnionem dicatur vna natura Filij incarnata, ipsum in sua natura passum esse consequatur? Nam si in illius dispensationis ratione nihil esset quod passionem posset excipere, recte forsitan ab illis dictum esset: patiendi enim ablato subiecto, necessarium omnino esset, in Verbi naturam cadere passionem. Si autem addito verbo, incarnatam, omnis ratio illius cum carne dispensationis infertur, (neque enim aliter incarnatus est nisi apprehendendo semen Abraam; & similis factus est per omnia fratribus, dum formam serui suscepit;) frustra nugantur qui dicunt, consequens omnino esse vt ipse in sua natura passionem sustinuerit, cum caro subiecti vicem tenear, circa quam contigisse passionem merito possit intelligi, Verbo impassibili manente. Non tamen propterea illud eximimus, quominus dicatur passum. Vt enim proprium ipsius Verbi factum est corpus, sic omnia quæ sunt corporis, excepto solo peccato, dispensatoria quadam coniunctione ipsius dici nihilominus possunt. Sed dicent aduersarij.

Ioan. 1.

II. *Si vna est natura Verbi incarnata, omnino necesse est dicere permixtionem confusionemq. factam fuisse, imminuta quodammodo in ipso atque subtracta hominis natura.*

Rursus ignorant qui recta peruertunt, vnam revera esse naturam Verbi incarnatam. Si enim vnus est Filius, ille natura ac vere, illud ex Deo Patre Verbum ineffabiliter genitum, qui deinde secundum assumptionem carnis non inanimatæ, sed intelligente anima præditæ prodijt homo ex muliere, non propterea in duas personas duosq. filios

κεκοινώνηκεν, ἔψεται πάντως τὸ χεῖρας παθεῖν αὐτὸν λέγειν εἰς ἰδίαν Φύσιν.

Οἱ μακάριοι πατέρες, οἱ τὸ σκοπὸν τῆς πίστεως ὁρισάμενοι σύμβολον, αὐτὸν ἔφασκον τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι· καὶ ἐν δὴ τοῦτο φαμὲν ἀγνοεῖσθαι τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἄνδρας τὸ ἑνωθὲν τῷ λόγῳ σῶμα ἐψύχωτο ψυχῇ νοερᾷ. ὡς πᾶν εἴ τις σαρκωθῆναι λέγει τὸν λόγον, ἐν δίχα ψυχῆς νοερᾶς ὁμολογεῖ τὸν σάρκα τὸν ἑνωθῆναι αὐτῷ. ἵστω γὰρ, ὡς γε οἶμαι, μᾶλλον ἢ ὡς ἔστι πληροφορήτως αὐτῷ, καὶ ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὸν λόγον ἔφη γεγενῆσθαι σάρκα, ἐχ ὡς ἐψύχῳ σαρκὶ ἑνωθῆναι, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὡδ' ὡς προεῖπον ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομένοντα· μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν, πιστεύει, Φύσει θεός· προσλαβὼν δὲ τὸ εἶναι καθ' ἡμᾶς, ἤγουν γεγενῆσθαι καὶ ἐν γυναικὸς κοιλίᾳ σάρκα, πάλιν εἰς μεμένηκεν ὁμοίως· πάλιν οὐκ ἄσαρκος καθὸ καὶ πάλαι, ἤγουν πρὸ τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρῶν, ἀμφιασάμενος ὥσπερ δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν Φύσιν. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἴσην ὁμοίωσιν τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς φύντι λόγῳ τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, καὶ ψυχῆς ἐνοῦσης αὐτῷ νοερᾶς, ἀλλ' οὖν ὁ μὲν νοῦς φαντάζεται τὸ ἐπροφυὲς τῶν ἑνωθέντων· ἕνα γε μὴν ὁμολογοῦμεν υἱὸν καὶ Χριστὸν δὲ κύριον, ὡς γεγενῆσθαι σαρκὸς τοῦ λόγου· τὸ δὲ σαρκὸς ὅπερ εἴπωμεν, ἀνθρώπου φαμέν. πῶς γοῦν πάθοι αὐτὸν ἀνάγκη εἰς ἰδίαν Φύσιν, εἰ λέγοιτο μὴ τὴν ἕνωσιν μία Φύσις υἱοῦ σεσαρκωμένη; εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν λέξεως τῆς οἰκονομίας τὸ πεφυκὸς ὑπομένειν τὸ πάθος, ὀρθῶς ἂν ἐφέροιτο· ὅτι μὴ ὄντος τοῦ πεφυκότος πάσχειν πάσῃ πως ἀνάγκῃ τῷ ἐκ λόγου Φύσει συμβαίνειν τὸ πάθος. εἰ δὲ ἐν τῷ σεσαρκωμένῳ εἴποι, σύμπας ὁ λόγος τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας εἰσφέρεται· ἐσαρκώθη γὰρ ἐχ ἑτέρως, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος, καὶ ὡμοιώθη κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, ἐκ μορφὴν δούλου λαβών, εἶτα [καὶ] συμφιλονεικήσουσιν οἱ λέγοντες ἀκολουθεῖν τὸ χεῖρας πάντως αὐτὸν εἰς ἰδίαν Φύσιν ὑπομεῖναι, ὑπομένοντος γὰρ τῆς σαρκὸς, πρὸς ἓν τοῦτο ἀναγκαίως συμβαίνειν τὸ παθεῖν νοοῖτο, ἀπαθοῦς ὄντος ἐκ λόγου. Ἀλλ' οὐκ ἴσμεν Δαιτόν λέγομεν αὐτὸν ἐκ λέγειν παθεῖν· ὥσπερ δὲ ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ γέγονε τὸ σῶμα, οὕτω καὶ πάντα τὰ ἐκ σώματος δίχα μόνης ἁμαρτίας λέγοιτ' ἂν ἂν εἶναι ἴδια αὐτοῦ, κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν. ἀλλ' ἐρῶσιν οἱ δι' ἐναντίας.

Εἰ μία Φύσις ἓν φησι, τοῦ λόγου σεσαρκωμένη, πάσῃ πως ἀνάγκῃ λέγειν φυρμὸν γεγενῆσθαι καὶ σύγχυσιν, μεμειγμένης ὥσπερ καὶ συγκεκραμένης τῆς τοῦ ἀνθρώπου Φύσεως ἐν αὐτῷ.

Ἡγνόησαν πάλιν οἱ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, ὅτι καὶ ἀληθῶς ἐστι μία Φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. εἷς γὰρ ἐστιν υἱὸς ὁ Φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ὁ ἀπορρήτως γεννηθείς, εἶτα καὶ προσληφθεὶς σαρκὸς, ἤγουν ἀψύχου, ἀλλ' ἐψυχωμένης λογικῶς προσῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, ἐξ οὗ δύο μεμενήκασιν ἓν Χριστὸς

σωμα

σωπα ἓ ἰούς, ἀλλὰ μεμένηκεν ἕς, πάλιν ὅσι ἄσαρ-
κος, ἀδ' ἐχω σώματος, ἀλλ' ἴδιον ἔχων αὐτὸ καθ' ἑνω-
σιν ἀδιάσπαστον. ὁ ἓ τοῦτο λέγων, ἢ φυρμὸν, ἢ σύγ-
χυσιν, ἀδ' ἑτερόν τι τῶν τοιούτων πάντη τι ἓ πάντως
δηλοῖ ὅτι μὲν ὡς ἐξ ἀναγκαίας ἕ λόγε ὅτι ἀκολου-
θήσαι πάθοι. εἰ γὰρ ἓ ἄς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ μονογενὴς
υἱὸς ἕ θεῦ σεσαρκωμένος ἓ ἐνανθρωπήσας, ἢ πέφυε
μίγδην, κ' τὸ ἐκείνοις δοκοῦν, ὅτι μὲν εἰς τὸν τῆς
σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ ἕ λόγε φύσις, ἀλλ'
ἀδὲ ἡ τ' σαρκὸς εἰς τὸν αὐτό· ἀλλ' ἐν ἰδιότητι τῆ κ'
φύσιν ἑκατέρε μένοντός τε καὶ νοεμένε, κ' γε τὸν
ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον, ἀῤῥήτως καὶ ἀφράσ-
τως ἑνωθέντα, μίαν ἡμῖν ἐδεῖξεν υἱοῦ φύσιν· πάλιν ὡς
ἔφλω, σεσαρκωμένε. ἢ γὰρ ὅτι μόνων τῶν ἁπλῶν
κ' φύσιν, τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ ἓ ὅτι τῶν κ'
σύνθεσιν σεσυγμένων· ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄν-
θρωπος, ὁ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἑτεροειδῆ μὲν γὰρ
τὰ πεφυκότα, καὶ ἀλλήλοις ἧκιστα ὁμοούσια, ἑνωθέντα μὲ-
μίαν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν· κἂν τῆς τ'
συνθέσεως λόγοις ἐυπερέχῃ τὸ διάφορον κ' τὸν φύ-
σιν τῶν εἰς ἑνότητα συγκεκομισμένων. Περιττολο-
γοῦσι τοίνυν οἱ λέγοντες, ὡς εἰ περ μία φύσις ἕ λόγε
σεσαρκωμένη ἦν, πάντη τι κ' πάντως ἔμελλε καὶ τὸ φυ-
μὸν γενέσθαι ἓ σύγχυσιν, ὡς μεμεμένης ἓ ὑποκλει-
πομένης τῆς ἀνθρώπου φύσεως. ὅτι γὰρ μεμείωται,
ὅτι καθ' ὅ φησιν, ὑποκλέπτει· λέγει γὰρ σφὸς δή-
λωσιν τὸν πλεισταχόθεν τοῦ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ
λέγειν, ὅτι σεσάρκωται). εἰ μὲν γὰρ ὅτι ἀσύγκρι τ' παρ' ἡ-
μῶν, ἔχειν ἂν ἴσως χώραν αὐτῆς ἡ συκοφαντία. ἐπεὶ δὲ
ἦ ἀναγκαίως συνεπινοήσαι, τὸ ὅτι σεσάρκωται,
σὺν τῆς μειώσεως ἤτοι κλοπῆς ὁ τρόπος;

Εἰ τέλειός φησι θεὸς ὁ Χριστὸς, ἓ τέλειος ἄνθρωπος
ὁ αὐτὸς νοούμενος, καὶ ὁμοούσιος μὲν τῷ πατρὶ κ' τὸν
θεότητα, κ' ἧ τὸν ἀνθρωπότητα, ὁμοούσιος ἡμῖν, σὺν
τὸ τέλειον, εἰ μηκέτι ὑφέστηκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις; σὺν
ἧ καὶ τὸ ὁμοούσιον ἡμῖν, εἰ μηκέτι ὑφέστηκεν ἡ οὐσία,
ὅ πέρ ἐστιν ἡ φύσις ἡμῶν;

Ἀρκεῖ ἓ τούτοις εἰς διαίρεσιν ἡ ὅτι τῷ σεσυ-
συγμένῳ κεφαλαίῳ λύσις, ἤγουν ἀπολογία. εἰ μὲν
γὰρ μίαν εἰπόντες τὸν φύσιν ἕ λόγε σεσαρκωμένην, οὐκ
ἐπεσυχήσαμεν τῷ, σεσαρκωμένῳ, ἀλλ' οἷον ἔχω φάσκε
τὸν οἰκονομίαν, ἵν' αὐτῆς τύχα που ἓ ὄσι κατηγορος
ὁ λόγος, σεσαρκωμένος ἐρωτᾶν, σὺ τὸ τέλειον ἐν ἀν-
θρωπότητι. ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία; ἐπεὶ δὲ
ἦ ἓ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι πλειότης, κ' τ' καθ' ἡμᾶς οὐσίας
ἡ δήλωσις, ἱκανοῦμεθα διὰ τοῦ λέγειν σεσαρκωμέ-
νον, παυσάσθωσαν καλαμίνῳ ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑπο-
τίθεσθαι. τοῦ γὰρ ἐκβάλλοντος τὸν οἰκονομίαν, ἓ δι-
καιουμένου τὸν σάρκωσιν ἵν' τὸ, ἐγκαλεῖσθαι δίκαιος,
ἀφαιρεμένου τὸν ὑὸν τῆς πλείας ἀνθρωπότητος· εἰ
ἦ ὡς ἔφλω, ἐν τῷ σεσαρκῶσθαι λέγειν αὐτὸν, σφῆς τι
ἓ ἀναμφίβολος ἡ ὁμολογία τοῦ, ὅτι γέγονεν ἄνθρω-
πος, οὐδὲν ἔτι κωλύει πεῖν, ὡς ἕς ὑπάρχων καὶ μόνος
υἱὸς ὁ Χριστὸς, αὐτὸς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, ὥσπερ ἐν θεό-

A filios diuidetur, cum permanserit vnus, non tamen sine carne aut extra corpus, sed ipsum proprium habens, per vnitatem quæ distrahi nullo modo possit. Qui autem hoc dicit, is nullo prorsus modo permixtionem, aut confusionem, aut eiusmodi aliud significat: neque id rursus tamquam ex necessaria ratione vllo modo consequetur. Nam etiam si vnus dicatur à nobis vnigenitus Filius Dei incarnatus & homo factus,
B non propterea permixtus est, vt illi putant, neque in carnis naturam transijt Verbi natura, neque rursus natura carnis in Verbi naturam: sed cum vtrumque in sua proprietate naturali permaneat & consideretur, iuxta rationem à nobis paulò ante redditam, ineffabiliter & inexplicabiliter vnitum, vnam nobis Filij naturam ostendit, sed, vt diximus, incarnatam. Non enim ipsum, vnum, in his solis quæ secundum naturam simplicia sunt, vere dicitur, sed in his etiam quæ sunt per compositionem coniuncta; cuiusmodi est homo ex anima constans & corpore. nam eiusmodi res cum alterius sint speciei, & minime eiusdem inter se essentiæ, tamen quum vnitæ sunt, vnam hominis naturam absoluunt; quamuis adsit in compositionis ratione differentia, secundum naturam rerum ad vnitatem concurrentium. Superuacue igitur ratiocinantur qui asserunt, si vna sit
C natura Verbi incarnata, prorsus consequi permixtionem atque confusionem factam fuisse, imminuta nimirum atque subtracta hominis natura. Neque enim imminuta neque subtracta est, vt aiunt: nam ad pleniſſime declarandum quòd sit factus homo, satis est fateri illud fuisse incarnatum. hoc enim si à nobis taceretur, haberent locum aliquem eorum calumniæ: cum vero necessario subiunctum sit, incarnatum esse, vbi nam vllus imminutionis subtractionisve modus relictus est?

Si Christus, inquit, perfectus Deus, idemq. perfectus III.
D *homo intelligitur, & consubstantialis Patri secundum diuinitatem, secundum humanitatem vero consubstantialis nobis, vbi nam est perfectio, si hominis natura non substitit? vbi etiam eadem nobiscum substantia, si ipsa non iam substitit essentia, hoc est, nostra natura?*

Ad horum quoque declarationem satis est ea quæ ad superius caput allata est solutio, seu responsio. Nam si dicentes vnam Verbi naturam, tacuissemus ac minime adiunxissemus, incarnatam, excluso propemodum dispensationis mysterio, esset illorum fortasse oratio non inepta, dum interrogare se simulant, Vbi nam est in humanitate perfectio, aut quomodo substitit illa
E nostra essentia? Sed quia & illa in humanitate perfectio, & essentiæ nostræ declaratio, illata est dum dicimus, incarnatam, desinant baculo inniti arundineo. Is enim qui excluderet dispensationis mysterium, incarnationemq. negaret, iure coargui posset tamquam à Filio perfectam humanitatem auferret. Sed si, vt iam dixi, in eo quod illum incarnatum esse dicimus, perspicua & certa confessio continetur, qua etiam hominem esse factum profitemur, nihil iam intelligere prohibet, Christum, cum sit vnus ac solus filius, eumdem Deum esse & hominem, vt in Deitate,

θέ-

tate, ita etiam in humanitate perfectum. Rectissime autem ac sapientissime tua prudentia rationem salutiferæ passionis exposuit, vnigenitum Dei Filiũ non ex eo quod intelligitur & est Deus, in sua natura sustinuisse corporis passiones affirmans, sed passum potius terrestri natura: nam vni & secundum veritatem Filio vtrumque necessario seruandum fuit, vt & minime pateretur diuinitus, & passus diceretur humanitus: ipsius enim caro passa est. Sed illi rursum arbitrantur, per hoc à nobis illam quæ apud eos Theopathia, hoc est, Dei passio dicitur, induci: neque intelligunt mysterium dispensationis, sed malitiose admodum adnituntur in hominem proprie transferre passionem, damnosam pietatem imprudenter affectantes, vt non ipsum Dei Verbum confiteamur saluatorem, vtpote quod pro nobis proprium sanguinem dederit, sed homo qui proprie ac seorsim consideretur filius, id perfecisse dicatur. Verum qui ita sentiunt, omnem illius cum carne dispensationis rationem concutiunt, nostrumq. mysterium diuinum ad hominis adorandi cultum haud obscure transferunt: neque illud considerant quòd ipsum ex Iudæis secun-
1.Cor.1. dum carnem, ideſt, ipsum ex Abraam & Iesse &
Rom.9. Dauid semine Christum, & Dominum gloriæ, & Deum benedictum in sæcula, & super omnia, beatus Paulus asseruit, proprium esse pronuntians Verbi corpus ligno suffixum; ac per hoc ipsi Verbo crucem attribuens.

IIII. *Comperi etiam aliud quiddam esse præterea quod quæratur. Nam qui dicit Dominum nostrum nuda solaq. carne passum, irrationabilem & non spontaneam eius asserit passionem. Si quis autem dixerit, eum cum anima intelligente passum, vt passio sit spontanea, tantumdem est ac si dicat in natura humanitatis fuisse passum. quod si verum est, quomodo negari potest duas naturas post vnionem indiuise subsistere? Itaque si*
2.Pet.4. *quis dicit, Christo igitur passo in carne, nihil aliud dicit nisi, Christo igitur passo pro nobis in nostra natura.*

Aduersatur rursus hæc eorum propositio nihilo minus ijs qui dicunt vnam esse Filij naturam incarnatam; idq. velut ineptum volentes ostendere, vbique duas naturas subsistentes conantur adstruere. Sed ignorant quæcumque non solamentis consideratione distingui solent, ea prorsus etiam in diuersitatem distinctam omnifariã ac priuatim à se mutuo segregari. Sit rursus nobis in exemplum homo nostri similis. duas namque in eo naturas intelligimus, vnam animæ, alteram corporis. Sed cùm sola discreuerimus intelligentia, & differentiam subtili contemplatione, seu mentis imaginatione conceperimus, non tamen seorsim ponimus naturas, neque illis in totum per diuisionem virtutem imminuimus, sed vnius hominis esse intelligimus, ita vt illæ duæ non iam sint duo, sed ex vtraque animal vnum absoluatur. Quamuis igitur in Emmanuel humanitatis naturam ac diuinitatis dicant, ipsa tamen humanitas propria facta est Verbi, vnusq. cum ipsa filius intelligitur. Cum vero diuina Scri-

